
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01719763 3

ACTA FRATRUM ARVALIUM.

Arval Brothers

ACTA

FRATRUM ARVALIUM

QUAE SUPERSUNT

RESTITUIT ET ILLUSTRAVIT

Wilhelm
GUIL. HENZEN

ACCEDUNT FRAGMENTA FASTORUM IN LUCO ARVALIUM EFFOSSA.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI
1874.

THEODORO MOMMSEN

AMICO ET OPERIS SOCIO.

CONSPECTUS

EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

EXORDIUM.

1. Fratres Arvales secundum Varronem[1]) ii sunt *qui sacra publica faciunt propterea ut fruges ferant arva, a ferendo et arvis fratres Arvales dicti.* Masurius autem Sabinus[2]) postquam Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse rettulit, prosequitur sic: *ea mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum Arvalium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae.* Quae narratio quamvis aetate satis recenti orta, quippe quae Varroni ignota sit Romulique nutricem statuat Accam Larentiam, de qua antiquior fabula certe ad Valerium Antiatem duravit[3]), nihilo minus sacerdotium ostendit vetustissimum fuisse utpote ad ipsa initia urbis a Romanis relatum. Fratrum insolitam appellationem a Romulo fratribusque eius deduxerunt; nam alios sacerdotes praeter Arvales Latine fratres nuncupatos esse et Mommsenus[4]) et Rossius[5]) recte negarunt[6]). Quod autem addit Sabinus ex illo inde tempore collegium semper ex duodecim sacerdotibus compositum fuisse eorumque insignia coronas fuisse spiceas et infulas albas, coronae et vittae sive coronae spiceae vittatae saepe commemorantur in actis Arvalium[7]), eadem-

---

[1]) *de l. l.* 5, 85.

[2]) apud Gellium 7, 7, 6. Ex eodem fonte hausisse Plinium *n. h.* 18, 2, 6 notat Mommsen *die echte und die falsche Acca Larentia*, in libro cui titulus *Festgaben für Gustav Homeyer.* Berolini 1871 (ed. separatae p. 15).

[3]) cf. Mommsen l. c. p. 12.

[4]) ad Borghesii *opp.* 3, 414 n. 1.

[5]) *Roma sotterranea* 1 p. 108.

[6]) Marinius (*Arv.* p. XX et 94*b*) eumque secutus Marquardt (*R. A* 4 p. 408 n. 2786) quod attulerunt exemplum unum fratrum vocabuli de collegio alio usurpati (Murat. 126, 1), recte opposuit Rossius (*Roma sotterr* l. c.) a curatore fratres collegas non appellari nisi officii causa. — Hirschfeldius (*Gött. gel. Anz.* 1869 p. 1500) confert Lupercos germanos a Cicerone (pro Caelio 11, 26) dictos. [Sed verba ea: *fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum lupercorum* non accipienda sunt de Lupercis fratribus, sed iocus hoc significat sacerdotes lupercos dictos vere luporum more agere, sicut alibi Cicero scribit se asinum germanum fuisse. Th. M.]

[7]) cf. acta sacri Arvalium in luco facti annis 87. 90 105. 118. 119. 120. 155. 183; *vittis spiceis coronati* legitur a. 218.

que cum numero illo satis conveniunt, qua de re mox capite tertio dicemus.

2. Collegium Arvalium quo modo aetate liberae rei publicae institutum fuerit plane ignoramus. Patricios esse debuisse Arvales statuit Marinius [1]), neque tamen probavit [2]). Septimo saeculo exoletum et fere abolitum fuisse Arvalium collegium inde efficitur, quod apud eius aetatis scriptores vix commemoratur [3]); et iure Mommsenus videtur coniecisse a Caesare Augusto, cum *nonnulla ex antiquis caerimoniis paullatim abolita restitueret* [4]), Arvales quoque denuo constitutos et ordinatos esse [5]). Certe ab eo tempore demum acta collegii quotannis in marmore perscripta sunt. Antiquissimum enim quod innotuit actorum fragmentum ad annum pertinet p. C. 14, scilicet Caesaris Augusti ultimum, Tiberii Caesaris primum. Nec facile potest casu effectum esse, ut deperditis documentis vetustioribus sola aetatis imperatorum monumenta servata sint, cum quae praeter acta annua ad nos pervenerunt Arvalium monumenta, qui sunt fasti sacri fastique civiles, et ipsa ad aetatem Caesaris Augusti ita pertineant, ut fasti quidem sacri post annum u. c. 742 ante a. 767 incisi sint [6]), antiquissimum autem, quod supersit, fastorum civilium fragmentum ad annum spectet u. c. 752. Quae cum ita sint, vix potest dubium esse, quin ipse Caesar Augustus collegium fratrum Arvalium denuo constituerit et reformaverit, neque sine probabilitate monuit Hirschfeldius [7]) non ante annum 742, quo Augusto pontificatus maximus delatus est, collegium ab eo instauratum esse videri. Ex eo inde tempore tot tantaeque eorum actorum supersunt reliquiae, ut de Arvalibus eorumque caerimoniis multo plenius quam de ullo alio sacerdotio edocti simus. Priusquam autem accedamus ad ipsa eorum acta illustranda, de collegio eorum, deque magistris et ministris, de luco denique sacro sacrisque aedificiis pauca praemittemus.

---

1) *Arv.* p. XVII; cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 496.

2) cf. Mommsen *R. Forschungen* 1 p. 79.

3) Tempore liberae rei publicae commemorantur a solo Varrone in libris de lingua Latina editis inter a. 708—711 (l. c.); cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 468 n. 2784. Nummos D. Bruti (Cohen tab. XXXV Postumia 10) et Mussidii Longi (Cohen tab. XXIX Mussidia 2) coronas et spicas habentes num recte ad Arvales rettulerit Borghesius (*opp.* I, 376) parum constat; potuerunt enim eae etiam ob alias causas in nummis repraesentari, nec satis credibile est sacerdotium ea aetate parum illustre ita in nummis significari ut pontificatum et auguratum. Quod si verum vidit Borghesius, prior nummus probat plebeios ad id sacerdotium admissos esse.

4) Sueton. *Aug.* 31.

5) *Res gestae divi Augusti* p. 19. — Caesar Augustus quibus rationibus ductus tam Arvalium collegium, quam cetera sacerdotia reformaverit, exposuit etiam Schoellius *Grenzboten* 1869 p. 486.

6) cf. infra ad fastos sacros, et *Scavi nel bosco sacro* cet. p. 83.

7) l. c. Idem quod ipso anno 752 Arvales reformatos esse coniecit, quod ab eo inde anno incipiunt fasti civiles nobis servati, id mihi quidem nimis incertum videtur esse, cum pagina prima interisse possit. Dicemus de ea re infra ad fastos ipsos.

3. Fratrum legitimum numerum supra vidimus teste auctore locuplete Masurio Sabino fuisse duodecim. Acta ubi inspicimus, passim inveniuntur adfuisse numero minore, ut per a. 38 adfuerunt plerumque terni quaternive praeter promagistrum, alibi autem adfuisse scribuntur seni, septeni, octoni; id quod cum testimonio illo recte convenit. Nam consentaneum est saepe quosdam ex collegio ab urbe afuisse vel ob morbum aliamve quam causam ad sacra non venisse; praeterea ex actis a. 118 (p. 2, 35—45) apparet sacerdoti demortuo non raro post longius intervallum demum alium substitutum esse. Quo die maximo numero adfuerunt Arvales secundum actorum quas habemus reliquias, a. 57 a. d. ut videtur III idus Octobres, cum ob imperium Neronis ab iisdem immolaretur, duodecim convenerunt; nec convenerunt omnes, nam ipse imperator, quem in collegio iam tum fuisse dubium non est, eo die afuit. Sed id cum Sabini testimonio facile conciliatur, cum constet iis temporibus in omnia collegia sacerdotes vel supra numerum cooptari potuisse. Hoc acta satis ostendunt plerumque collegium intra eum numerum stetisse vel certe non multum eum excessisse, cum eiusmodi frequentia semel tantum in iis reperiatur. Hoc quaeri potest, a quo tempore collegium supra numerum sacerdotes admittere coeperit; nam ut iure id fieri potuerit inde ab ipsis Augusti temporibus, qua de re ii videant, qui in universam collegiorum sacrorum ordinationem inquirunt, admodum probabile est priores imperatores eo iure vel abstinuisse vel certe rarissime usos esse. Etiam ex domo imperatoria qui in collegio inveniuntur, ii videntur non electi esse supra numerum, sed legitime in locum sacerdotum demortuorum ad sacra vocati esse; certe ita Aemilio Paullo successit Drusus Caesar [1]) similiterque in locum Ti. Caesaris Drusi Caesaris filii P. Memmius Regulus videtur cooptatus esse [2]). Ipse Augustus quin ita in collegium receptus sit, vix dubium est, cum in eius locum homo privatus successisse videatur [3]), neque in eius locum succedere potuit Tiberius, cum vivo etiamtum Augusto collegio adscriptus esse inveniatur [4]). Gaius et Claudius num legitime electi sint necne, ignoratur; neque enim constat, utrum ante imperium in collegium hoc recepti sint necne. Neronis aetate collegium Arvalium praeter legitimum sacerdotum numerum tertium decimum certe admisisse ostendit numerus fratrum duodecim imperatore absente, quos anno 57 convenisse antea vidimus. Posteriore tempore in locum Traiani cooptatur Hadrianus Augustus [5]); item in collegium adscitur M. Aurelius Antoninus Elagabalus sine dubio in locum Macrini, quamquam eius non enuntiatur nomen propter memoriam damnatam [6]). At si quando accidit, ut novus imperator iam antea ei collegio adscriptus esset, pro eo privatus substituebatur; ut T. Tampius Flavianus successit Ser. Sulpicio Galbae (a. 69 vv. 54 seqq.), cum successor Otho iam antea in collegium

[1]) cf. a. 14 p. 1, 11.
[2]) a. 38c, 34. 35.
[3]) a. 14 p. 1, 21.
[4]) l. c. 15.
[5]) a. 118 p. 2, 31 seqq.
[6]) a. 218 p. 2, 21—31.

receptus esset. Omnino hoc tenendum est imperatores omnes ab ipso principatus initio in hoc collegio locum habuisse, ut, si alius nullus iis pateret, supra numerum adlegerentur; praeterea num aliis quoque supra numerum in eo collegio locus datus sit, dubium est. De cooptationis ratione ad acta cooptationum agetur.

4. Ut Romanorum collegiis plurimis [1]), ita Arvalibus quoque praesidebat magister annuus altero die sacri deae Diae mense Maio celebrati a collegis electus ita, ut ex Saturnalibus primis ad Saturnalia secunda magisterio fungeretur [2]) annoque nomen daret. Qui si in magisterio decesserat, novus statim in locum eius magister sufficiebatur, anno tamen nomen manebat magistri defuncti. Cuius rei exemplum acta anni 78 offerunt, quibus magisterio C. Saloni Matidi Patruini, in cuius locum successerit, magisterium obiisse dicitur eodem anno kalendis Martiis P. Sallustius Blaesus [3]). Item in locum magistri cuiusdam demortui M. Saenius Donatus videtur suffectus esse [4]). Quamquam autem ordinarios magistros in luco sacro Arvales nominabant, ad sufficiendum magistrum in aedem Concordiae videntur convenisse [5]). Magisterio pluries fungi poterant Arvales, nec imperatores recusabant id magisterium [6]) sacrisque interdum praesidebant ipsi [7]). Vice autem magistri, si ipse aberat ab urbe vel aliquo modo impeditus erat, fungebatur collega, qui in actis dicitur *pro magistro* vel *promagister*, interdum etiam *curam agens* vel *vice fungens magistri* [8]); neque tamen is ordinarius Arvalium magistratus fuit, sed ab ipso magistro

---

[1]) de magistris collegiorum cf. index X vol. III sylloges Orellianae a me adauctae. Magnis autem sacerdotum collegiis pariter magistros praefuisse ostendunt magistri quindecimvirum sacris faciundis olim duo, postmodum quinque (cf. fasti Capitol. fr. 39 et 40 in *C. I. L.* 1 p. 412), quique a Plinio (*n. h.* 28, 12) commemoratur *quindecemvirum conlegi magister*, eorumque promagister (Or. 1849. 2263); item sodalium Augustalium magistri tres (Henzen 6046). Inter pontifices autem loco magistri fuit pontifex maximus, eiusque vice agebat promagister (Or. 1181. 2244. 3134. 3969. 4376).

[2]) cf. acta ad diem alterum sacri deae Diae pertinentia.

[3]) a. 78 v. 28 seqq.

[4]) cf. fragmentum actorum anni incerti Alex. B.

[5]) Alex. B.

[6]) cf. acta a. 27. 38. 66. 69. 86. Memorabilis maxime est annus 69, quo ineunte Galba magister fuit in eiusque locum mox Otho suffectus est. Pridie idus Martias licet hic magisterio functus sit, loco eius nomen Vitellii in actis inscriptum est. At pridie kalendas Maias magister commemoratur nullus, cum interfectus quidem Otho esset, neque tamen magistertum iinisset Vitellius. Kalendis denique Mais magisterium commemoratur Vitellii. — Anno 145 M. Aelius Aurelius Caesar magisterio fungebatur; cf. fragmentum actorum anni illius.

[7]) cf. a. 38*c*, 38: [*ante diem VIII kalendas*] *Iunias* [*C Caesar Augustus German*]*icus magister collegii fratru*[*m Arvalium nomine ob memoriam Ti. Ca*]*esaris avi sub diu in ara sac*[*rificavit.*]

[8]) cf. a. 87: *C. Salvius Liberalis Nonius Bassus frater Arvalis qui vice Iuli Silani magistri fungebatur* (p. 1, 3. 23. 53); *qui vice magistri fungebatur* (p. 1, 18; 2, 18. 26); *magisterio C. Iuli Silani, curam agente C. Nonio Basso Salvio Liberale* (p 2, 16); idem dicitur *promagister* (ibd. p. 1, 66. 72). — *A. Iulius Quadratus frater Arvalis qui vice Ti. Iuli Candidi Mari Celsi magistri fungebatur* a. 89 passim.

nominabatur ita, ut uno anno plures possent pro magistro esse [1]). Nec promagister dicitur collegii fratrum Arvalium, sed magistri alicuius [2]). — Qui magister prove magistro erat, collegio praesidebat, sacrificiis et ludis praeerat, vota nuncupabat et solvebat: in domum magistri conveniebant fratres diebus primo et tertio sacri deae Diae, quod Maio celebrabatur, item tempore pomeridiano diei secundi, tum quoque cum ipse sacris non interfuerat [3]). Raro illis certe diebus in aliam quandam domum eos convenisse invenimus [4]); fortasse quia aedes magistri nimis parvae erant nec fratribus epulantibus satis commodae. Eodem fortasse referendum est, quod tertio die sacri deae Diae semel *in Palatio in Divorum* fratres conveniunt [5]). Quod autem Arvales dicuntur epulati esse *apud* vel *ad magistrum* [6]), etiamsi in luco et interdum absente magistro, cenaverant, id ita explicandum videtur esse, ut cura epuli mandata fuerit magistro quem vix tamen crediderim omnem eius impensam fecisse, cum fratres singuli singulis diebus aetate certe posteriore denariis centenis cenarent [7]).

5. Una cum magistro flamen ab Arvalibus et ipse ex Saturnalibus primis in Saturnalia secunda creabatur: cuius rei mentio legitur in actis sub Domitiano conceptis [8]), desideratur sub Traiano et Hadriano [9]), denuo reperitur in actis incisis sub Antonino Pio imperatoribusque posterioribus [10]). Itaque quaeri potest, num non semper flaminem collegium creaverit, sed per aliquod tempus ut promagistrum, ita flaminem quoque

---

1) Anno 69 promagister Galbae et Othonis fuit Salvius Otho Titianus, qui cum ex urbe ad bellum contra Vitellianos gerendum profectus esset (Tac. *hist.* 2, 23), promagistrum invenimus L. Maecium Postumum. Is cum etiam primis mensibus imperii Vitelliani eo officio functus sit, postea alium quendam promagistrum fuisse, licet perierit nomen, praenomen satis indicat a praenomine Postumi diversum; cf. a. 69 tab. II, 16. Illo anno promagistros bis mutatos esse si quis ex mutatis publicis rebus explicare maluerit, is ut erroris coargui nequit, ita de re constat, cum duos etiam anno 155 promagistros habeamus, M. Fulvium Apronianum et C. Iulium Maximum, quorum ille saepius (cf. a. 155, 4. 29. 32. 36. 43. 51. 66), hic semel (v. 12) officio functus est. Item anno 119 videntur fuisse promagistri Hosidius Geta et Iulianus Alexander.

2) cf. e. g. a. 81, 35 et 45: *L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catellius Celer promagister C. Iuni Mefitani.*

3) cf. passim acta ad sacrum deae Diae pertinentia.

4) A. 122 conveniunt Arvales in domum Hosidii Getae, qui magister tunc non erat; a. 155 in domum Primi cuiusdam, licet magister esset Avillius Quadratus; a. 213 in domum Aelii Coerani, qui magister non erat.

5) cf Ant. Pii A: similiter videntur restitui debere acta a. 218 *a*, 5.

6) cf. de die altero in luco celebrato a. 81. 87. 89. 90. 91. 105. 120. 155. 213. In actis a. 81 idem legitur de diebus primo ac tertio (8 seqq. et 24 seqq.), unde in ceteris verba illa propterea tantum credo omissa esse, quod cum in domum magistri Arvales conveniebant, illis certe opus non erat.

7) cf. a. 105. 118. 120. 155. 183. 186. 213. 218 cet.

8) cf. acta ad diem alterum sacri deae Diae pertinentia a. 87. 89. 90. 91.

9) cf. a. 118. 119. 120. 122.

10) cf. a. 155. 183. 213. 218. Marc. E.

magister nominarit. Et cum magistro flaminem aliqua ratione coniunctum eiusque quasi quandam accessionem fuisse inde colligitur, quod mortuo magistro cessat etiam officium flaminis. Id ex actis apparet anni 78, quae licet loco, quo de agitur, mutila sint, tamen tamquam flaminem nominant L. Veratium Quadratum [1]) cum ipsum, qui prioribus eiusdem anni mensibus pro magistro fuerat [2]). Scilicet eo anno vidimus mortuum esse in magisterio Matidium Patruinum eique suffectum Sallustium Blaesum: Veratius igitur cum illius promagister fuisset, ab hoc flamen factus est. Aliter enim vix possunt expleri verba male hiantia, quam ut sumamus magistrum, qui in locum demortui successit (quem errore acta dicunt *cooptatum*), nominasse flaminem. Nihilo tamen minus ex silentio actorum aetatis Traiani et Hadriani id quod dixi non deduxerim, cum itidem omissa sit flaminis mentio in actis a. 219, nec probabile sit pro tempore immutata, postea autem restituta esse collegii instituta. — Imperatores nonnunquam flamines creatos esse acta anni 155 ostendunt, quo Antoninus Pius in annum sequentem flamen factus est [3]). Vice flaminis absentis solebat agere proflamen [4]): cuius officium ita quoque designatur, ut vice flaminis aliquis dicatur fungi [5]). Adfuit flamen magistro in sacris potissimum die secundo deae Diae in luco faciendis [6]).

6. Praeter magistrum et flaminem Marinius praetorem quoque Arvalibus tribuit [7]), temere omnino. Quem enim ad collegium Arvalium pertinere sibi persuasit, is praetor est populi Romani, qui magistratus in actis enuntiari solet pariter atque consulatus, si quis forte ex Arvalibus eo tempore fasces gerebat [8]).

7. In sacrificiis caerimoniisque praesto erant Arvalibus pueri ingenui patrimi et matrimi senatorum filii, quos semper quattuor numero fuisse actorum reliquiis comprobatur. In his primum commemorantur anno 80 additis nec numero nec nominibus, eodemque modo simpliciter dicuntur ministrasse annis 81, 87, 90, 91, 105, 155 [9]). Annis deinde 117 et 241 nomina quidem eorum referuntur, sed tam mutila sunt ut de numero nequeat iudicari [10]). At annis 118, 120, 183, 186 quattuor puerorum nomina vel supersunt, vel facile restituuntur [11]), anno autem 218 dicuntur ministrasse *pueri [praetextati pat]rimi et matrimi senatorum fili numero IIII* [12]). Singulos pueros per plures annos Arvalibus ministrasse inde apparet, quod annis diversis nomina reperiuntur eadem: ut ex pueris anno 117 ministrantibus unus etiam anno 118 commemoratur; item ex

[1]) a. 78, 30 seqq.

[2]) l. c. 4. 17.

[3]) a. 155, 40.

[4]) e. g. a. 119. 120. 183. 213. Marc. E.

[5]) a. 87 p. 2, 27.

[6]) cf. passim acta eius diei.

[7]) *Arv.* p. XXII et 357. Secutus eum est Marquardt *R. A.* 3 p. 410.

[8]) cf. a. 57. 58. 59.

[9]) cf. a. 80, 9; 81, 11 et 25; 87 p. 2, 45; 90, 46. 61; 91 p. 2, 19; 105 p. 1, 47; 155, 54.

[10]) a. 117, 15; 241, 15 seqq.

[11]) a. 118 p. 1, 53–55; 120, 32. 33; 183 p. 2, 18; 186, 17. 18.

[12]) a. 218 p. 1, 11. 12.

pueris anno 118 nominatis anno 120 unus redit, anno autem 186 duo laudantur ex quattuor pueris anno 183 officio functis. Quod autem ingenui debent esse patreque et matre viventibus, id ex sacro Romanorum iure explicatur [1]). Neque tamen Arvalibus solebant praesto esse camillorum instar, quippe qui in ipsis sacrificiis deesse non possent, nec, ut pueri, solis interesse epulis, sed, ut ex more vetusto filii familias patrem comitabantur non solum cum in senatum, sed etiam cum invitatus ad cenam iret, ita epulantibus Arvalibus non debebant deesse pueri sive filii ipsorum sive qui filiorum loco essent [2]). Sacerdotes autem duodecim cum discumberent tricliniaribus quattuor, singulis tricliniaribus singuli pueri destinati erant ipsi cathedris considentes [3]). Ministrabant etiam in sacrificio eo, quod fieri solebat, cum Arvales epulabantur, ad aramque referebant fruges in mensa propositas [4]). Sportulas denique, licet minorem pecuniam quam fratres, et ipsi accipiebant. De his denuo dicemus ad acta sacri deae Diae.

8. Diversa omnino a statu puerorum condicio erat kalatorum et publicorum collegii, qui vere ministrorum loco erant. Ita autem inter se differebant, ut kalatores singuli fratribus singulis addicti ab his ipsis nominarentur, hi vero publice Arvalibus assignati universi collegii essent. Et publici quidem magnorum sacerdotiorum apud Romanos satis noti sunt: novimus enim publicos pontificum, augurum, quindecimvirum sacris faciundis, septemvirum epulonum, sodalium Augustalium [5]), in actis autem Arvalium saepe commemorantur et plane interdum publici fratrum Arvalium appellantur [6]). Publicos porro constat nomini ipsorum servili cognomen quasi quoddam adiunxisse a nomine, ut videtur, desumptum familiae cuiusdam nobilis. Habemus *publicos Valerianum a sacrario* (sc. Divi Augusti) vel *aedetuum a sacrario Divi Augusti* (Henzen 6106. 6107), *Aemilianum pontificalem* (ibd. 6100), *Asinianum pontificum* (Or. 1518), *Silianum a sacris sodalium Augustalium* (Henzen 6108), *Maecianum sodalium Titialium* (ibd. 6109), in actisque Arvalium reperimus Narcissum Annianum Nymphiumque Numisianum anno 87, Saturninum Venuleianum anno 101, Gemellum Memmianum et Iustum Bruttianum anno 118, Carpum Cornelianum et Epictetum Cuspianum anno 155, Primum Cornelianum annis 214, 218, 220, Arescontem Manilianum anno 241 [7]). Eos ne crede nomina ea traxisse a sacerdotibus, quibus singuli addicti fuerint; nam quamvis multa illius aetatis Arvalium nomina tradita acceperimus, ex novem quos dixi publicis soli tres ad Arvales nobis notos videntur referri posse, Venuleianus scilicet et Cornelianus et Manilianus, qui a Venuleio,

---

[1]) cf. Marquardt *R. A.* 3 p. 179 seqq.

[2]) cf. Mommsen *Grenzboten* 1870, 1 p. 172.

[3]) cf. acta sacri deae Diae.

[4]) cf. ibidem.

[5]) cf. Marquardt *R. A.* 3 p. 174, ubi vide etiam de publicis virginum Vestalium commemoratis a Livio 26, 27 et Tacito *hist.* 1, 43.

[6]) cf. a. 155 v. 72 et 76.

[7]) a. 87 p. 2, 13. 14; 101 tab. 2, 5. 6; 118 p. 2, 22 seqq.; 214 *a*, 4. 11; 218 *b*, 30; 220, 8; 241, 23.

Cornelio, Manilio Arvalibus possunt nomina accepisse [1]). Videntur igitur cognomina publicorum ab iis potius derivata esse, e quorum manu in familiam publicam transierant [2]). Nec singulis sacerdotibus, sed collegio universo publici addicti erant, ob eamque causam *allecti* dicuntur *ad fratres Arvales* [3]) et adleguntur aut ex litteris missis ab imperatoribus [4]), ut et ipsos sacerdotes ab his commendatos esse videbimus [5]), aut a magistris vel promagistris collegii [6]), nisi forte his solum erat ius publicos pro tempore substituendi. Neque publici ad collegium adlecti exibant ex universa familia publica, immo ita in ea manebant, ut ad alia publicorum officia promoveri possent; ut Carpus publicus Cornelianus ad tabulas quaestorias transcribendas promotus est [7]). Arvalibus autem non in sacris modo publici praesto erant, sed in rebus quoque collegii administrandis, unde *publicum a commentariis* sive *commentariensem* in actis reperimus [8]). Quod autem *tabu!arius rationis kastrensis* [9]) dicitur cum publicis piaculum fecisse, id videtur indicare publicos Arvalibus addictos nonnunquam eodem tempore aliis muneribus functos esse [10]): nam licet nominetur tabularius eo loco, quo kalatores plerumque commemorari solent, tum pro publico officium suscepisse videtur.

9. Kalatores e contrario liberti erant ab ipsis patronis fratribus Arvalibus ad officium vocati. Id pauca quae supersunt ostendunt eorum nomina, cum Bittio Proculo primo Bittius Thallus, deinde Bittius Callistratus, Hosidio autem Getae Hosidius Achilleus kalatores fuerint. Sacerdoti autem in locum eius, qui vel mortuus erat vel exierat ex officio, alium substituere licebat. Iam vero qui kalatoris officium obtinebat, ob introitum summam quandam dare debebat areae collegii, neque tamen cum alius ab eodem Arvali kalator substitueretur, ei quoque summa legitima pendenda erat; nam kalator pro *accessione* habebatur sacerdotis, annoque 120 decreverunt Arvales *semel ob introitum inferri [debere, licet alius ka]lator ab eodem sacerdote substitueretur* [11]). Inde licet concludere singulis fratribus praesto fuisse kalatores singulos ab ipsis creatos, quique in actis saepe traduntur piacula fecisse ob ferrum inlatum vel elatum scripturae et scalpturae magisteri alicuius consummati, eos ipsorum magistrorum, de quorum actis agitur, kalatores fuisse exemplo confirmatur Hosidii Achillei, qui ob magisterium Hosidii Getae piaculum fecit [12]).

---

[1]) cf. acta aetatis Titi, Domitiani, Hadriani.

[2]) cf. Mommsen *Staatsrecht* 1 p. 252.

[3]) a. 87 p. 2, 14.

[4]) a. 101 tab. 2, 5 seqq.; 118 p. 2, 22 seqq.

[5]) cf. ad acta cooptationum.

[6]) a. 155, 64 seqq.; cf. comm. ad acta adlectionis et substitutionis.

[7]) a. 155, 64 seqq.

[8]) a. 214 *a*, 4. 11; 218 *b*, 30; 220, 8; et a 219, 5. Scriba collegii Arvalium quamquam admissus a Marinio (*Arv.* p. XXII et 810) et Marquardtio (*R. A.* 4. p. 411) titulo debetur spurio (Reines. 1, 157; Marini tab. LXIV ex eoque Or. 2436; cf. Mommsen *I. N.* 697 *).

[9]) a. 218 *b*, 40. 42.

[10]) cf. tamen comm. ad acta piaculorum ob ferri inlationem factorum.

[11]) a. 120, 45—48.

[12]) cf. a. 120, 57—61.

10. Commemoratur denique *aedituus*, qui cum kalatore et publicis in luco ob expiandam arborem piaculum fecit [1]), custos scilicet aedis deae Diae, servus puto collegii, qui cum kalatores plerumque primo, publici secundo nominentur [2]), ipse tertio demum loco in acta refertur.

11. Sacra fratrum Arvalium, ut monstrat nomen eorum Varronisque confirmat testimonium, ad arva potissimum pertinebant et vitam agrestem. Fuit autem numen eorum proprium dea Dia, cuius sacrum sollemne in luco et aede extra urbem sitis mense Maio celebrabant. Et sacrificium quidem illud ipsa fuisse Ambarvalia mihi certe omnino probabile est [3]), dea autem Dia numen creditur fuisse simile Cereris Ceresve ipsa, quae aetate posteriore pro antiquissimo Marte invocabatur in Ambarvalibus et lustratione agrorum [4]). Et hoc quidem sacrum peculiare fuit Arvalium; cetera, quae faciebant sacrificia, communia habebant cum sacerdotibus ceteris. Ita votorum die vota faciebant annua pro salute imperatorum, ad Flaviorum autem usque imperium sacra facere solebant pro natalibus principum, ob eorumque imperium, consulatum, tribuniciam potestatem, pontificatum maximum. Sacrificabant praeterea ob causas singulares plurimas, ob itum reditumve et victoriam Caesaris, ob partus et matrimonia domus imperatoriae, unde acta eorum maximi momenti sunt non modo ad cognoscendas res sacras, sed ad illustrandam etiam ipsam rerum historiam. Lucus denique eorum quamquam proprie deae Diae dicatus erat, alia numina plurima in eo colebantur, quibus minus liquet utrum ibi sacraria constituta peculiaria sint, cum ad aras temporales iis immolari soleret (cf. comm. ad piacula maiora). Item principes consecrati colebantur in Caesareo.

12. Acta sacerdotiorum accurate perscripta et diligenter servata esse cum consentaneum est, tum confirmatur eo, quod fasti nonnulli collegiorum in marmore exarati supersunt [5]). Num praeter fastos acta quoque ipsa reliquorum collegiorum in marmore incisa sint, dubium est, nec satis probabile, cum nullae extent eiusmodi reliquiae. Arvales certe ab aetate inde Caesaris Augusti, qua collegium vidimus instauratum esse, acta in marmore exaranda curaverunt, in eaque re ita versati sunt, ut temporibus quidem posterioribus acta inciderentur non statim post finitum magisterium a. d. XVI k. Ianuarias, sed post aliquot demum menses: nam quae ab anno inde 81 quotannis referuntur piacula ob ferrum inferendum et efferendum facta, ostendunt incisa acta esse mense plerumque Aprili vel Maio [6]). Cur autem post menses demum tres quattuorve opus illud perfectum sit, ignoramus. Neque tamen semper id

---

[1]) a. 91 p. 2, 27.

[2]) interdum tamen commemorantur inverso ordine: cf. a. 120, 58. 61.

[3]) cf. comm. ad sacrum deae Diae.

[4]) cf. l. c.

[5]) cf. Borghesi *Memorie dell' Instituto* 1 p. 258 seqq; opp. 3 p. 394 seqq.

[6]) cf. comm. ad piacula ob inlationem et elationem ferri facta.

factum esse inde apparet, quod in actis a. 69 visitur litura, in qua fuit nomen Vitellii, quod, si aliquot mensibus post magisterium finitum acta magisterii exarata essent, ne scribi quidem potuisset [1]). Interfectus est Vitellius a. d. XIII kalendas Ianuarias vel paucis diebus post [2]), id est post diem tertium, quam magisterio abiit; ea igitur aetate acta, quae sine dubio statim post peracta sacra in codicem referebantur, post finitum magisterium statim in marmore exarata sunt. Quo minus enim protinus post peracta sacrificia singulorum acta incisa esse credamus, impedit litterarum per universa eius anni acta summa aequabilitas, quamvis extrema, ut fit, paullo neglegentius exarata sint. Arvales autem cum omnium sacrorum acta accurate in marmore incidenda curarent, nec liceret nisi piaculo facto ferrum in lucum inferre, non liquet quo modo factum sit, ut in actis ante a. 81 exaratis piaculi illius mentionem non fecerint. Nam quod comparari potest ne sacri quidem deae Diae tempore antiquiore mentionem fieri [3]), postea ex tribus eius sacri diebus primum unum [4]), deinde duos [5]) in actis commemorari, id dissimile est; praecedebat enim sacri indictio dierumque definitio. Neque omissum in actis piaculum illud ita explicari potest, ut tabulas extra lucum incisas in eum intulerint: nam ab ea coniectura abhorret universa, de qua nunc agendum erit, ratio actorum in tabulis perscribendorum.

Acta Arvalium nec exarata nec concepta semper eodem modo sunt. In exarandis actis prioribus temporibus singulorum annorum acta non singulis tabulis mandata sunt, sed omnia ita continuata, ut interdum anni neque incipiant a principiis tabularum nec in fine earum exeant [6]). Aetate contra posteriore integrae singulis annis tabulae destinari solebant, eiusque rationis exemplum antiquissimum servarunt acta a. 87. Quamquam non semper singulae tabulae singulorum annorum acta universa complectuntur; ut acta a. 90 per duas tabulas olim coniunctas perscripta fuerunt, versiculis singulis per utramque procedentibus tabulam, acta a. 101 per continuas tabulas duas exarata. Praeterea etiam postquam acta annorum singulorum in singulis tabulis perscribi coepta sunt, per exceptionem interdum ad usum antiquiorem reditum esse acta ostendunt a. 89 et 126, quae in mediis tabulis incepisse apparet. Et hae quidem tabulae in muris vel stylobata templi videntur sive infixae sive exaratae esse, ob eamque causam eadem fere omnes altitudine sunt. Earum autem ultima quae superest acta continet a. 155. Ex actis annorum proxime subsequentium non remanent nisi frustula exigua, quae non significent, quo modo tabulae exaratae fuerint. Acta autem a. 183 dif-

[1]) cf. Klügmann *Philologus* XXVIII vol. 3 p. 479.

[2]) Tillemont *hist. des emp.* 1 p. 622 *note* 4.

[3]) cf. a. 14 et comment. ad sacrum deae Diae.

[4]) cf. a. 27. 38. 40. 58. 59. 69. 72 et l. c.

[5]) cf. 66. 87. 89 et l. c.

[6]) cf. a. 33—36; Claud. B; 57, 2; 58; 59; 60; 69; 80; 81.

ferunt. Nam tota quidem comprehenduntur tabula una, disposita autem sunt per paginas tres minus altas, ut tabula multo largior sit quam altior. Haec igitur acta non eodem modo collocata fuerunt quo ad a. 155 in luco proposita. Similiter paginae actorum a. 186 breviores videntur fuisse quam quae ad idem genus tabularum pertinuerint. Denique collocandis tabulis ea aetate defuisse spatium acta ostendunt annorum 213 et 219 ex parte adiecta ad acta annorum 155 et 90 in earundem tabularum margine inferiore. Inde intellegitur, quod acta inscribi coepta sunt et cathedris (cf. a. 218 et 220) et omnino monumentis, quae in luco extarent, omnibus.

Pauca addam de ratione, qua concepta sint acta Arvalium. Quae qui paullo accuratius perlustraverit, eum fugere non poterit magna quaedam in iis temporum diversitas. Aetate enim antiquiore demptis votis quibusdam pro salute principum susceptis relatis plenius (cf. a. 27. 38. Claud. C.) cetera breviter expressa sunt omnia, ponuntur tamen, ut antea diximus, vota et sacrificia, quae ad domum Augustam pertinent, plurima. Imperio deinde ad Vespasianum delato sacra huius generis multa celebrari sunt desita, nec extra ordinem immolabant Arvales nisi ob causas graviores, ut expeditiones bellicas triumphosque Caesarum (cf. a. 89. 10. 105) coniurationesve detectas (a. 87). Quapropter exceptis hisce sacrificiis rarissimis votisque pro salute imperatorum annuis in actis non solent perscribi nisi res sacrae ipsi collegio propriae. Sed eae ipsae res mox fusius enarrari incipiunt, ut vota annua, quae antea breviter indicabantur, in acta a. 81 tota relata sunt, in actisque annorum 87, 90, 91 additis et relatione magistri et accurata sacrificiorum descriptione plene proponuntur. Dubitari vix potest, quin Domitianus Augustus caerimoniarum religionisque cultor et amplificator hanc mutationem apud Arvales introduxerit. Ceterae quoque caerimoniae ab hoc inde tempore prolixius enarrantur, et licet aetate Traiani, Hadriani, Antonini Pii vota, de quibus modo diximus, breviter indicentur nec plenius referantur nisi sub M. Aurelio (cf. Marc. B. C. D.), universe tamen formulae imperante Domitiano receptae paucis sive immutatis sive additis videntur in usu mansisse usque ad aetatem Elagabali, cuius aetatis acta cum rursus multo verbosius concepta sint quam antea, denuo is formulas extenderit necesse est. Quae tunc introducta est formularum ratio, eam ad interitum usque vel abolitionem collegii retentam esse, quamquam demonstrari nequit, videtur tamen actis confirmari a. 241, quibus sacrum deae Diae similiter paucis mutatis enarratur. De re conferas summarium actorum potissimum sacri deae Diae indictionisque eius.

13. Acta Arvalium vidimus in marmore inscripta esse in luco sacro, unde passim agitur in iis de piaculis in luco factis ob ferrum inlatum et elatum scripturae et scalpturae causa [1]). Situs autem lucus erat apud

---

[1]) cf. acta a. 81, 20 seqq.; 87 p. 2, 65—67; 90, 63. 64; 91 p. 2, 36—38 cet.

lapidem quintum via Campana [1]), quam Biondius [2]) demonstravit esse eam, quae extra portam Portuensem relicta via, quae nunc Portum ducit, Tiberisque ripam sequens pervenit ad veterem villam pontificum, cui nomen est *la Magliana.* Circa huius viae lapidem quintum eo ipso loco, quo via ferrea Centumcellensis viam publicam transit, vinea est Ceccarelliorum fratrum, ubi constat fuisse lucum Arvalium. Ibi exceptis paucis fragmentis in urbe vel in coemeteriis christianorum repertis effossa videntur esse omnia quae supersunt eorum monumenta. Et primus quidem Aldus Manutius [3]) quas refert septem bases statuarum imperatorum fratrum Arvalium, eas scribit *in agro Fabricii Galletti proxime repertas 1570* [4]). Ex his una legitur adscripta ad imaginem in codice musei Florentini servatam aediculae cuiusdam antiquae, quae traditur fuisse *via Portuensi ad quartum miliarium* [5]). Et de imagine illa postea agendum erit: hic sufficit observavisse collatis verbis ad eam adnotatis verbisque Manutii antea allatis agrum Gallettii constare apud quartum lapidem viae Portuensis situm fuisse. Sequuntur fragmenta undeviginti actorum a Fulvio Ursino olim adservata editaque in notis eius ad Varronem [6]), quae, exceptis fragmentis duobus, altero anni incerti aetatis Claudii (Claud. A), altero anni 59 (d), deinde apud Farnesios visebantur, postea cum monumentis Farnesianis in museum publicum Neapolitanum illata sunt, ibique etiamnunc extant. Ex his duo, quae sunt pars actorum anni 60 [7]) fragmentumque ad annum 224 pertinens [8]), in schedis quibusdam leguntur Scaligeranis [9]) adnotatione adiuncta hac: 'ex tabulis marmoreis Romae effossis anno 1570'; duo alia leguntur in codice Vaticano Manutii antea commemorato [10]), eorumque alterum traditur fuisse „*in agro Gallettii*“ [11]), alterum proxime sequitur inscriptiones imperatorum antea commemoratas [12]) in eodem agro effossas. Inde sequitur anno 1570 non solum bases illas imperatorum, sed fragmenta quoque Ursiniana in vinea Gallettiana effossa esse. Iam vero ad fragmenta Ursiniana in editione altera thesauri Gruteriani adscripsit Gudius: „*extra portam Portuensem loco nunc dicto* affoga l'asino, *ubi fratres Arvales collegium habuerunt, vid. Lig(orius)*“ [13]);

[1]) a. 224 v. 3 et 10.

[2]) cf. *Atti dell' accademia pontif. d'archeologia* vol. IX p. 490.

[3]) cod. Vaticanus 5237 f. 198.

[4]) inde iisdem verbis adiunctis sex titulos traxit Donius 3, 15—20, quibus recte Marinius *Arv.* p. 718 et Rossius *Ann. inst. arch.* 1858 p. 57 septimum addiderunt titulum Gordiani, Grutero (1085, 10) datum a Sirmondo, in cuius schedis Parisinis (*suppl. Lat.* 1418, 66) refertur.

[5]) edd. Abeken in *Ann. inst. arch.* 1841 p. 121 et Melchiorrius *app. agli atti degli Arvali* p. 57 seqq.

[6]) cf. Ursinus *not. ad Caton.* cet. 213 seqq. ex eoque Gruterus 117, 1 seqq.

[7]) Grut. 118, 4 = Marini *Arv.* tab. XV.

[8]) Grut. 121, 1 = Marini tab. XLIII.

[9]) cod. Paris. fonds Dupuy 461 f. 76. 77.

[10]) 5237 f. 85 et 199.

[11]) cf. a. 139 = Marini tab. XXVIII.

[12]) a. 60 = Marini tab. XVI.

[13]) Eadem refert Marinius (*Arv.* p. 65), qui unde traxerit, Rossius (*Ann. inst. arch.* 1858 p. 61) se non invenisse fatetur. Desumpsit igitur ille ex Grutero ed. 2. In libris Ligorianis non repperi ea quae Gudius in iis se legisse affirmat.

quae indicatio auctoris licet fallacissimi nihilominus pro re dubitationem prorsus non admittit. Itaque vinea Gallettiana non tam ad viam Portuensem fuit quam ad Campanam, cum hac potius via sit locus hodie quoque dictus *affoga l'asino*, et ipsa est hodie Ceccarelliorum, quamvis frustra mea causa in tabulario canonicorum S. Mariae in via lata, vineae Ceccarellianae dominorum, de ea re inquisiverit Reverendus vir Henricus Fabiani eius ecclesiae canonicus. Errore Biondius [1]) agrum Gallettii vineam fuisse scripsit eam, quae nunc est collegii Britannici, secutus narrationes colonorum eius loci hominum rudium rerumque avitarum plane nesciorum. Neque enim in vinea collegii Britannici ulla supersunt aedificiorum antiquorum rudera, cuius rei certiorem me fecit Angelus Pellegrinius, possessor et ipse vineae cuiusdam eius regionis agrorumque vicinorum perscrutator diligentissimus; et ipsa vinea villae Maglianae contigua longius ab urbe distat, quam testimonia antea relata admittunt [2]). Quod autem hodie vinea Ceccarelliorum sita est paullo ultra quintum lapidem extra portam Portuensem, cum ad quartum lapidem extra eandem portam agrum Gallettianum collocent Manutius et auctor diagrammatis Florentini, id inde explicatur, quod usque ad aetatem Urbani VIII pontificis porta Portuensis non fuit eo quo nunc est loco, sed extra moenia recentia in loco paullo longius distante ab urbe, cui nomen inditum est *la bufalara*, prope stationem quam pro tempore instituerunt viae ferreae Centumcellas ducentis [3]).

14. Per plus centum annos de novis Arvalium fragmentis nihil compertum est, donec anno 1699 ad quartum lapidem viae quam dicunt Portuensis duae tabulae, annorum scilicet 80. 81 et 183, eruderatae sunt, quas primus publici iuris fecit Philippus della Torre [4]). Is memoriae errore lapsuve calami cum non via Portuensi vel Campana, sed Ostiensi ad quartum miliarium tabulas effossas esse affirmasset, Marinio [5]), Feae [6]), Biondio [7]) imposuit, ut falso lucum in via Ostiensi situm esse statuerent. Refutarunt errorem nuper Ioannes Baptista de Rossi [8]) eumque secutus Angelus Pellegrinius [9]) lucumque demonstrarunt fuisse in vinea Ceccarelliorum, argumentis usi certissimis. Praeterquam enim quod de tabulis annorum 80. 81 et 183 extat Buonarrotii testimonium hoc fide dignum: *repertae hae inscriptiones fratrum Arvalium mense Ianuario 1699 via Portuensi ad Mallianae parte dextra a Malliana euntibus Romam* [10]), tam in ipsa quam dixi vinea Ceccarelliorum quam in ea,

---

[1]) l. c. p. 490.
[2]) cf. A. Pellegrini *gli edifizj del collegio de' fratelli Arvali* p. 9 not. 8.
[3]) l. c. p. 9 not. 2.
[4]) *Monumenta veteris Antii* p. 94 et 384.
[5]) *Arv.* p. 65.
[6]) *framm. di fasti* p. LXI.
[7]) l. c. p. 488.
[8]) *Ann. inst. archaeol.* 1858 p. 62 seqq.
[9]) *gli edifizj del collegio de' fratelli Arvali* p. 8.
[10]) Buonarroti *Vetri cimeteriali* praef. p. XXII; cf. cod. Marucell. A 43 f. 99.

quae e regione eius altero viae latere sita Stephani Ceccarelli est, saepius casu reperta sunt actorum frustula exigua, quae diligenter collecta et descripta ab Angelo Pellegrinio ipse olim edidi et ut potui illustravi [1]). Denique narrarunt sciscitanti mihi Ceccarellii avorum suorum aetate magnae molis saxa ibi effossa esse litteris plena, quae cum summo doctrinae detrimento perierunt.

15. Quae cum ita essent, evenit aestate anni 1866, ut vineae possessores, cum terram circa casam rusticam muris antiquis inaedificatam effodiendam curarent, sub ea paucis palmis sub terra ingentem reperirent tabulam marmoream litteris inscriptam totam Arvalium acta annorum 58 et 59 magna ex parte complexam, quam prostitisse in antiqui aedificii attigui pariete manifesto apparebat [2]). Reperta tabula cum doctorum animos denuo ad lucum Arvalium revocasset et sine impensa nimia pervestigari posse vineam Ceccarellianam appareret, cum monumenta Arvalium eo certe loco terra non admodum alta tegerentur, nec terram effossam removeri necesse esset, consilium loci perscrutandi cum Mommseno communicavi. Qui cum Societati archaeologicae Berolinensi rem proposuisset ex eiusque sociis haud pauci una cum Instituto archaeologico, quod Romae est, impensas ad eam rem necessarias conferre coepissent, Augusta serenissima Borussiae Regina, nunc imperii Germanici Imperatrix clementissima, eius rei certior facta ad privatorum munificentiam donum regium adiecit. His copiis cum instructus essem, Ceccarellii fratres ut vineam explorarem permiserunt ea condicione, ut nostris impensis effossiones perficerentur nobisque ius esset publicandi quae reperirentur, fierent autem ea dominorum vineae. Approbarunt condiciones qui directi, ut vulgo dicunt, loci possessores sunt, canonici ecclesiae S. Mariae in via lata. Permissu igitur curatoris, qui tunc erat operum publicorum et commercii, versus finem mensis Aprilis anni 1867 Ceccarellii effossiones aggressi sunt, quae operi insistente Petro potissimum Ceccarellio viro strenuo neque rudi, interruptae interdum operis deficientibus, ad diem usque III idus Iulias eius anni protractae sunt, quo vehementia caloris aestivi agricolas illos advenas montes suos repetere coegit.

Inceptae autem sunt fossiones eo ipso loco, quo anno praecedenti reperta erat Neronianae aetatis tabula, de qua paullo ante diximus. Ubi cum ad altitudinem metrorum circiter duorum et semissis operae penetrassent solumque invenissent antiquum planum et calce constructum, inscriptionum Arvalium nihil ibi superesse manifesto apparebat. Unde terram pervestigare statuimus proxime muros aedificii rotundi, quibus innititur casa vineae; inceptumque est opus a parte sinistra loci eius, unde prodiit tabula illa Neroniana, scilicet ab aedificio ad orientem. Ibi cum ad altitudinem circiter metri unius terra egesta esset, magna reperta

---

[1]) *Ann.* l. c. p. 51. 52. 1866 p. 57 seqq. et ego *Hermes* 1867

[2]) Edd. de Rossi *Bull. di arch. crist.* p. 37 seqq., *Ann. Inst. Arch.* 1867 p. 247 seqq.

est moles plana operis vetusti ex calce et topho composita, et prope eam saxa magna marmorea effossa sunt, alia rudia, alia affabre sculpta[1]), inter quae fragmenta quaedam iacebant statuarum et anaglyphorum, frustulaque nonnulla actorum Arvalium. Quamobrem fossiones usque ad posticam partem aedificii continuatae sunt: item evacuarunt puteum sive cisternam antiquam in eaque reppererunt fragmenta nonnulla marmorum sculptorum scriptorumque. Nihilo minus cum terra altius ascendens, ubi ad collem casa adplicita est, difficiliorem in dies laborem redderet, nec invenirentur ibi nisi frustula exigua marmoris terrae admixta, inscriptionum autem fragmenta vix ulla, opere hac certe parte relicto ad latus transgressi dextrum casae, quod occidentem versus est, praeter plurima frustula marmorea ac duo saxa lapidis Tiburtini quattuor statim ibi repperimus actorum Arvalium fragmenta, quorum unum pars erat tabulae C. Caesaris (a. 38). At faustis initiis eventus parum respondit: effodimus enim terram ad solum usque vetustum calce formatum, sed exceptis saxis quibusdam Tiburtinis ferro et plumbo inter se coniunctis, fragmentisque nonnullis parvulis actorum collegii, maioris momenti nihil apparuit. Unde relicta hac quoque parte pone casam, ubi altius collis adsurgit, prope puteum quo hodie utuntur, terram temptavimus actorumque fragmenta repperimus minoris momenti plura, praeterea fastorum civilium particulam insignem [2]).

16. Fossiones igitur etiamsi expectationi nostrae non plane responderant, et quaedam dederunt non spernenda monumenta et repertis saxis sculptis ipsisque inscriptionum fragmentis ostenderunt rudera, quibus casa vineae imposita est, ad praecipuum quoddam Arvalium aedificium referenda esse, cuius parietes extrinsecus exornatos olim fuisse tabulis actorum ipso, quo hae repertae erant, ordine confirmabatur. Nam exceptis paucissimis particulae actorum tabula Neroniana antiquiores, ut Petrus quidem Ceccarellius accurate observavit, ad latus aedificii quod occidentem spectat effossae sunt, recentiores autem ad latus orientem respiciens. Quapropter cum versus finem mensis Octobris anni 1867 alia augustissimae reginae liberalitate adiuti denuo opus aggrederemur, iterum terram aedificio illi vicinam perscrutari incepimus, sed frustra: quamvis enim insisteremus operi, donec tempus hiemale desistere coegit, eo certe loco non sunt effossa nisi paucissima et exigui momenti actorum fastorumque civilium fragmenta. Eodem fere tempore in parte vineae ad occidentem vergenti praeter muros quosdam operis admodum rudis inventa est basis parvula lapidis Tiburtini Forti Fortunae dicata [3]).

18. Frustrati hoc modo spe ea, quam de illa fossione concepe-

---

[1]) Depinxit ea Rudolphus Lanciani in tabula V adnexa ad librum meum, cui titulus est *Scavi nel bosco sacro de' fratelli Arvali*, in eiusque appendice (p. 105 seqq.) diligenter descripsit.

[2]) Fragmenta anno 1867 reperta edidi in *Annalibus Instituti archaeologici* anni eiusdem p. 225—296.

[3]) cf. *Relazione* cet. tab. III*a* et p. 100.

ramus, cum post menses nonnullos denuo opus aggrederemur, relicta illa vineae parte in ipsum collem, in cuius latere vinea sita est, nos transtulimus: ibi enim fragmenta marmorum plurima humi iacebant et visebatur ara anguis figura insignis [1]) et vineae possessores se frustula etiam litteris ornata nonnunquam repperisse narrabant. Coeptae igitur sunt fossiones in clivo collis a. d. X kalendas Apriles anni 1868, sed nulla monumentorum antiquorum vestigia apparuerunt, donec in summum collem pervenissemus, ubi fossas longiores ex ordine ducendas curavimus, cum in clivo hic illic terram frustra temptassemus. Mox nuntiavit qui operi diligentissime insistebat Petrus Ceccarellius muros coeptos esse reperiri rudes collapsos totos, partim ex topho compositos et imbricibus, partim ex fragmentis marmoris et lapidis Tiburtini, in iisque tabularum marmorearum frustula plurima actorumque Arvalium sex fragmenta detecta esse: nec defuisse corporum humanorum reliquias imbricibus opertas tubisve coctilibus. In coemeterium scilicet quoddam incidimus simplicissimum, ubi corpora deposuerunt non arcis condita, sed ut laminae tantum modo marmoreae, modo coctiles usurparentur: nec ipsis actis Arvalium pepercerant conditores eius, qui arreptis undique monumentis et sacris et profanis mortuos sepulcris dedissent perquam rudibus. Expectationes maximae ita excitatae minime delusae sunt. Ineunte enim Aprili in lucem venit magna actorum anni 155 tabula, quae et ipsa pro operculo fuerat sepulcri cuiusdam; et ab eo inde tempore quotidie fere eruderatae sunt tabulae aliae magis, aliae minus integrae, fractae prope omnes et divulsae, nonnullae etiam in frustula exigua redactae propter materiem fragilem neglegentiamve fossorum. Multarum quoque tabularum, quarum fragmenta in vinea inferiore prope aedificium rotundum effossa erant, tunc in summo colle aliae partes detectae sunt. Fastorum quoque sacrorum et civilium frustula ibidem reperta sunt. Praeterea sarcophagus marmoreus inventus est cum operculo, sculptis tamen ornamentis carens, et saxa magna marmorea, aedificii cuiusdam sive monumenti partes, alia fascibus consularibus, alia litteris permagnis insignia; denique tituli nonnulli sepulcrales et ipsi aliunde allati [2]). Patebat igitur coemeterium repertum christianum esse et abolita demum antiqua religione institutum, id quod confirmarunt mox monumenta, quae lucem viderunt, vere christiana [3]). In summo enim colle inter ipsa sepulcrorum, de quibus diximus, rudera columnae iacebant earumque bases et capitula molis exiguae, artificii autem aetatem christianam indicantis eique similis, quod in xenodochio Pammachii Portuensi observatur [4]). Quae ad oratorium quoddam pertinere a Damaso papa *sanctis martyribus Simplicio Faus*TINO VIA-

[1]) cf. l. c. tab. V n. V.

[2]) cf. l. c. p. 102 seqq.

[3]) de monumentis christianorum in luco Arvalium effossis scripsit docte, ut solet, Ioannes Baptista de Rossi in *Bullettino di archeologia cristiana* 1868 p. 26 seqq. et 1869 p. 1 seqq., in celeberrimo libro, cui nomen est *Roma sotterranea*, uberius de iis expositurus.

[4]) cf. de Rossi l. c. 1866 p. 103.

TRICi dicatum fragmentum ostendit inscriptionis litteris Damasianis in epistylio marmoreo exaratae. Neque ita multo post muri in lucem venerunt et gradus aedificii, quod opere musivo decoratum fuisse tessellae indicarunt vitreae sparsae, sub pavimento autem eius areaeque haud pauca reperta sunt sepulcra inscripta titulis, quos forma litterarum consulumve nomina quarto aerae christianae saeculo tribuendos esse docuerunt. Et hos quidem ante destructa Arvalium sacraria exaratos esse inde apparebat, quod in aversis tabulis nulla Arvalium acta inscripta sunt. Proxime autem oratorium Damasianum porta eruderata est coemeterii subterranei, in ipsoque huius descensu in pariete dextro vestigia reperta sunt monogrammatum christianorum forma hac: ☧, item columba ramusculum ore gerens. In prima vero crypta in pariete externo apsidis cuiusdam semirotundae pastor bonus visitur syringem pecudi monstrans tunicaque vestitus crucibus quae dicuntur gemmatis insigni. ante apsidem autem in pavimento lamina erat magna marmorea litteris pessimis inscriptionem exhibens anno 384 exaratam. Mox in cubiculo quodam ad sinistram intrantis sito pictura detecta est aetatis multo posterioris Christum ostendens in cathedra sedentem inter sanctos quattuor qui coronas manibus portant, quorum duobus nomina adhuc leguntur adscripta Faustiniano et Rufiniano; tertiae Viatrici nomen fuisse expletae ex titulo epistylii reliquiae demonstrant. Viatrix ea sive Beatrix soror fuit Simplicii et Faustini martyrum, qui cum mortem passi essent in Tiberim praecipitati, sepulti sunt in coemeterio Generosae *ad sextum Philippi,* in quo et ipsa Viatrix deposita est. Generosae esse coemeterium in luco Arvalium repertum docuit Rossius [1]). De invento hoc coemeterio certiores facti cardinalis Vicarius summi pontificis quique tunc cum eo antiquitatibus christianis in urbe praepositi erant, cryptas eas explorandas curarunt, quas integras invenerunt et satis amplas, pauperrimas tamen et destitutas omni fere ornatu a veteribus christianis in urbanis coemeteriis usurpato. Carebant enim inscriptionibus loculi paene omnes, clausi imbricibus hinc illinc advectis, ut signacula offiicinarum claro ostendebant: vas nullum ibi fuit nec vitreum nec coctile: inter lucernas una tantum anaglypho insignis: anaglyphorum coctilium, quibus memoria sepulcri servaretur, in calce fixa fragmenta pauca. In calce hic illic graphio scripta fuerunt monogrammata nominis Christi varie formata, interdum cruces hastis fere aequalibus, inscriptiones in calce exaratae paucae, ex quibus una annum enuntiat consulum Modesti et Arinthei, qui est 372 p. Chr.[2]). Memorabile autem est ne in hoc quidem coemeterio Arvalium ullam repertam esse tabulam ad loculos tegendos adhibitam, sed ex fragmentis duobus in eo effossis alterum inservisse ad loculum aetate posteriore restaurandum, alterum in area inventum esse sub pavimento sepulta. Unde coemeterium quoque subterraneum manifestum est institutum corporibusque repletum esse ante deleta luci monumenta.

[1]) *Bull. di arch. crist.* 1869 l. c. [2]) l. c. p. 13.

19. Ita dum cryptae coemeterii subterranei accurate explorantur, summo ardore continuabatur investigatio areae sub divo positae, nec Regina modo clementissima, sed ipse Rex Guilelmus, Germaniae nunc Imperator gloriosissimus, de felici investigationum successu certiores facti, summa denuo liberalitate nos adiuverunt. Neque fefellerunt nos spes conceptae; nam praeter fragmenta plurima actorum mense Maio ineunte prodiit integra tabula anni 90, et etiamsi diebus posterioribus nulla alia in lucem prolata est tabula integra, multa in dies inventa sunt frustula tabularum potissimum annorum 38 et 87, quarum partes ante annum prope aedificium rotundum vineae inferioris eruderaveramus. Deficientibus denique operis in summo colle ad finem perducta quae ibi incepta erat fossione, in parte vineae quae orientem respicit, eo loco, quo ante annum propter difficultatem exiguamque utilitatem opus interruptum erat, terram denuo temptavimus, nec sine fructu: nam praeter fragmenta minoris pretii partem repperimus actorum Neronis anni 59. Cessavimus a labore a. d. VI kalendas Iulias operis ob calorem aestivum in patriam redeuntibus. Ad illud usque tempus quae in vinea Ceccarelliorum reperta a nobis erant monumenta, ea edidi et illustravi in libro inscripto: *Scavi nel bosco sacro dei fratelli Arvali per larghezza delle LL. MM. Guglielmo ed Augusta re e regina di Prussia operati dai signori Ceccarelli*, *relazione a nome dell' Instituto di corrispondenza archeologica pubblicata da G. Henzen, Roma dalla tipografia Tiberina* 1868, pp. XIII et 107 et tabb. lithogr. V (cum appendice Rudolphi Lanciani de aedificio rotundo vineae).

Multae tamen partes vineae exploratae nondum erant, nec in summo colle plane exhausta videbatur esse area coemeterii, unde tot tabulae in lucem redierant. Quapropter ab Augustis fautoribus nova adepti subsidia hieme annorum 1868/9 duobus potissimum vineae locis opus aggressi sumus, in ipso scilicet colle paullulum infra oratorium Damasi papae, et maiore etiam ambitu in parte declivi vineae, quae posita est inter casam et coemeterium vere anni 1868 exploratum. Et in colle quidem superiore opere eo usque absoluto, ut cum fossa anni prioris coniungeretur nova, plurima fragmenta eruderata sunt, actorum praecipue anni 69. Nec quod circa clivum opus inceptum erat, in parte certe inferiore sine utilitate fuit, cum haud pauca nec exigua frustula tabularum ibi quoque effoderentur: deminuebantur tamen fructus fossionis, dum ad superiorem collem appropinquamus, quamquam non desita sunt inveniri fragmenta quamvis parvula; nec licebat igitur ab investigando desistere, priusquam pervenissemus sub ipsum coemeterium anno praecedenti exploratum. Quo facto duobus aliis locis terram temptavimus, sed frustra: reperti enim non sunt nisi muri rudes, qui quibus aedificiis tribuendi essent minime apparebat. Quapropter ingruente aestate cum iam fugere urbem coepissent operae, segetibus autem occuparetur pars vineae in summo colle e regione areae coemeterii posita, quae plus

ceteris fructuum videbatur promittere, in autumnum constituimus opus differre. Reperta in hac investigatione actorum fragmenta, item fastorum quoque et sacrorum et civilium nec non Fortis Fortunae aras duas vetustissimas edidi in *Bullettino* Instituti archaeologici a. 1869 p. 81—125, omissis aliquot frustulis ad explendas quidem tabulas mutilas utilissimis, nimis autem exiguis, quam quae separatim prodirent.

20. Mense Octobri in vineae parte ea, quam consulto antea reliquimus, pluribus simul locis opus aggressi nihil omnino profecimus et per totam hiemem loca diversissima vineae perscrutati nulla amplius repperimus Arvalium monumenta. Quapropter exhaustam rati Ceccarelliorum vineam ab incepto desistendum esse censuimus. Nec hieme insequenti 18$^{70}/_{71}$ ullam aliam partem eius temptavimus, donec mense circiter Martio in summo colle supra coemeterium subterraneum casu duo actorum fragmenta effossa esse comperi ad annos 69 et 101 spectantia. Unde terram ibi diligenter pervestigandam esse ratus per tres fere hebdomadas fossiones institui, sed praeter fragmentum parvum actorum anni 87 nihil inventum est. Sane vinea Ceccarelliorum fratrum ita videtur esse explorata, ut etiamsi negari nequeat hic illic sparsa ibi latere pauca actorum frustula, nullo tamen eius loco cum successus aliqua spe nova investigatio institui possit. Ad portam vineae alterius Stephani Ceccarellii, quae ab altero latere viae publicae e regione vineae Ceccarelliorum fratrum versus Tiberim sita est, fragmenta nonnulla reperta esse videntur [1]. Item in ea rudera extant veterum aedificiorum ad tetrastylum fratrum Arvalium relata a Pellegrinio [2], qui ad illum locum pertinere censet a Flaminio Vacca tradita verbis his: „*fuori della suddetta porta (Portese) due buone* (sic) *miglia lontano nel luogo che si chiama affoga l'asino, verso il Tevere in certi canneti al tempo di Gregorio XIII furono trovati molti consoli di marmo, e ciascuno aveva il suo piedistallo con le lettere, come anche colonne di marmo gentile lunghe trenta palmi: queste furono segate e servirono per la cappella Gregoriana in S. Pietro: li consoli furono sparsi per Roma: ma erano da mediocre mano lavorati*“ [3]. Quibus verbis quamvis a vero aberraverit Vacca in numero miliariorum indicando, propter loci appellationem et ipsa quae a Vacca memorantur arundineta probabile est vere intellegi vineam hanc alteram. Statuae autem titulis ornatae eo loco effossae cum respondeant basibus imperatorum, de quibus antea diximus, et ipsae sacrum Arvalium agrum ad eam quoque viae partem pervenisse confirmant. Accedit, quod, ut antea vidimus tradidisse Buonarrotium [4], tabulae ad annos 80. 81 et 183 pertinentes a Magliana Romam euntibus parte dextra effossae sunt; ubi nisi eum errore dextram et sinistram permutasse statuis, vinea haec intellegatur necesse est. Quare vineam quoque Stephani Ceccarellii

---

[1]) cf. fragmentum Domitiani A.

[2]) *Edifizj del collegio de' fratelli Arvali* p. 10.

[3]) Vacca *memorie* 98 apud Feam *Miscell.* vol. I. p. XCIV.

[4]) cf. p. XIII.

temptare volui, licet pleraque certe acta videantur ab altera parte viae proposita fuisse. Negavit tamen possessor, cum vineam villae instar instructam et ordinatam destrui nollet. Unde pro tempore certe a luco universo explorando cum desistendum esset, monumentorum, quae hucusque reperta sunt, editionem non amplius differendam esse iudicavi. Lapides autem ipsos a vineae possessoribus emerunt qui monumentis antiquis explorandis et conservandis apud Italos praesunt, iique, dum paratur locus, quo publice proponantur, adservantur in monte Palatino.

21. Praeter fragmenta actorum in ipso luco effossa locis diversissimis urbis eiusque viciniae Arvalium documenta inventa sunt haec:

1. fragmentum actorum a. 33. 34. 35. 36 in Esquiliis.
2. a. 43 in impluvio S. Priscae in Aventino.
3. a. 63 in villa Negronia.
4. a. 78 in hortis Montaltinis, quae postea fuit villa Negroniorum, deinde Maximorum, nunc statio viae ferratae.
5. a. 91 in fodiendis fundamentis chori S. Petri.
6. a. 117: extabat olim in pavimento basilicae S. Pauli.
7. a. 119 repertum ad pontem Palatinum in Transtiberina regione.
8. a. 145: extabat in coemeterio quodam in vinea Viscardi e regione ecclesiae S. Laurentii extra moenia.
9. a. 186 effossum a. 1855 in monte Aventino ad S. Sabinae.
10. a. 218: tabula quae subsellii vel mensae loco videtur fuisse in luco sacro, effossa a. 1778, cum fundamenta iacerentur sacrarii Vaticani.
11. a. 220: tabula ad eundem usum adhibita unaque cum n. 10 effossa.
12. a. 231 rep. a. 1778 in villa Iustinianea prope S. Joannis in Laterano, nunc Wolkonsky.
13. a. incerti circa aetatem Elagabali vel Alexandri: rep. a. 1858 in coemeterio Callisti.
14. a. 241 effossum a. 1744 in regione Transtiberina, cum fundamenta iacerentur aedis conservatorii S. Paschalis.

Accedunt fragmenta haud pauca in urbe servata, quae quamquam ubi effossa sint accuratius definiri nequit, tamen non videntur in luco reperta esse. In quo cum omnia collegii acta olim exposita fuerint necesse sit, inde ablata et dispersa per urbem et loca vicina inventa sunt. Quod quando et qua ratione factum sit, exploravit nuper Rossius [1]), et simul ipsam luci historiam enarravit, de qua nobis quoque accuratius disputandum est.

22. Et lucus quidem quo loco fuerit, ex iis quae de fragmentis in illo repertis exposuimus, intellegitur. Erat autem ibi in summo colle

---

[1]) *Ann. Inst arch.* 1858 p. 64 seqq.; *Bull. d. arch. crist.* 1868 p. 30.

et fortasse in parte eius declivi, quoniam in actis Arvales saepe dicuntur *lucum deae Diae ascendisse*[1]) vel *ollas per clivum iactasse*[2]). Id ipsum videtur confirmare ara rotunda lapidis Tiburtini bucraniis ornata et encarpiis, in cuius parte superiore serpentis figura adsurgit. Eam enim genium loci repraesentare, aram autem in summo colle repertam olim in medio luco positam fuisse probabiliter coniecit Rossius[3]). Ascendebant Arvales lucum, cum immolassent deae Diae ad aram, quae ante lucum dicitur fuisse[4]), cumque epulati essent in tetrastylo; item dicuntur descendisse lucum[5]) vel in tetrastylum[6]). Itaque et ara deae Diae et tetrastylum ad radices collis in plano sita fuerunt. Ex altero latere sacram Arvalium aream ultra viam publicam versus Tiberim excurrisse antea (p. XIX) vidimus. De aedificiis autem Arvalium ruderibusque eorum in ea quoque regione superstitibus disputavit Angelus Pellegrinius (l. c.)

23. Commemorantur in actis Arvalium aedes deae Diae, Caesareum, tetrastylum, circus. Et circum quidem Pellegrinius[7]) in dorso collis ibi situm fuisse putat, ubi occidentem versus vinea Ceccarelliorum vineae Molinariae contigua est; qua parte plures abhinc annos detecti sunt muri pilaeque circi concamerationibus apta; quam opinionem nos in medio relinquimus. Similes muri nostra quoque opera effossi sunt, neque tamen scio, num ad idem aedificium referendi sint. Tetrastylum in ea parte, quae trans viam est, in vinea Stephani Ceccarellii situm fuisse idem posuit[8]), fortasse recte; quamvis de ruderibus illis accuratius nunquam exploratis certum nequeat iudicium fieri. Mommsenus nuper tetrastylum non diversum fuisse suspicatus est a Caesareo aedeve Caesarei[9]), cuius raro in actis mentio fit. Immolatur enim *ante Caesareum* genio imperatoris et divis, id est imperatoribus defunctis et consecratis[10]), divis igitur id templum apparet sacrum fuisse. In actis autem a. 81[11]) legimus haec: *inde cum in aedem Caesarei consedissent, et ex sacrificio gustarunt: inde ad summotum in aede sacrificio facto immolavit deae Diae agnam opimam, quo sacrificio peracto in Caesareo epulati sunt.* Quae verba fere respondent iis quae in omnibus actis posterioribus in tetrastylo Arvales fecisse dicuntur, ut scriptum est in

[1]) velut in actis sacri deae Diae a. 87. 89. 90. 105. 117. 118. 120. 155. 183. 218 cet.

[2]) cf acta sacri eiusdem a. 219 descripta in tabula anni 90. In actis a. 218 Marinius quidem exhibet *iac||uerunt*, sed a Mommseno monitus in lapide satis clare recognovi *iacta||verunt*.

[3]) cf *Bull. arch. crist.* 1868 p. 27. Genio loci Arvales sacrificasse acta significant anni 183 (2, 3. 12), ubi legitur *sive deo sive deae, in cuius tutela hic locus lucusve est.* Ara depicta est in *Relazione* cet. tab. V, 5.

[4]) cf. acta diei secundi sacri deae Diae.

[5]) velut in actis a. 219 ad tabulam a 90 adiunctis.

[6]) cf. a 87. 89. 90.

[7]) l. c. p. 8.

[8]) cf. antea.

[9]) *Grenzboten* 1870 p 167 not.

[10]) cf. acta a. 183 p. I, 20–24; II, 1 14) et a. 224.

[11]) vv. 13 seqq : Caesareum videtur etiam commemoratum fuisse in actis Dom. A; cf. acta diei secundi sacrificii Arvalium.

actis a. 87: *in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt. sumptisque praetextis* cet. *ad summotum escenderunt et* cet. *deae Diae agnam opimam immolarunt, perfectoque sacrificio* cet. *in tetrastylum desciderunt ibique* cet. *epulati sunt.* Quae cum ita sint, valde certe probabilis foret Mommseni sententia, nisi obstarent acta a. 183, in quibus postquam antea Caesarei mentio facta est, paullo post commemoratur tetrastylum [1]). Quod cum primum nominetur in actis anni 87, et annis sex ante Arvales in Caesareo epulati esse dicantur, fieri potest ut ipsis demum his annis aedificatum sit. Fuerit autem tetrastylum necesse est aedificium satis amplum, cum triclinium quoque complecteretur [2]), et alibi [3]) Arvales dicantur in tetrastylo in subselliis consedisse: pluribus igitur partibus consistebat. — Aedem deae Diae in alto acta collocant, cum ad sacra in ea facienda sacerdotes lucum escendant perfectoque sacrificio inde descendant. Neque tamen in summo colle videtur sita fuisse, ubi aedificiorum antiquorum vestigia supersunt nulla, sed recte puto pro ea haberi aedificium illud rotundum, cui casa rustica superimposita est. Hoc accurate Lancianius et depinxit et descripsit, nec columnis ostendit ornatum fuisse, sed parastatis ordinis Corinthii [4]), inscriptiones autem affixas fuisse ad stylobatam collegit ex iis, quae de fragmentis circum casam effossis supra exposuimus. Inscriptiones enim cum in aede videantur propositae esse, quoad spatium remanebat vacuum (in actis enim anni 81, quibus primum commemoratur piaculum ob ferri illationem et elationem factum, id in aedem dicitur illatum de eaque elatum esse), aedificium rotundum quin aedes deae sit dubitari vix potest. Quae ex ea supersunt reliquiae cum saeculi alterius finem tertiive initium prae se ferant [5]), ea aetate aedes refecta sit necesse est, quam anno certe 183 iam ruere coepisse ficus videtur indicare nata in fastigio eius.

24. De Caesareo nihil certi licet affirmare nisi aedificium fuisse quadrangulum: in effodiendis enim templi ruderibus fragmenta nonnulla reperta sunt tituli cuiusdam litteris maximis scripti, qui ad monumentum rotundum pertinuisse nequit. Et illius quidem versus primus litteris altis m. 0, 186—0,19 nomen exhibet

M · VALERIVS

Fragmentum alterum litteris altis m. 0, 143 continet haec:

E S A
I C· I

tertium litteris altis m. 0, 168, quas huc referendas esse sectio ostendit inferior lapidis:

[1]) [Equidem arbitror ubi agatur de sacris divorum, aedificium Caesareum potissimum appellari; ubi agatur de sacerdotum epulis, plerumque tetrastylum, neque offendit opinor duplex vocabulum in eodem instrumento admissum, cum praesertim usurpentur non tam promiscue quam ita, ut alterum ad alteram aedificii partem proprie pertineat. TH. M.]

[2]) cf. ad acta a. 87. 90.

[3]) cf. ad acta a. 218.

[4]) *Relazione* p. 105 seqq.; tab. IV. V.

[5]) l. c. p. 106.

1
FRA

Quae fragmenta quo minus ita coniungantur, ut FRA*tr*ES *Arvales* inde efficiatur, impedit punctum inter litteras S et A deficiens. Quapropter *ca*ESA*reum* ibi legendum esse maxime probabile est. M. Valerius nescio an pro M. Valerio Trebicio Deciano habendus sit, qui in actis aetatis Traiani saepius commemoratur: litteras enim, quamvis pulchrae sint et aetatis bonae, ad aetatem tamen antiquiorem vix rettulerim. Caesareum igitur, ut templum deae Diae, tempore incerto et ipsum refectum est.

25. Quod denique balnea in luco deae Diae fuisse dicuntur [1]), videtur ortum esse confusis actis dierum primi et secundi sacri mense Maio celebrati, cum primo tantum die sacerdotes dicantur *a balneo* vel *loti* in cathedris consedisse [2]), illo autem die Arvales in urbe in aedes magistri convenire solerent.

26. Et hoc quidem loco breviter disserendum erit de iis, quae de aedificiis fratrum Arvalium a scriptoribus saeculi decimi sexti tradita accepimus. Magnam enim auctoritatem videmus a viris doctis tributam esse diagrammati cuidam ab Abekeno in chartis musei Florentini reperto ab eoque [3]) et a Melchiorrio [4]) publici iuris facto, quo aedicula repraesentatur quattuor columnis fulta cancellisque clausa, in cuius apside novem bases conspiciuntur adscriptis in parte interna verbis his: „*statue numero* 9 *di imperatori incoronati di spighe di grano. in via portuense ad quartum miliarium hoc sacellum ordinatum fuit a Romulo ad benedicendum granum et agrum. sic restauratum ab Antonino*;“ a latere autem imaginis verbis his: „*ciascheduna statua havea uno epitaphio e in nel fine dello epitaphio ci era fratri Arvali, e erano nove epitaphii corrispondenti alle nove statue in fino a Gordiano, i quali imperatori furono tutti di quella compagnia da campagna.*“ Huic narrationi nec Rossius [5]) nec Pellegrinius [6]) fidem negarunt fidentes nomini honesto Balthassaris Perutii architecti clarissimi, cui diagramma tribui solebat. Qui cum decesserit anno 1536, si recte imaginem ab eo factam esse crederetur, de sinceritate eius plane constaret. At sciscitanti mihi rescripsit Franciscus Gamurrinius musei Florentini archaeologus picturam esse Joannis Sallustii filii Balthassaris Perutii, qui anno 1573 obiit Vindobonae. Qui cum ipse Romae non adesset, quo anno lapides Arvalium detecti sunt, ab aliis eum certiorem factum esse consentaneum, quam ob rem non dubito eum pendere a Ligorio, cum id quod refert portentis a Ligorio excogitatis plane respondeat. Carent praeterea omni probabilitate ea, quae de novem statuis narrantur: quae si vere in suburbano Gallettii effossae essent, nec Ursino nec Manutio ignotae mansissent. Intelleguntur sane

---

1) cf. Lanciani l. c. p. 106.
2) cf. acta a. 218 et 241.
3) *Ann. Inst. arch.* 1841 tab. G.
4) *Appendice agli atti degli Arvali* tab.
5) *Ann. Inst. arch.* 1858 p. 57.
6) l. c. p. 9.

septem illae bases, quarum inscriptiones rettulit Manutius, Hadriani (C. I. L. 6, 968), Antonini Pii (1000), M. Aurelii (1012), L. Veri (1021), Septimii Severi (1026), Antonini Severi f. (1053), Gordiani (1093): accedit apud Ligorium titulus Claudii [1]), qui Rossio quidem videbatur sincerus esse [2]), mihi a Ligorio confictus. Nec satis perspicitur, qui factum sit, ut in aede invenirentur Claudius et Gordianus principesque qui ab Hadriano usque ad Caracallum imperarunt fere omnes, non invenirentur successores Claudii Hadriano priores quique inter Caracallum et Gordianum praefuerunt imperio. Mihi sane de falsitate diagrammatis quod dicunt Perutii videtur dubitari non posse.

27. Scribit porro Ligorius [3]): *via Vitellia era quella che partiva dalla porta portnense o portese di Roma, et ne andava alla città del Porto per li campi Vaticani, per lo piano costeggiando le vicinità del Tevere fiume, onde essendo lastrigata da Lucio Vitellio, padre di Vitellio imperatore, nella sua censura seconda, fu essa via chiamata Vitellia Portuense, per la quale a destra della via a tre miglia si trovava il solenne tempio della dea Arva, cioè della Terra o Lua, custodito dali Fratri Arvali, nel cui ordine erano imperatori e l'Auguste et altri huomini illustri. Lo qual tempio fu rotondo, secondo la mostrata pianta. Dove attorno e dentro li nicchi et difuori fra essi attorno le parieti erano le imagini togate e col capo velato coronate di spighe di grano dell' imperatori romani e delle moglieri entrate nel sacerdotio, ove havevano sacrificato et purgati gli auguri dei portenti accaduti, et le quai statue erano alte dieci palmi et vi erano di quelle piccioline dell' altri huomini illustri, et cominciavano da Romolo: di marmo con i suoi epitaphii, come avemo posto in questo luogo copiato di coloro, i quali havemo veduto quivi dedicati* cet. — Sequitur ichnographia aedis rotundae adscriptis titulis illis imperatorum a Manutio relatis, additis inscriptione antea commemorata Claudii fragmentisque nonnullis actorum ab Ursino repertis. Ichnographiam illam ostendit Lancianius [4]) non plane abhorrere a forma aedificii quod diximus rotundi vineae Ceccarelliorum, licet in ea quoque describenda animo indulserit Ligorius porticumque quandam finxerit internam, cuius columnae, si quae fuissent, omnino fundamentis caruissent. Statuas autem, quas in aede fuisse narrat, non est quin videat ipsas esse diagrammatis Perutiani. Scilicet cum statuas non paucas sub Gregorio XIII pontifice in loco *foga l'asino* repertas esse Flaminius Vacca auctor sit [5]), hac narratione itemque inventione a Manutio relata videtur ita usus esse Ligorius, ut primo quidem aediculam Perutianam excogitaret, deinde aedificii vineae Ceccarellianae memor ei applicaret quidquid de aedicula alibi narraverat [6]). Narrationibus igitur eius fides omnino neganda est.

---

[1]) *ms. Taur.* vol. XVIII f. 64.
[2]) *Ann. Inst. arch.* 1858 p. 59.
[3]) *ms. Taur.* vol. XVIII f. 64'.
[4]) *Relazione* p. 105 seqq.
[5]) Rettuli verba eius supra p. XIX.
[6]) cf. *Relazione* p. IX seqq.

28. Pauca denique addenda sunt de iis, quae de historia luci monumentorumque eius ex repertis hucusque actis colligere licet. Ea antea diximus in stylobata templi incisa esse a tempore fere Caesaris Augusti ad aetatem usque Antonini Pii, ut etiam postea quaedam superadderentur: acta enim a. 213 in parte inferiore tabulae a. 155 adscripta sunt, ad eandemque fere aetatem spectant acta in tabula a. 90 adiecta, quae anno 219 tribuenda esse ostendi. Acta autem a. 183 supra vidimus propter formam diversam non in eodem stylobata perscripta fuisse. Itaque tertio saeculo incipiente repletis prope muris ad acta inscribenda aut spatia ea adhibebantur, quae antea vacua in iis relicta erant, aut in aliis luci monumentis acta exarabantur; ut acta a. 2.8 inscripta sunt in adversa pariter et aversa tabula quadam, quae mensae fortasse loco Arvalibus erat, item acta a. 220 in cathedra subselliove. Mox, scilicet post Gordiani imperium, acta omnino videntur desiisse incidi, sive quod cessaverant Arvalium sacra sive aliam ob causam nobis ignotam. Neque tamen ab ea iam aetate monumenta diripi coepta esse et per urbem spargi manifesto colligitur inde, quod in coemeterio subterraneo christianorum, quod ante Constantinum imperatorem institutum esse pervidit Rossius [1]), actorum Arvalium fragmenta nulla effossa sunt nisi unum restaurando loculo adhibitum alterumque, quo sepulcrum in solo excavatum aetate posteriore adopertum est. Accedit, quod ne in oratorio quidem a Damaso extructo quamquam haud dubie eo tempore lucum christiani possidebant, actorum Arvalium ullae reliquiae repertae sunt. Unde hoc certe constat ad annum usque 382, quo bona templorum et sacerdotum omnia a Gratiano Augusto in fiscum redacta sunt, illaesa mansisse monumenta Arvalium. Eo anno Arvalium bona ecclesiae Romanae donata esse extructum ibi oratorium videtur confirmare. At ne tum quidem templum deiectum est tabulisque ad stylobatam adfixis privatum, cum etiamtum aedes diis sacrae [2]) legibus imperatorum protegerentur. Immo tabularum, quae inscriptionibus christianorum insignes circa oratorium Damasi effossae sunt, nulla de aede Arvalium detracta est; neque Arvalium tabulis tecta sunt nisi sepulcra rudiora saeculis quinto et sexto vel etiam posterioribus a Rossio tributa [3]). Monumenta igitur Arvalium etiam postquam bona eorum publicata et christianis data sunt, per longum tempus videntur illaesa durasse, et ne id quidem verum videtur esse, quod Rossium [4]) secutus ipse olim statui [5]), dum aedi parceretur, lucum expilatum esse monumentaque eius in urbem asportata; nam etiamsi inter acta in coemeteriis suburbanis in ipsaque urbe inventa haud pauca quidem documenta aetatis sunt posterioris (cf. elenchus supra p. XXI propositus actorum e luco sublatorum), plura tamen eorum

---

[1]) *Bull. arch. crist.* 1869 p. 1 seqq., praesertim p. 13 seqq.

[2]) cf. Rossius l. c. 1865 p. 5 seqq.; 1868 p. 30; 1869 p. 13 seqq.

[3]) l. c. 1868 p. 31.

[4]) *Ann. Inst. arch.* 1858 p. 68 seqq.

[5]) *Relazione* p. XII.

ad tempora pertinent, quibus in parietibus templi acta exarata esse certo scimus. Omnino labente saeculo una cum monumentis per lucum sparsis tabulae quoque de aede paullatim delapsae in urbem delatae esse videntur, infima demum aetate oblivione obrutis imperatorum legibus aedes ipsa superstitibus spoliata esse tabulis. Quod cum neglegenter fieret ab hominibus rudibus et incultis, tabulae, cum avellebantur, saepe confractae sunt, ut hodie non raro eiusdem documenti particulae aliae prope templum, aliae in summo colle in coemeterio effodiantur.

FRAGMENTA
ACTORUM FRATRUM ARVALIUM.

IMP. CAESAR AUGUSTUS.
TI. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS.

. . . . *quod* a. 14
I *Cn. Cornelius* Cn. f. Lentulus augur, mag(ister) in locum . . . . . . [1]
factus, ad fratres Arvales rettulit: arborem
in luco deae[2] Diae vetustate cecidisse, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt):
cum arbor vetustate in luco deae Diae cecidisset, ut
in luco ad sacrificium consumeretur, neve quid
ligni exportaretur [3].
adfuerunt L. Domitius Cn. f. Ahenobarbus, L. Calpurnius
Piso pontifex, Paullus Fabius Q. f. Maximus.
*is*dem co(n)s(ulibus) pridie eidus Maias in regia Mai 14
Cn. Cornelius Cn. *f.* Lentulus[4] augur mag(ister) in locum L. .

Romae in domo Caroli Astalli regione Columna.

Quae leguntur p. XXIX–XXXII, una tabula duabus paginis iuxta positis scripta solus servavit Accursius Ambros. D 420 f. 29': ex eo Muratorius 584, 1 (inde Marini Arv. tab. I. II. III; ex Marinio tabulam I Or. 2265) parum accurate, addita nota 'e schedis meis'. Omisit Murat. paginae 2 vv. 5. 14. 15. 18. 25. Marinius secundam ita in duo fragmenta divulsit, ut vv. 1–12 post vv. 13–23 collocaret. — In restituendo monumento rarius quam solet Marinius verum assecutus est.

Pagina prior ad annum pertinet p. C. 14; nam imperator Caesar Augustus cum pridie idus Maias inter Arvales nominetur, vita iam functus fuit a. d. XVIII kalendas Ianuarias, quo die in locum eius cooptatus est alius, cuius nomen consilio videtur deletum esse: cf. vv. 16 et 20. 21. Decessit autem Augustus a. d. XIV kalendas Septembres (Suet. Aug. 100; Dio 56, 20; cf. fast. Amit. et Antiat. in C. I. L. I p. 324 et 328). Consules fuerunt per annum integrum Sex. Pompeius Sex. f. Cn. n. et Sex. Appuleius Sex. f. Sex. n. (cf. fast. Antiat. l. c. p 475).

[1]) hiatum ad finem versus non notavit Acc.

[2]) EM traditur.

[3]) Marinius cum expleret, nec perspexit rem nec rationem habuit numeri litterarum.

[4]) CNLENTVLVS traditur: omissam esse litteram F explendumque ut feci ostendunt tam vv. 1 et 19 quam hiatus qui est initio versus.

a. 14 *Aemili* Paulli Drusum Caesarem Ti. f. Augusti n. *fratrem* Arvalem cooptavit et ad sacra vocavit.

adfuerunt Cn. Pompeius Q. f., L. Domitius Ahenobarbus, *L. Calpurnius* Piso pontif(ex), *T.*[5]) Quinctius Crispinus *Valerianus;* per tabellas cooptarunt *imp(erator) Caesar* Augustus, Ti. Caesar Augusti f., Germanicus *Caesar Ti. f.*[6]), Paullus Fabius Maximus.

Dec. 15 *isdem consulibus*[7]) XVIII k(alendas) Ianuarias in regia *Cn. Cornelius* Cn. f. Lentulus augur mag(ister) in locum Cn. *Pompeii Q. f. . .*[8]) Pompeium augurem et in locum imp(eratoris) *Caesaris* Augusti ////////////////////////////[9]) fratres Arvales *cooptavit et* ad sacra vocavit. N. B.

adfuerunt Drusus Caesar Ti. f., L. Piso pontifex, T. Quinctius *Crispinus Valerianus*, M. Cornutus; per tabellas cooptavit *Ti. Caesar divi Aug(usti) f.* Augustus.

---

5) PONTIF · F traditur.

6) Germanici nomen pro agnomine Ti. Caesaris perperam habuit Marinius; Mommsen *Eph. epigr.* I p. 33 recte agnovit Germanicum Caesarem.

7) EIDVS traditur.

8) nomen Pompeii restituit iam Marinius propter praenomen in fine v. 19 servatum.

9) Accursius hiatum hunc a reliquis hiatibus non distinxit; videtur tamen hic nomen scalpro erasum fuisse.

TI. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS.

quod T. Quinctius Crispinus Va- a. 21
lerianus mag(ister) fratrum Arva-
II lium ad *fratr(es) Arval(es) rettulit, Sullam*
Felicem *flaminem fratr(um) Arval(ium) (?)*
qui valet*udine impeditus esset, ad-*
es̱se non *posse ad sacra facien-*
da de*ae* Di*ae XVI XIIII XIII k(alendas) Iun(ias),*
in eius lo*cum* . . . .
nus su*ffectus est.* [1])
adfuerunt *T. Quinctius Crispinus*
Valerian*us mag(ister), Drusus*
Caesar *Ti. f.* . . . .
ani [2]) . . . . *M. Valerius*
Messal*linus* . . . .
. . . . *M. Caecilius*

Paginae 2 minus certa sunt supplementa. Consules Mamercus Aemilius Scaurus et Cn. Tremellius (vv. 16. 17) quamquam ita satis longo intervallo separantur a prioris paginae consulibus, nihilominus idoneis argumentis Borghesius *Ann. inst. arch.* 1855 p. 8 demonstravit eos fasces gessisse a. p. C. 21. Primum ex fastis Antiatinis (C. I. L. I p. 475) non ante a. 19 Scaurum et Tremellium fasces gessisse constat. Anno porro 22 consularis a Tacito (ann. 3,66) Scaurus dicitur. Fuit igitur consul aut anno 19 aut 20 aut 21. Exclusit annum 19 Borghesius, quia v. 10 Caesar dicitur inter Arvales adfuisse: illo enim anno tam Tiberius Caesar quam Caesar Drusus extra Italiam degebant. Anno 20 Valerium Messallinum et Aurelium Cottam per integrum annum consulatu functos esse inde didicimus, quod fasti in luco Arvalium reperti, quibus suffecti accurate signantur, anno 20 nullos adscribunt (cf. *Relaz.* p. 99; cf. p. 96). Restat a. 21, quo fasces ordinarios Ti. Caesarem Augustum IIII et Drusum Caesarem II per tres tantum menses gessisse Borghesius docuit (l. c.; cf. Sueton. *Tib.* 26).

[1]) vv. 1-7. Sullam Felicem, quem ego flaminem conieci fuisse, Marinius magistrum fecit, ut in eius locum Quinctius Crispinus Valerianus substitutus sit. At quod vacat spatium v. 6 litteras, quae ita restituendae essent: *in eius lo-[cum T. Quinctius Crispinus Valeria]nus* nequaquam capere ostendunt vv. 8. 19 27.

[2]) litteras ANI fragmentum esse nominis L. Canini Galli Marinius coniecit, vix recte, cum nihil videatur perisse initio versuum.

a. 21 Cornutus, *Paullus Fabius Persi- (?)* II
cus, [3]) Sex. . . . .
Mam(erco) Aem*ilio Scauro*
Cn. Trem*ellio co(n)s(ulibus)*
Mai 30 III k(alendas) Iun(ias) *in regia (?)* [4])
quod T. Qui*nctius Crispinus*
Valeria*nus magister fratrum*
Arvalium *ad fratres Arvales ret-*
tulit, in *locum* . . . .
demortui *alium (?) a fratrib(us) Arval-*
ibus ad sa*cra deae Diae vocari de-*
bere [5]) soli [6]) . . . . *C. Pomponium*
Graecin*um fratr(em) Arval(em) cooptarunt. ad*
fuerunt *T. Quinctius Crispi-*
nus Valer*ianus magister cet.*

---

[3]) [*Germani*]*cus* suppleri nequit, cum quod Caesaris titulus omitti non potuit, tum quod is diem obiit a. p. Chr. 19. Cn. Cornelium Lentulum Gaetulicum cos. a. 736, qui decessit a. p. C. 25 (Tac. *ann.* 4, 44), filiumque eius cos. a. 26 excludunt nomina pro spatio quod vacat nimis longa. Quare admisi Fabium Persicum.

[4]) dubitanter posui *in regia* acta a. 14 secutus.

[5]) RERE traditur.

[6]) SOLI quo modo restituendum sit non perspicio.

a b c d

L. Calpurnio Pisone, M. Licinio Crasso Frugi co(n)s(ulibus) a. 27 pridie [1]) nonas Ianuar(ias) magistro Ti. Caesare Augusto pont(ifice) ma-|ximo [2]) Ian. 4 . . . . promag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute et incolumitate Ti. Caesaris Aug(usti) pont(ificis) max(imi) tribunic(ia) potest(ate) XXVIII |co(n)s(ulis) IIII p(atris) p(atriae) et Iuliae Augustae, victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum praeeunte T. Quinctio Crispino Valeriano nuncupavit in ea verba quae infra scripta sunt: Iuppiter optime maxime, si Ti. Caesar divi Augusti f. Augustus pont(ifex) max(imus) tribunic(ia) potest(ate) XXVIII co(n)s(ul) IIII p(a-|ter) p(atriae) et Iulia Augusta, quos me sentio dicere, ad pr(idie) non(as) Ianuar(ias), quae proximae |p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), r(ei) p(ublicae) p(opuli) |R(omani) Q(uiritium) erunt, fuerint, vivent et incolumes erunt [3]) et eum diem eosque quos me

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum *b c e* anno 1868, *a* et *d* anno 1869; *f* effossum dicitur esse a. 1868 in via regionis Transtiberinae, cui nomen est *in piscinula*, in aedibus Natalis Ricci, sed ex vinea Ceccarelliorum quin furto ablatum sit vix dubium. Fuit deinde Romae apud Helbigium ab eoque donatum Zangemeistero nunc apud hunc est Gothae.

Descripsi cum Bormanno, edidi fragmenta *b c e f* in *Relazione* p. 1—3. Litterarum specimen exhibui ibid. tab. 1, 1.

Quod fragmenta *b c e f* edens dubitabam, utrum referenda essent ad a. 27 an 28, cum non constaret potestasne tribunicia XXVII an XXVIII in fragmento *c* scripta esset, diiudicatum est reperto fragmento *a*, in quo nomina consulum a. 27 reponenda esse apparet; cf. Orelli 156 et 3056.

a b c d. [1]) de die cf. v. 12.

[2]) cogitavi de L. Pisone pontifice (cf. a. 14), qui ut magister vel promagister poterat commemoratus esse; sed frustra verbum FRATRVM (v. 3) cum mentione illa magistri conciliare studui. Itaque imperatorem posui hic nominatum esse, quamquam non ignoro esse contra consuetudinem Arvalium quod nomen eius casu ablativo ponatur, cum scribi soleat *magisterio imperatoris* cuiusdam.

[3]) cf. a. 35.

a. 27 *sentio dicere, salvos* servaveris *ex periculis si qua sunt*
*eruntve a*nte *eum diem,* eventumq*ue bonum ita, uti me sentio*
*dicere, dederis eosque in eo*dem statu qui *nunc est, aut eo meliore*
*servaveris, ast tu ea it*a faxis, tum *tibi nomine collegi fratrum*
*Arvalium bove a*urato voveo *esse futurum. Iuppiter o(ptime) m(axime),*
quae in verba tibi bove aur(ato) vovi esse futur*um, quod hoc die vovi, ast*
*tu ea ita faxis, tum t*ibi donum i*mpensa fratrum Arvalium*
auri p(ondo) . . argenti p(ondo) . . nomine eorum positum iri voveo [4]).
Iuno regina cet.

e

adfuerunt . . . . us.
Ian. 30 *III k(alendas) Febr(uarias)* . . . . in Capito*lio collegi*
fratrum Arvalium immolavit ob natalem Iuliae A*ugustae*
Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem [1]).
*adfuerunt T. Quinctius Crispinus V*alerianus, L. Caninius Gall*us,*
Cn. Domitius Ahenobarbus.
. . . . as
. . . . *promag(ister) statua*m cum titulo et columella
. . . . ponendam curavit in
*luco deae Diae (?) cum inscriptio*ne quae infra est:
pro salute
*Ti. Caesaris divi Augusti f. Augusti pon*tificis maximi tribunicia
*potestate co(n)s(ulis) p(atris) p(atriae) et Iuliae August*ae matris eius, anni
. . . . magis*terio* quart(o).

f

adfuerunt . . . . *T. Q*uinctius *Crispinus Valerianus*
. . . . *Cn.* Domitius Ah*enobarbus*
. . . .
Mai 19 *XIIII k(alendas) Iun(ias)* . . . . *promag(ister) in lu*co
|deae Diae *collegi fratrum Arvalium*
nomine vaccam immolavit; inde . . . . *agnam opimam*
|*deae* Diae *immolavit et signum*
misit quadrigis et desultoribus . . . . *v*oto suscepto . . . .
. . . . posivitque . . . .

[4]) cf. acta a. 38 *a*, 3 seqq. Supplementa parum certa sunt.

e [1]) cf. a. 38 *c*, 2 seqq. et *Relazione* p. 8. Cetera minus certa sunt, videtur tamen mentio fieri magisterii quarti imperatoris.

f esse eiusdem tabulae atque ea fragmenta quae praecedunt ostendunt forma litterarum, intervalla versuum, marmoris crassitudo. Supplementa quae adscripsi non prorsus certa esse ipse non ignoro; vide quae suo loco dicentur de sacri deae Diae die altero. Diem posui XIIII kalendas Iunias propter annum aerae Varronianae parem qui est 780, cui respondet annus p. C. 27.

a.

I *isdem co(n)s(ulibus) XVI k(alendas) Dec(embres) in Capitolio . . . .* a. 33
. . . . mag(ister? promagister?) fratrum Nov. 16
Arvalium nomine ob natalem[1]) *Ti.* Caesaris divi
Augusti f. Augusti I(ovi) o(ptimo) m(aximo) bovem
marem immolavit.
adfuerunt . . . . Cn. Domitius
Ahenobarbus . . . .
*L. Vitellio, Fabio P*ersico co(n)s(ulibus) a. 34
*. . . . . mag(istro) fratru*m Arv(alium) (iterum). K(alendis) Ian. 1
Ian(uariis)
. . . . coll.
. . . .[2])

intercidit pars reliqua paginae 1, in cuius fine fuisse videntur fere haec:

VIII k(alendas) Oct(obres) Paullus Fabius Persicus . . pro mag(istro) collegi a. 35
fratrum Arvalium nomine in Capitolio ob natalem Sept. 23

Fragmenta reperta ab Em. Alexandro Albani in Esquiliis *a* die 23 Ianuar. anni 1727, *b* die 30 Ianuar. 1729, *c* die 9 Februar. anni 1729 BIANCH.; *a* extabat postea in museo Albaniorum MVRAT. atque inde translatum est in Capitolium GVASCO, in quo adhuc servatur.

a descripsi exceptis vv. 3 ultimis tectorio oblitis. Exhibent *a b c* solus Bianchinius sched. Veron. 348 f. 122 (ab eo accepit *a c* Murat. 586, 2); *a* et *c* Marinius tabb. V et VI; *a* Guasco M. C. 69.

Pertinere *a* paginae 1 ad annos 33 et 34 nomen ostendit Fabii Persici consulis, paginae 2 ad annos 35 et 36 consules commemorati v. 11; *c* rettuli ad a. 36, quod qui est magister eius anni, Caninius Gallus (cf. *a* p. 2, 12), hic quoque videtur ut magister nominari, cum inter eos, qui adfuerunt, primo loco recenseatur (v. 5).

a paginae 1. [1]) diem natalem Ti. Caesaris celebrari ostendit p. 2, 4 seqq.

[2]) kalendis Ianuariis cum vota fieri soleant ob consulatum ab imperatore initum, hic ob diversam causam sacrum fiat necesse est, quod anno 34 consulatum Tiberius non gessit. Vota annua pro salute Augustorum, quamquam non semper a. d. III nonas Ianuarias celebrata esse scimus (cf. a. 27), hic non possunt relata fuisse; relata esse vota pro re publica quae kalendis Ianuariis fieri solebant (cf. ad acta votorum annuorum), ut credibile ita incertum est, cum eorum in actis vestigium extet nullum. Verbum COLL dubito, utrum explendum sit COLL*(egi) fratrum Arvalium nomine*, an COLL*(egas)* dicatur convocasse sive magister sive promagister: cf. annus incertus TIB. B. id. Ian. et X kal. Febr.

a. 35 divi Augusti [1]) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) bo*vem marem immolavit.* II
adfuerunt Paullus Fa*bius Persicus, L. Caninius* Gallus, Taurus Statilius |*Corvinus* . . . .
XVI k(alendas) Dec(embres) in *Capitolio*
Nov. 16 idem pró magistro ex dec*reto consulum (?) ob natalem*
Ti. Caesaris divi August*i f. Augusti pontificis maximi*
tribunic(ia) potestate XXXV*II co(n)s(ulis) V I(ovi) o(ptimo) m(aximo)* |*b(ovem) m(arem)*
immolavit.
adfuerunt Paullus Fab*ius Persicus, L. Caninius*
*Gal*lus, Taurus Statili*us Corvinus.*
a. 36 *Sex Pap*inio [2]), Q. Plaútio *co(n)s(ulibus)*
L. Caninio Gallo magistro frat*rum Arvalium*
Ian. 3 *III nonas* Ianuarias in Capitol*io*
pro mag(istro) fratrum Arva*lium nomine vota nuncupavit*
pro salute Ti. Caesaris Aug(usti) pontif*icis max(imi) trib(unicia) po-* |*t(estate) XXXVII*
*co(n)s(ulis) V, victimis im*molatis, quae [3]) superior*is anni magister vo-* |*verat, persolvit*
et nuncupavit in proxumum annum, pra*eunte* . . . . |*in ea verba*
quae infra scripta sunt: I(uppiter) o(ptime) m(axime), si
Ti. Caesar Augustus pontifex maximus trib(unicia) potest(ate) XXX*VII* |*co(n)s(ul) V vivet et incolumis erit* [4])
a(nte) d(iem) III non(as) Ian(uarias) quae proximae p(opulo) R(omano) |Q(uiritibus), r(ei) p(ublicae) p(opuli) R(omani) Quiritium |erunt *fuerint, et eum diem eumque salvom*
*servaveris ex pericu*lis, si qua sunt eru*ntve ante eum diem, eventumque* |*bonum ita, uti*
*me sentio dicere, dederis eu*mque in eodem *statu quo nunc est, aut eo* |*meliore servaveris,*
*tum tibi nomine collegi fra*trum *Arvalium bove aurato voveo* [5]) *esse fu-* |*turum* cet.

Paginae 2. [1]) diem natalem divi Augusti perscriptum fuisse manifestum est; nam neque *in templo divi Augusti* legi potest, cum id anno 35 nondum dedicatum fuerit, nec divo Augusto immolatum esse haec acta referunt. In supplementis Fabium Persicum posui promagistrum fuisse, cum illa aetate inter eos qui adfuerunt nomen magistri vel promagistri plerumque primo loco repetitum esse acta ostendant annorum 21. 36. TIB. B; quamquam exceptionem faciunt acta a. 14. 27. 38.

[2]) consulum nomina leguntur apud Tacitum *ann.* 6, 40.

[3]) traditur QVAS.

[4]) scriptum esse solet in actis *domusque eius (eorum) incolumis erit:* sed et in actis a. 27 alia scripta fuisse vocabulum indicat ibi superstes quod est *erunt*, nec in actis a. 35 spatium sufficit ad tot verba recipienda.

[5]) scripsi *voveo* (non *vovimus*) propter fragmentum *b*.

b.

II . . . . *voveo* esse *futurum* a. 36
adfuerunt Taur*us Statilius Corvinus* . . . .

c.

. . . .
*L. Caninius G*all[1])*us*
*m*agister *fratrum Arvalium pro*
. . . . . . *Ti. Caes*aris Aug[2])(usti) i*mmolavit?*
. . . . collegi nomin[3])*e.*
*adfuer*unt L. Caninius [4]) *Gallus magister,*
*Pa*ul[5])(lus) Fabius Persicus
. . . . in Capitolio . . . .

b ad ipsum carmen votorum pertinet, cuius pars prior extat in actis a. 36 p. 2.

c plenius exhibet Bianchinius eiusque exemplum fere secutus sum. Varietas lectionis haec est:

[1]) C·ALL Bianch. (Veron.), OALL id. (apud Murat.), CALL Mar.; lege GALL.

[2]) AVG///// Bianch. (apud Murat.), AVGL Mar.

[3]) NOMI1 Bianch. (Veron.), NOMIN id. (apud Murat.), Mar.

[4]) T·CANINIVS Bianch. (Veron.)

[5]) VL om. id. (ap. Murat.), Mar.

A. ANNI INCERTI ANTE A. 29.

. . . . co(n)s(ulibus)
Ian. 3 III non(as) Ianuar(ias) [1])
. . . . mag(ister? promagister?, collegi fratrum Ar-|valium nomine vota nuncupavit
pro salute Ti. Caesaris Aug(usti) pontif(icis) max(imi) trib(unicia) po-|t(estate) . . co(n)s(ulis) . .
p(atris) p(atriae) et Iuliae Augustae domusque eorum victimis immolatis |in Capitolio, quae
superioris anni magistri voverant, persolvit et in proximum annum nun-|cupavit
Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni reginae vacc(am), Mi-|nervae vacc(am), Saluti publicae vacc(am) cet.
. . . . praeunte L. Vitellio? . . . .

Fragmentum effossum a. 1868 in vinea Ceccarelliorum.

Descripsi et edidi *Relazione* p. 3. Fragmentum aut ad Caesarem Augustum aut ad Tiberium Caesarem pertinere ostendit v. 2; litterarum forma magis indicat aetatem Tiberii quam Caesaris Augusti. Denique scriptum est vivente etiamtum Iulia Augusta.

[1]) de die votorum non plane constat, cum vota annua aetate Tiberii etiam *pridie nonas* acta esse acta a. 27 docuerint.

B. ANNI INCERTI (FORTASSE A. 37?).

a. 37?

idibus Ianuaris in Capit*olio* Ian. 13
*Taurus Sta*tilius Corvinus magister fatr*um Arvalium*
*ex permiss*ú consulum collegas convocav*it ad vota sol-*
venda et [1]) *sus*cipienda pró salúte Ti. Caesaris.
adfuerunt Taurus Statilius Corvinus, L. Caniniu*s Gallus*,
Paullus [2]) *Fab*ius Persicus, Cn. Domitius.
a(nte) d(iem) X k(alendas) Febr(uarias) in Capitólió Ian. 23
*Taurus Stat*ilius Corvinus magister frátrum A*rvalium*
*ex permis*su consulis et ex consensu senatus c*ollegas*
*con*vocavit et ob secúritatem et salut*em Ti.*
*Caesar*is Augusti boves mares duo Iovi o(ptimo) [3]) *m(aximo)*
*immola*vit.
*adfuerun*t Taurus Statilius Corvinus, Fabius *Persicus*
. . . . L. Caninius Gallus, Cn. Domitius.
a(nte) d(iem) V idus Febr(uarias) *in Capitólió* [4])
. . . .

'*In una piccola tavola di marmo*' loco non indicato LIG. — In horto Barberino SPON. — In museo Borgiano MAR. — Nunc extat in museo Neapolitano.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Exhibent Ligorius Barb. nunc Vatican. (manu alia, sed aetatis Ligorii); Spon 6 (inde Donati 83, 6); Marini Arv. tab. IV; Fiorelli catal. mus. Neap. 57: cf. Mommsen *I. N.* p. XXII. Supplementa Marinii fere retinui. Omisi vv. 1. 7. 15 indicationem consulum, cum in actis Arvalium huius aetatis consulum nomina initio proposita non soleant repeti.

[1]) *solvenda et* om. Mar., neque tamen satis expleri videtur hiatus nisi his verbis additis.

[2]) eandem ob causam addidi praenomen *Paullus*.

[3]) littera videtur esse O fracta, non C.

[4]) soli supersunt accentus.

Cui anno fragmentum tribuendum sit, parum constat. Marinius ex eo, quod ante diem X kalendas Februarias unus consul commemoratur, ad annum aut 18 aut 32 acta referenda esse collegit. Anno enim 18 cum Tiberius *paucis diebus* (cf. fasti Antiat. *C. I. L.* 1 p. 475) fasces gesserit, per annum 32 totum Domitius Ahenobarbus, statuit consules suffectos non statim, postquam ordinarii honore se abdicarint, consulatum inisse; idque de anno 32 etiam fastis Nolanis confirmari, quibus solus Ahenobarbus commemoratur (Grut. 1087, 1 = *I. N.* 1968). At fugit Marinium nomen Furii Camilli ob damnatam memoriam in fastis praetermissum vel sicubi exaratum erat, scalpro

erasum esse (cf. Grut. 113, 2): consules autem suffectos ineunte iam anno designatos (cf. Mommsen *Hermes* 3 p. 92 seqq.) nullo intervallo interposito magistratum inisse. Nihil igitur ex omissione consulis alterius licet concludere. Iam vero cum fratres Arvales, qui in hoc fragmento nominantur, et ultimis Tiberii annis et aetate C. Caesaris redeant, illud ipsum ad posteriores certe imperii Tiberiani annos rettulerim. Neque tamen potest pertinere ad annos 35 et 36, quibus Fabius Persicus (utpote primo loco nominatus inter eos qui adfuerunt; cf. ad acta a. 35) et Caninius Gallus magisterio functi sunt, nec magis ad annum 34, quo Persicus cum consulatum gesserit, in actis quoque consul nominandus erat; probabile igitur ad ipsum ultimum Tiberii annum fragmentum referendum esse. Quae autem *ob securitatem et salutem* imperatoris facta dicuntur esse sacrificia, ea nescio an pertineant ad maiestatis et impietatis causas primis mensibus anni 37 actas.

C. CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

a. a. 38

M. Aquila Iuliano, P. Nonio Asprenate co(n)s(ulibus), C. Caesar Augustus Germanicus mag(ister) fratr(um) Arval(ium)

a(nte) d(iem) III non(as) Ianuar(ias). Ian. 3

Taurus Statilius Corvinus promag(ister) collegii fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute C. Caesaris Augusti Germanici pont(ificis) max(imi) tri(bunicia) pot(estate) co(n)s(ulis) p(atris) p(atriae) victimis inmolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum nuncupavit, praeunte . . . . in eadem verba quae infra scripta sunt:

*Iuppiter o(ptime) m(axime), si C. Caesar Augustus Germanicus cet. quem me sentio dicere, vivet domusque eius (*vel* et) incolumis erit a(nte) d(iem) III non(as) Ian(uarias), quae proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), rei p(ublicae) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) erunt fuerint, eumque diem eosque (eumque?) salvos servaveris ex periculis, si qua sunt eruntve ante eum diem eventumque bonum ita, uti me sentio dicere, dederis eosque (eumque?) in eo statu, quo nunc sunt (est?) aut eo meliore serva-*

1 *veris,* astu *ea ita faxis, tum tibi collegii*

fratrum Arval*ium nomine bove aurato voveo esse futurum.*

Fragmenta tabulae marmoreae litteris nitidissimis, altis mill. 6—7, effossa in vinea Ceccarelliorum *c*, prope aedificium rotundum anno 1867, cetera in colle, *a b d e f* a. 1868, *g h* a. 1869. Accesserunt fragmenta nonnulla parvula reperta a. 1869, quae non distincta locis suis inserui.

Descripsi cum Bormanno edidique *c* in *Annalibus inst. arch.* 1867 p. 229 seqq., *a b c d e f* in *Relazione* p. 4—6; *g h* nonnullaque fragmenta minora hic primum publicantur. Litterarum formas depingendas curavi in *Relazione* tab. I n. 2. Littera I saepius incertum est utrum extet, necne. — Recte me rettulisse olim ad a. 38 (*Ann. inst. arch.* 1867 p. 230 seqq.), falso postea (cf. *Relazione* p. 7) ad a. 39 adsumpto perperam fragmento *a* tabulae eius anni, iam constat detecto anni 39 fragmento *b*. In actis his cum magister dicatur C. Caesar Augustus (cf. *c* 40; *d* 7), quem neque a. 38 neque a. 40 magisterio functum esse ex eorum annorum actis constat, nihil restat nisi ut ad annum 38 acta referamus.

a. 38 Iuppiter o(ptime) m(axime), quae in verb*a tibi bove aurato vovi esse fu*-|*turum, quod* hoc die vovi, ast tu ea ita fa*xis, tum tibi donum* auri p(ondo) XXV argenti p(ondo) IV ex pecuuia fratrum *Ar*valium nomine eorum positum iri voveo [1]).

Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovi esse futurum, quod hoc die vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi colle*gii* fratrum Arvalium nomine bove aurata voveo esse futuru*m*.

Minerva, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovi esse |futuru*m*, ast tu ea ita faxis, tum tibi collegii fratrum Arvalium n*omine* bove aurata voveo esse furum *(sic)*.

In eadem verba vovit deae Diae, Saluti, divo Augusto. adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobar*bus*, M. Furius Camillus.

Ian. 7 a(nte) d(iem) VII idus Ianuar(ias)

Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratru*m* Arvalium nomine in luco deae Diae pro salute C. Caesaris A*ugusti* Germanici vaccam, quam III non(as) Ianuar(ias) voverat, inmola*vit*.

Ian. 11 a(nte) d(iem) III idus Ianuar(ias)

Tau*rus Statilius* Cor*vinus* pro*magis*ter collegii fratrum Arv*alium* nom*ine* . . . . *in* Capit*olio* IIA . . . .

b

Ian. 12? *pr(idie) idus? Ianuar(ias)* [1])

in Pantheo (? in aede Concordiae ?) adstantibus illis fratribus Arvalibus Taurus Statilius Corvinus promagister sacrificium deae Diae in hunc |*annum sic indixit:*

q*uod bonum faust*um *felix fortunatumque sit C. Caesari Aug(usto)* Ger*m(anico) magist*ro, r(ei) p(ublicae) *p(opuli) R(omani) Q(uiritium),* |*fratribus Arvalibus* mihi*que*, *sacri*ficium in *luco domoque* C. Caes(aris) Augusti Germa*nici magistri erit:*

Mai 27 a(nte) d(iem) VI k(alendas) Iunias *domi*

28 a(nte) d(iem) IIII k(alendas) Iunias in *luco et domi*

29 a(nte) d(iem) III k(alendas) Iunias *domi*.

Ian. 30 a(nte) d(iem) III k(alendas) Februar(ias)

Taurus Statilius Corvinus promagiste*r collegii fratrum Arvalium* nomine in campo ad aram Pacis . . . . *inmolavit*.

---

a [1]) cf. a. 27 n. 4.

b [1]) Diem acta quae praecedunt et sequuntur ostendunt neque priorem esse die III idus Ianuaras nec posteriorem die III kalendas Februarias. Cum autem indictio fieri soleat ante idus Ianuarias, hoc anno pridie idus Arvales indixisse conieci.

ad*fuerunt* Paullus Fabius Persicus, *Cn. Domitius Ahenobarbus,* a. 38
M. Furius Camillus?

c

eodemque die [1]) Ian. 30
Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Ar*valium nomine*
natali Iuliae Augustae in Capitolio Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem ma-
|rem in*molavit.*
adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobarbus,
M. Furius Camillus.
pr(idie) k(alendas) Februar(ias) Ian. 31
Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvali*um nomine*
natali Antoniae Augustae in Capitolio Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem
|marem in*molavit.*
a(nte) d(iem) XV k(alendas) Apriles Mart. 18
*Tau*rus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvaliu*m nomine,*
quod hoc die C. Caesar Augustus Germanicus a senatu impera*tor ap-*
|*pellatus est,*
in Capitolio Iovi, Iunoni, Minervae hostias maiores III inmol*avit, ante*
|*templum*
*no*vom divo Augusto unam.
*a*dfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobarbus, M. *Furius*
|*Camillus,*
Appius Iunius Silanus.
a(nte) d(iem) V k(alendas) Apriles Mart. 28
*T*aurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvalium *nomine,*
|*quod*
hoc die *C.* Caesar Augustus Germanicus urbem ingressus es*t, in Ca-*
pitolio
Iovi, Iu*n*oni, Minervae victimas maiores III inmolavit, *ante tem*plum
novom divo Augusto unam.
adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. Furius Camillus, Appius I*unius*
|*Sil*anus.
a(nte) d(iem) XIIII k(alendas) Maias April. 18
Taurus Statilius Corvinus promagister ob ramum vetus*tate delaps*um
in luco deae Diae sacrificium piaculare fecit ramumqu*e exportari i*ussit.
a(nte) d(iem) VIIII k(alendas) Maias April. 23
*Taurus Statilius C*orvinus promagister collegii fratrum Arva*lium nomi*ne
*ad theatrum M*arcelli ante simulacrum divi Augusti bovem *marem in-*
|*molavit.*
*adfuerunt Paullus F*abius Persicus, Cn. Domitius Ahenobarbus, M. Furi*us*
|*Camillus,*

c [1]) cum praecedat nota III kalendas Februarias, sequatur nota pridie kalendas easdem, natalis Iuliae Augustae non potest fuisse nisi ipse dies III kalendas.

a. 38 *Appius Iunius Si*lanus.

Mai 24 a(nte) d(iem) VIIII k(alendas) Iunias

*Taurus Statilius Corvi*nus promagister collegii fratrum Arvali*um nomine in Capitolio*[2]) *natali* Germanici Caesaris Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem mar*em inmolavit.*

Mai 24 *eodem*que die in aede Iovis Statoris

*ex tabella C. C*aesaris Augusti Germanici in locum C . . . .

*L. Annium V*inicianum et in locum Ti. Caesaris Dru*si f(ili) P. Memmium Regulum*[3]) *et in locum* M. Silani C. f(ili) C. Calpurnium Pisonem *fratres Arvales cooptavit.*

*adfuerunt M. Furius Ca*millus, Appius Iunius Silanus, Paullus F*abius Persicus.*

Mai 25 *a(nte) d(iem) VIII (VII?) k(alendas)* Iunias[4])

*C. Caesar Augustus Germani*cus magister collegii fratru*m Arvalium ob memoriam Ti. Ca*esaris avi sub diu in ara sac*rificavit.*

. . . .

d

*adfuerunt M. Furius Ca*millus, Appius Iunius Silanus, Cn. D*omitius Ahenobarbus, Pa*ullus Fabiu*s Per*sicus, C. Caecina Largus, Tauru*s Statilius Corvinus, L.* Annius Vinicianus, *C. C*alpurnius Piso.

Mai 29 *a(nte) d(iem)* IIII k(alendas) Iunias

*Taurus Statilius Corvin*us promagister collegii fratru*m Arvalium nomine in luco deae Dia*e[1]) vaccam inmolavit;

eodemque die C. Caesar Augustus Germanicu*s magister collegii fratrum Arvaliu*m cum Appio Silano flamin*e deae Diae agnam opimam inmola*vit et signum misit quadrig*is et desultoribus.*

*adfuerunt Paullus Fabius Pers*icus, Cn. Domitius Ahenobarbus, M. Fur*ius Camillus, C. Caecina Largus?*, L. Annius Vinicianus, C. Calpurnius Piso.

a(nte) d(iem . . . . ias

---

[2]) sacrificia ob natales principum fiebant in Capitolio, ubi ara erat gentis Iuliae (Or. 737; 5088; cf. *Relaz.* p. 9).

[3]) P. Memmium Regulum tum cooptatum esse inde collegi, quod cum antea nomen eius in actis non reperiatur, postea saepe commemoratur.

[4]) diem, cum praecedat dies VIIII kalendas Iunias, sequatur mentio sacri ab Arvalibus celebrati diebus VI IIII III kalendas easdem, constat fuisse aut VIII aut VII: uter intellegendus sit, incertum est, cum detecto fragmento *d* refellantur ea quae de excludendo die VII olim proposui: cf. *Ann. inst. arch.* 1867 p. 244. De ipso sacro cf. Mommsen in *Relazione* p. 11. 12 et commentarius de sacrificio ob memoriam Ti. Caesaris facto.

d Fragmentum hoc ad *c* ita applicatur, ut illius vv. 7 priores coniungantur cum huius versibus ultimis.

[1]) cf. a. 27: fortasse praestat [*ad aram deae Di*]*ae*, ut est in actis annorum posteriorum.

*Taurus Statilius Corvinus promag*ister collegii fratrum Arvalium a. 38
*nomine vaccam ad a*ram Providentiae Augustae
inmolavit.
*adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. F*urius Camillus, Appius Iunius |Silanus.
*Ser. Asinio Celere, A. (? Sex.?) N*onio Quinctiliano co(n)|s(ulibus)[2])
a(nte) d(iem) . . . .
*Taurus Statilius Corvinus promagister colleg*ii fratrum Arvalium
nomine in Capitolio ob . . . . ares Iovi o(ptimo) ma(ximo) |bovem marem
inmolavit.
adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. Furius Camillus, Appius Iunius *Silanus.*
a(nte d(iem) . . . .
Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvalium
nomine . . . . *vacc*am inmolavit.
*adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. Furius Cam*illus, Appius *Iunius Silanus.*
a(nte) d(iem) . . . .[3])
*Taurus Statilius Corvinus promagister collegii f*ratrum Arvalium
nomine . . . . *bov*em marem
inmolavit.
*adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. Furius Camillus, A*ppius Iunius

[2]) consulum nomina restitui ex Frontino *aqu.* 102 ed. Bücheler, qui ex codice Casinate exhibet sic: *Laenati Aquila Iuliano et Nonio Asprenate consulibus M. Porcius Cato; huic successit post mensem Ser. Asinio Celere A . . tonio Quinctiliano consulibus A. Didius Gallus.* Cato igitur iniit curam aquarum mense Iunio a. 38, deposuit vel vita functus est mense Iulio anni eiusdem, nec in verbis quicquam corrigendum praeter corruptelas nominum Quinctiliani.

[3]) in restituendis iis, quae sequuntur, paullo audacius olim versatus sum (cf. *Relazione)*: in fastis enim Amiterninis et Antiatibus cum feriae proponantur natali Divi Iulii a. d. IIII idus Iulias (cf. C. I. L. 1 p. 324 et 328), in Vallensibus autem *natalis Ti. Claudii Germanici* ad kalendas Augustas adnotatus sit (cf. Suet. *Claud.* 2; Dio 60, 5), horum natales in acta quoque Arvalium relatos esse posui. Et de Claudio quidem videtur dubitari vix posse, cum omnia, quae ad familiam principis pertinent, accurate ab Arvalibus in acta relata sint, Claudius autem antea neglectus a C. Caesare consul factus ad tempus certe honorifice habitus sit (cf. Suet. *Claud.* 7). At valde dubium num Divus quoque Iulius natali suo sacrificiis ab Arvalibus celebratus sit, cum in actis nulla eius mentio fiat. Praeterea etiam natalis C. Caesaris Augusti, qui est pridie kalendas Septembres (fast. Vall. et Pigh.; Suet. *Cal.* 8; *vita Commodi* 10 et 1), actis perscriptus fuerit necesse est. Quamobrem licet tantum non certum sit duos saltem natales in hac parte actorum scriptos fuisse (nam agi de natalibus celebrandis paucae etiam quae supersunt actorum reliquiae satis significant), cum quinam fuerint demonstrari nequeat, in notis eos indicare quam in textum recipere malui.

a. 38 *Silanus.*
a(nte) d(iem) . . . .
*Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum A*rvalium
nomine . . . . *in Capitol*io Iovi
o(ptimo) m(aximo) bovem marem inmolavit.
adfuerunt . . . . s . . . .
a(nte) d(iem) . . . .
*Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvali*um
nomine cet.

e

. . . . *ante* templum
novom . . . .
*adfuerunt Paullus Fabius Persicus, M. Furius Camillus, Ap*pius Iunius
*Silanus, P. Memmius R*egulus, C. Caecina Largus, L. Annius Vinicianus
Sept. 23 *a(nte) d(iem)* VIIII k(alendas) Octobr(es) [1])
*Taurus Statilius Corvinu*s promagister collegii fratrum Arvalium
*nomine in templo n*ovo natali divi Augusti divo Augusto
*bovem marem inmola*vit.
*adfuerunt Paullus Fabius P*ersicus, Cn. Domitius Ahenobarbus,
*M. Furius Camillus, P. Mem*mius Regulus, C. Caecina Largus,
. . . . *C. Calpurnius* Piso.
eodem die ob consecrationem Drusillae in templo divi Augusti novo
. . . . *colle*gium fratrum
Arvalium . . . . i subsequi
. . . . *D*rusillae
. . . . *div*ae Drusillae[2])
. . . . m
Sept. 24 *a(nte d(iem) VIII k(alendas) Octobr(es)* [3])
*Taurus Statilius Corvinus promagister Iovi o(ptimo) m(aximo) bo*vem
marem in Capitolio inmolavit.
*adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobar*bus,
. . . . *C. Calpurnius* Piso.

f

a(nte) d(iem) . . . .
. . . .

---

e [1]) de natali Divi Augusti biduo celebrato cf. ad acta sacrificiorum ob natales principum celebratorum p. 51.

[2]) cum verba *collegium fratrum Arvalium* et *subsequi* decretum quoddam videantur indicare a fratribus Arvalibus factum, idque pertinens ad domum Augustam, quod in templo Divi Augusti Arvales convenerunt, cogitavi de consecratione Drusillae, cuius nomen legitur vv. 15. 16; cf. Dio 59, 11.

[3]) cum Arvales biduo natalem divi Augusti celebrarint, nec diei secundi in capite praecedenti mentio fiat, de die restituendo fere constat.

. . . . a. 38
adfuerunt . . . .
*P. Me*mmius R*egulus*, ... *C. Calpur*nius Piso.
a(nte) d(iem) *IIII id(us) Octobr(es)* Oct. 12
*Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvalium nomi-
ne in templo* novo *ob Augustalia divo Augusto bovem marem inmolavit.
adfuerunt cet.*

g

a(nte) d(iem) . . . . . . *Octob? Novemb? Decemb?*r(es)
*Taurus Statilius Corvinus promagiste*r collegii fratrum Arv*alium nomine
ob ramum vetustate delapsum in lu*co deae Diae sacrificiu*m piaculare
fecit ramumque exportar*i iussit [1]).
*a(nte) d(iem) XVI k(alendas) Decemb*r(es)
*Taurus Statilius Corvinus promagiste*r collegii fratrum *Arvalium nomine
inmolavit natali Ti. Caesar*(is) Augusti in Capitoli*o Iovi o(ptimo) m(aximo)
bovem marem* [2]).
adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobarbu*s.*
. . . . C. Caecina Largus.

h

. . . . o . . . .
. . . . ong . . . .
. . . . SCVC . . . .

---

f propter commemoratum Memmium Regulum ad posteriores anni menses referendum est. Litterae autem quae sunt O·N v. 5 cum templum novum Divi Augusti videantur indicare, ad Augustalia fragmentum conieci pertinere: cf. tabulae a. 58, 6 et 66, 2 v. 33 seqq.

g [1]) cf. piaculum factum a. d. XIIII kalendas Maias.

[2]) quod posui diem natalem indicatum esse Tiberii, tantum non certum est. Nam littera *r*, quae praecedit genetivo Augusti (v. 7), documento est imperatorem nominatum esse, eumque Tiberium, cum C. Caesar cognomine Germanici non possit carere, Caesar autem Augustus divus dicendus fuerit. Accedit quod et verba *in Capitolio* ad diem natalem celebrandum commode referuntur, et hoc fragmentum in fine tabulae videtur collocatum fuisse, natalis autem Tiberii fuit a. d. XVI kalendas Decembres; cf. Suet. *Tib.* 5; Dio 57, 18; acta a. 33 et 35.

a b c

a. 39 C. Caesare Aug(usto) *Germ*anico *II*
L. Apronio Ca*esi*ano co(n)s(ulibus)
Appius Iunius Silanu*s* mag(ister) fratr(um) Arval(ium)
Ian. 1 k(alendis) Ianuaris
L. Salvius Otho flamen et promagistro [1]) *collegii*
*fratr(um) Arval*ium *nomine inmolavit in Capitolio*
*ob con*sulatu*m C. Caesaris Aug(usti) Germanici Iovi o(ptimo) m(aximo)*
*bove*m marem, *Iunoni vaccam*, *Minervae vaccam* [2]),
*et an*te statuas *C. Caesaris Aug(usti) Germanici* [3]) . . . . . . ? ; *item*
*div*o Aug(usto) ad t*emplum novom* [4]) *cet.* . . . .

Reperta sunt in vinea Ceccarelliorum fragmenta *a* anno 1868, *b* et *c* anno 1869: *d* ibidem effossum servabatur apud Fulvium Ursinum cum Ursinianis ceteris. Quae cum transferrentur in aedes Farnesiorum, videtur periisse: neque enim apud Farnesios vidit Marinius, nec nunc extat in museo Neapolitano. Litterae altae in indice mill. circiter 20, in textu mill. 10.

Descripsimus Bormann et ego *a b c*; edidi *a* in *Relazione* p. 4; *d* solus servavit Fulvius Ursinus in schedis A. Augustini f. 33' et *not. ad Catonem* cet. p. 214, 3 (inde Grut. 117, 3; Marini tab. 7 ex eoque Orelli 2266, qui citat etiam n. 698). Ab Ursino Ligorius Taur. vol. 18 f. 65' interpolatum.

a male olim coniunxi cum actis a. 38 (cf. *Relazione* p. 4); *c* (vv. 6 seqq.) conectendum esse cum *a b* ostendunt et forma litterarum et sacrificium factum ob consulatum, cum kalendis Ianuariis pro Augustis consulibus sacrificare soliti sint.

[1]) nomen promagistri desumpsi ex fr. *d* v. 9, ubi vix dubium quin vice magistri Otho functus sit. Quod si improbas statuens flaminem non potuisse immolare pro magistro, litterae ET restituendae sunt ita, ut hoc anno promagistrum fuisse credamus *pra*ET*(orem)* quendam.

[2]) cf. a. 57.

[3]) supplementum valde incertum est, de quo cf. comment. de sacrificiis extra ordinem factis.

[4]) supplementum indicatur mentione divi Augusti, cui in templo novo vel ante id sacrificari solebat.

d

a(nte) d(iem) . . . . a. 39
Appius Iunius Silanus mag(ister)? collegii fratr(um) Arvalium
*nomine in Capito*lio natal*i Agrippinae*
*Germanici Caes*aris, matris *C. Caesaris*
*Augusti Ger*manici [1]) bovem *m(arem) Iovi o(ptimo) m(aximo)*
inmolavit. adfuerunt Cn. Domiti*us*,
*Paullus Fabi*us Persicus, C. Caecina Lar*gus.*
a(nte) d(iem) VI k(alendas) Novemb*r(es)*
in Capitolio ex s(enatus) c(onsulto) ob detecta nefaria con*silia*
*in C. Caes(arem). Aug(ustum) Germani*cum Cn. Lentuli Gae*tulici*
b(ovem) m(arem) inmolavit L. Salvius Otho flame*n et*
promag(istro) collegii fratrum [2]) *Arvalium nomine* [3]) *cet.*

---

d ad hunc annum rettuli propter mentionem coniurationis Lentuli Gaetulici, de cuius anno cf. comment. de sacrificiis extra ordinem factis p. 78. Pertinebat tamen ad tabulam aliam, cum *c* in ima tabula positum fuisse manifestum sit.

[1]) natalem Agrippinae, quem hoc loco scriptum fuisse apparet, tribuendum esse mensi Octobri videtur confirmari collatis actis a. 38 et 39; nam in illis quidem nota superest diei IIII idus Octobres, in his sequitur dies VI kalendas Novembres, ut inter hos dies interfuerit natalis Agrippinae. V. 1. LIO·NATA Urs. in schedis Aug., FRATR id. ed , IN CAPITOLIO NATALEM interpol. Ligor.

[2]) PATR . . . . Urs. in sched., Ligor.

[3]) cf. a. 66 p. 1, 2; a. 87 p. 2, 62: quamquam de ipsis verbis parum constat.

a. 40 **Traditur:**

. . . .
. . . .
adfuit M. Ennius Vinicianus
in Capitolio
promagistro magisterii
fraterculi conlegi fratrum Arva-
lium ob natalem Germanici L . . . .
Iovi bovem marem, Iunoni vaccam Taur
immolavit M
M. Ennius Vinicianus, M. Silanu, C. Caecina
Largus, Taur. Statilius Corvinus.
k Iunis
adfuit pro magistro magisteri
fraterculi conlegi fratrum Ar-
valium nomine ad deam Diam vaccam
immolavit. adfuerunt
imp. Caesar Aug. Germanicus
C. Caecina Largus, Taurus Statilius
Corvinus, M. Ennius Vinicianus, C.
Calpurnius Piso, M. Silanus.
n. Iun. in Capitolio
adfuit pro magistro magisterii
fraterculi conlegi fratrum
Arval. nomine ob natalem
Germanic. Aug. Iovi bovem marem
Iunoni vaccam, Minervae vaccam.
adfuerunt C. Caecina Largus, M. Silanus,
M. Ennius Vinicianus, C. Calpurnius Piso
. . . .

Marmorea tabula effracta in aedibus Coritiorum.

Solus servavit Donius 9, 29 (inde Murat. 585, 1 et Marini tab. VIII), qui repperit in ms. bibliothecae Stroziae Florentinae.

Pertinet fragmentum ad annum posteriorem anno 38, quo Annius Vinicianus inter Arvales cooptatus est (cf. a. 38), priorem anno 41, quo interfectus est C. Caesar. Sacrum Arvalium in luco fit a. d. IIII kalendas Iunias: itaque probabiliter referendum est ad a. 40; cf. de fratrum Arvalium sacro annuo p. 3 seq. — Fragmentum est valde mutilum et foede interpolatum: atque in vv. quidem 1. 11. 20 verbum *adfuit*, in vv. autem 3. 4. 11. 12. 20. 21 verba *magisterii fraterculi* temere addita esse facile apparet; neque enim in actis Arvalium cum titulo promagistri coniungitur verbum *magisterii*, et magistro huius anni Fraterculo cognomen fuisse audacius quam verius suspicatus est Marinius (p. 69). — De forma lapidis haec nobis videmur assecuti esse. Ab initio decem versuum priorum nonnulla exciderunt: desunt enim v. 1 nomen alius cuiusdam Arvalis qui adfuit praeter Vinicianum, v. 2 nota diei quo immolatum est, 3 nomen promagistri, 5 vocabulum *nomine*, 6 nomen *Caesaris*, 7 mentio *Minervae*, 8 verbum *adfuerunt*, 10 nota diei. Contra in iis qui sequuntur initio desideratur nihil; nam exceptis erroribus quibusdam minoris momenti verbis *divae Drusillae* et *immolavit* in fine vv. 22 et 24 adiectis per vv. 12—18 et 21—26 bene procedit oratio, quaeque vv. 11. 12. 19—21 minus recte leguntur, ea orta sunt ex interpolatione paullo ante notata. Et verbum quidem *adfuit* vv. 11 et 21 positum videtur loco nominis promagistri, quod ipsum in lapide perierat. Ut autem periret, vix poterat fieri, nisi de consilio deletum erat. Quod si verum est, non sine probabilitate nomen ibi restituetur M. Furii Camilli Scriboniani, qui in actis a. 38 inter Arvales saepe commemoratur. Is cum anno 42 in Dalmatia contra Claudium seditionem movisset, interfectus nomenque eius e publicis monumentis erasum est (cf. ad a. 37 et index personarum). Quod quamquam neglectum est in actis a. 38, vix poterat non fieri, ubi Camillus ipse caerimoniis praesederat. — Verba *magisterii fraterculi* unde originem traxerint, parum liquet.

Restitue sic fere: a. 40

. . . .
adfuerunt . . . .
. . . . *L. A*nnius Vinicianus [1]).
VIIII k(alendas) Iunias [2]) in Capitolio Mai 24
M. Furius Camillus? promagister conlegi fratrum Arva-
lium nomine ob natalem Germanici
Caesaris Iovi bovem marem, Iunoni vaccam,
Minervae vaccam immolavit.
*adfuerunt L. A*nnius Vinicianus [1]), M. Silanus, C. Caecina
Largus, Taur(us) Statilius Corvinus.
IIII k(alendas) Iuni*as* Mai 29
M. Furius Camillus? pro magistro conlegi fratrum Ar-
valium nomine ad deam Diam vaccam
immolavit [3]). adfuerunt
imp(erator) *C.* Caesar Aug(ustus) Germanicus,
C. Caecina Largus, Taurus Statilius
Corvinus, *L. A*nnius Vinicianus [1]), C.
Calpurnius Piso, M. Silanus.
. . . *no*n(as) Iun(ias) in Capitolio
M. Furius Camillus? promagistro conlegi fratrum
Arval(ium) nomine ob natalem [4])
Germanic*i* Aug(usti) Iovi bovem marem,
Iunoni vaccam, Minervae vaccam *immolavit.*
adfuerunt C. Caecina Largus, M. Silanus,
*L. A*nnius Vinicianus [1]), C. Calpurnius Piso.

---

[1]) praenomen et nomen Viniciani correxi ex a. 38.

[2]) cf. a. 38.

[3]) caput hoc pertinere ad sacrificium mense Maio in luco factum conclusi ex verbis *ad deam Diam*, item ex vacca immolata (cf. *Relazione* p. 12). Mommsenus cogitavit de inferiis Ti. Caesari factis (cf. l. c. et a. 38 *c*, 38), quae in actis huius anni non commemorantur.

[4]) Corrupta esse apparet verba *Germanic. Aug.*, cum et cognomen Germanici ultimo loco poni debeat, neque dies natalis C. Caesaris hic memorari possit, quippe qui pridie kalendas Septembres fuerit. *Agrippinae Germanici* [*matris*] *Aug(usti)* quominus restituatur, impediunt cum sacrificia quae anno certe 39 soli Iovi facta sunt, tum mensis, cum natalis Agrippinae mense Octobri videatur celebratus esse (cf. a. 39 *d*). Cogitavi de natali '*divae Drusillae* Germanici *f(iliae) sororis* Aug(usti)', sedprobabilius Mommsenus proposuit nomen abrasum esse *Caesoniae* uxoris C. Caesaris Germanici Aug(usti), quamquam per exceptionem nomen Germanici tum ante titulum Augusti legitur. Caesonia periit cum marito gladio a centurione confossa (*Suet. Cal.* 59) deletumque nomen eius esse valde probabile.

TI. CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

a. 43 . . . . et col[1]) *legam* . . . . .
. . . . *post* cooptati[2]) *onem?* . . . .
. . . . *fra*tres et cena*verunt?*
illo die illo loco
sacrificium indixit deae Diae ille (pro?) magister in XVI k(alendas) Iu-|n(ias) in[3]) *domo*,
XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco et in domo, XIII k(alendas) Iun(ias) in domo,
ibique tabulae apertae sunt
*quibus scriptum fuit: Ti. Claudius Caesar Augus*tus Germanic*us p(ater)* |*p(atriae)*
fratribus Arvalibus collegis suis *salutem.*
*in locum M. Fu*ri[4]) Camilli M. Fu*rium?*[5]) . . . . . .
*nobis mea sententia fratrem Ar*valem collegam *coopto.*

Fragmentum tabulae marmoreae repertum in impluvio coenobii S. Priscae sub Aventino, deinde apud Fabrettium FABR. Nunc Urbini in aedibus ducalibus (cl. XXII).

Descripsit Bormann. Ed. Fabretti 441, VI (inde Marini tab. XII), qui imaginem exhibet.

Fragmentum ad annum 43 rettuli, quod v. 8 seqq. de cooptatione agitur collegae in locum M. Furii Camilli Scriboniani mota seditione anno 42 in Dalmatia interfecti. Nam cum locum eius in collegio diu vacuum remansisse probabile non sit, ipso anno 42 successorem ei non datum esse sacri Arvalium ostendit indictio (vv. 5. 6), quae ineunte anno fieri solebat. In restituendo fragmento fere reieci supplementa tam Marinii quam quae audacter Lehmannus (*Claudius Urkunden* 303) proposuit. Mommsenus (*Hermes* 3 p. 133 n. 8) rettulit ad a. 37, vv. 8 seqq. restituens sic: '*imp. C. Caesar Augus*tus Germanic*us p. p. fratribus Arvalibus collegis* suis *salutem. in locum M. Furi* Camilli M. Fu*rium Camillum filium fratrem Ar*valem *vobis nomino*', fratremque cooptatum ipsum Scribonianum esse censuit, fortasse recte.

[1]) *et col* om. Borm.

[2]) ʌOPTATI id., ƆOPTATI Fabr.

[3]) in. ꓤVI Borm. — II id., IN Fabr.; scribendum esse IN vidit iam Marin.

[4]) I. Fabr.; Bormanno de hac littera minus constabat. Quod Marinius p. 84 proposuit legendum esse I, magis probabile est quam *locum* una esse littera L expressum.

[5]) nescio num recte Furium dixerim Arvalem cooptatum, nam filio Camilli quamquam Claudius pepercit (Tac. *ann.* 12, 52), vix probabile eum in locum patris suffectum esse.

. . . . a. 43

. . . . *tabell*ae allatae ut . . . .

. . . . *in t*emplo [6]) novo di*vi Augusti* . . . .

. . . . eodem die . . . .

. . . . *tabell*am recita*verunt* . . . .

. . . *Ti. Claudius Caesar Augustus G*ermani*cus* [7]) . . . .

| . . . .

. . . . i. f. fr [8])*ater Arvales?* . . . .

---

[6]) ꓕPTO Fabr.

[7]) videntur relata fuisse verba in tabella scripta, ut vv. 8 seqq.

[8]) FT Borm.: Fabrettum secutus sum.

CLAUDII A.

a. 43—48 *adfuerunt*
C. Caecina Largus, L. Vitellius, Paullus *Fa*-[1])
bius Persicus, C. Piso, Magnus Pomp*eius*.
. . idus Ianuar(ias)
*sacrum I*ovi [2]) quod Ti. Claudius Cae*sar*
*August*us Germanicus p(ater) p(atriae) appellatus *est:*
*in Capito*lio [3]) Iovi bovem marem, Iun[4])*oni*
*va*ccam, Minervae vaccam, Felici*tati*
*v*accam, divo Aug(usto) bovem marem, di*vae*
Augustae vaccam.

Neapoli MET. SMET. qui iam non extare addit LIG. LIPS.; in aedibus Pontani, addit PIGH. — Apud Fulvium Ursinum errore GRVT. 117, in cuius ed. 2 additur a GVDIO qui sumpsit a LIGORIO: repertum extra portam Portuensem loco nunc dicto *affoga l'asino.*

Solus servavit liber Pontani, ex eoque desumpserunt Morillon apud Metellum Vat. 6039 f. 359 et Smetius 49, 8 (inde Grut. 116, 5) 'e Iohannis Pontani libro qui apud Hadrianum Gulielmum servatur'; a Smetio, ut videtur, aeceperunt Pighius Leid. Luzac. p. 108; Ursinus ad Caton. cet. p. 213, 1 (inde Grut. 117, 1), a quo accepit Lipsius ms. f. 8; Panvinius Vatic. 6035 f. 6', fast. ad a. 801; Manutius orth. 715, 2 vv. 15 priores parum accurate; Ligorius Taur. vol. 12 interpol.; ex ambobus Gruteri exemplis Marini tab. IX (inde vv. 1—9 Orelli 2267). Restituerunt Gudius ad Grut. 116, 5 ed. 2, Fabretti emend. Grut., Marini. Hunc ego fere secutus sum.

Propter sacrum pro nomine patris patriae Claudii factum Borghesius (*Ann. inst. arch.* 1849 p. 33, *opp.* 5 p. 192) acta tribuit anno 42, quo Claudium ita appellatum esse probavit: At cum in sacro simul sacrificetur divae Augustae, ea autem eodem anno 42 demum paucis diebus post consecrata sit (cf. Marini p. 76), apparet illud factum esse post a. 42 et fuisse annuum (cf. commentarius de sacris Arvalium annuis p. 69). Itaque de anno tabulae nihil constat nisi esse inter a. 43 et 48, nam qui in ea memoratur L. Silanus *abdicare se praetura ante IIII kalendas Ianuarias morique initio anni* (49) a Claudio *coactus est, die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum* (Suet. *Claud.* 29; cf. Tac. *Ann.* 12, 5 seqq.). Textum dedi restitutum ex exemplis Metelli et Smetii, adnotatis iis quae varie ab iis referuntur.

[1]) inter vv. 1 et 2 Ligorius inserit verba haec S · ESSE · FVTVRVM · IN AED.

[2]) EM Met., OVI Smet. (ONI Urs. Lig. Pigh.); *feriae i*OVI minus recte Marini.

[3]) TOMO Met., TONIO Smet. (TOLIO corr. Urs).

[4]) CVN et supra scriptum VM Met.

adfuerunt a. 43–48
C. Caecina Largus, L. Vitellius, Paul*lus*
Fabius Persicus, Taurus Statilius [5])
*C*orvinus, C. Piso, M. Silanus, L. Silan*us*,
*Ma*gnus Pompeius.
XVI k(alendas) Febr(uarias) Ian. 17
*ob consecr*ationem [6]) divae Aug(ustae) i*n* tem*plo* [7])
novo? divo Augusto bovem mar*em, divae*
*Augusta*e vaccam.
adfuerunt
C. Caecina Largus [8]), L. Vitellius, Paul [9])*lus*
*Fabius Persic*us [10]), Taurus Statilius *Cor-*
*vinus, C. P*iso, M. Silanus, L. Silanu*s*,
*Magnus Pomp*eius.
III k(alendas) Febr(uarias)? [11]) Ian. 30

---

[5]) SATILLIVS Met.

[6]) CATIONEM Met., CATIONEM Smet.

[7]) //// ITEM Met., hiatu non indicato ITEM Smet.; videtur legendum esse, ut scripsi: cf. comment. p. 59.

[8]) ARCVS Met.

[9]) PAVL! Met.

[10]) IVS Met.

[11]) hoc loco aut videtur relatus esse natalis divae Augustae (cf. comm de sacrificiis annuis ob natales principum p 52*b* et a. 38 p. 60) aut sacrificium ad aram Pacis (a. 38), quamquam aetate etiam Claudii in actis id perscriptum esse nequaquam constat.

CLAUDII B.

a. 43—48 . . . . *(pro)magister collegii fratrum Arvalium*
nomine in Capitolio pro salute (?) Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici
Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni
vaccam, Minervae vaccam, *Saluti publicae (?)*
vaccam, divo Augusto bovem *marem, divae Augustae*
vaccam, in templo Concordiae . . . .,
item in Palatio divo Augusto *bovem marem, divae Augu-*
stae vaccam, ad aram Providen*tiae vaccam*, ...
. . . . *vac*cam immolavi*t.*
*adfuer*unt Cn. Domi*tius* [1])
. . . . *Taurus* Statili*us Corvinus*, ...
. . . . *L.* V*itellius.*

Fragmentum repertum extra portam Portuensem loco nunc dicto *affoga l'asino* GRVT. 117 ed. 2, deinde apud Fulvium Ursinum VRS., postea apud Farnesios cum monumentisque Farnesianis delatum in museum Neapolitanum, ubi adhuc servatur.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Edd. Ursinus ad Caton. cet. p. 214, 2 (inde Grut. 117, 2); Marini tab. X; inscriptiones veteres quae in R. Museo Borbonico adservantur 1 n. 111; Fiorelli catal. 58; cf. Mommsen I. N. p. XXII.

Marinius aetati Claudii Augusti tribuit, eiusque sententiam confirmant et litterarum forma, et ipsa verborum dispositio, cum in fine vv. 2 et 4 nomen divae Augustae interierit a Claudio demum inter divos receptae. Post aetatem Claudii incisum esse non potest, cum non immoletur divo Claudio. — Superne margo extat, ut actorum partem priorem in tabula altera exaratam fuisse manifestum sit. — In supplementis cum alia incerta sunt, tum sacrificia pro salute imperatoris facta esse probabile sane est, quod divo Augusto et divae Augustae immolatur bis, in Capitolio et in Palatio sive in templo novo, nec tamen certum. A prioribus exhibentur, sed iam perierunt litterae 1 extr. *m*, 2 extr. *em*, 3 in. *i*, 3 extr. *ae*, 4 in. *Pa*, 4 extr. *o*, 5 in. *a*, 5 extr. *en*, 6 extr. *v*, 7 extr. *om.*

[1]) non est Cn. Domitius Ahenobarbus Neronis pater qui imperante C. Caesare vita functus est (Suet. *Nero* 9), sed alter ex consulibus suffectis a. 39 sive Corbulo sive Afer.

CLAUDII C.

adfuerunt . . . . a. 50—54
. . . . . T. Sextius Africanus, Ael*ius Lamia (?)* [1]), *M. Valerius*
*M*essalla.
IIII k(alendas) Iulias in Cap*itolio* . . . . *(pro?)* |*magister* Iun. 28
conlegi fratrum Arvalium n*omine vota nuncupavit pro valetudine*
*N*eronis Claudi Drusi Germa*nici Caes(aris), praeunte* . . . . |. . . *in e(a) v(erba) q(uae) i(nfra) s(cripta) s(unt):*
*I*uppiter optime maxime, te pr*ecamur quaesumusque, uti*
tu Neronem Claudium subo*lem Agrippinae Aug(ustae), Ti(beri) Claudi* |*Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici)*
*di*vini principis parentisque *publici filium, princ(ipem) iuvent(utis), sal-* |*vom incolu-*
*m*enque (*sic*) conserves et in reliq*uom malae valetudinis primo*
q[2])uoque tempore praestes ex*pertem, quae si ita sunt eruntve, astu ea ita*
*fa*exsis, tum nos tibi boℲe aur*ato vovemus esse futurum.*
*I*uppiter optime maxime, quae i*n verba tibi b(ove) a(urato) vovimus esse* |*futurum,*
q[2])uod hodie voℲimus, astu ea it*a faexsis, tum nos in eadem verba*
q[2])uod conlegium fratrum Ar*valium hodie vovit, bove aurato*
tiri (sic) ℲoℲemus esse furum *(sic)*.

Fragmentum tabulae marmoreae erutum Romae, a Iosepho Melchiorri praeside inlatum in museum Capitolinum, in quo servatur: cf. Melchiorri *revue archéol.* 1845 p. 350.

Descripsimus Bormann et ego. Edidit Melchiorri *appendice agli atti de' fratelli Arvali di G. Marini*, *Roma* 1855, 4 (inde, sed correctum ex lapide Henzen 7419).

Dies IIII kalendas Iulias cum in actis Arvalium praeterea nusquam commemoretur, extra ordinem collegium convenit ac singularem quandam ob causam vota nuncupavit. Melchiorrius quidem (p. 10) quod coniecit vota pro adoptione Neronis suscepta esse, refellitur actis a. 59, quibus adoptio Neronis ante diem V kalendas Martias refertur. Vota pro valetudine eius suscepta esse ex v. 26 effecit Mommsen ad Henzenum l. c. — Nero cum adoptatus sit a. 50 (cf. Tac. *Ann.* 12, 25 seqq.), fragmentum hoc scriptum est inter a. 50 et 54, quo Claudius interfectus est.

[1]) de hoc nomine parum constat: Aelium Lamiam indicatum esse coniecit Borghesius apud Melchiorrium l. c. p. 5.

[2]) litterae Q lineola inferna ex parte superest.

a. 50–54 *Iu*no regina, quae in verba IoΛi *optimo maximo b(ove) a(urato) vovimus esse*
*f*uturum, quod hodie ΛoΛimus, *astu ea ita facxsis, tum nos in eadem verba*
conlegi fratrum ArΛalium no*mine b(ove) a(urata) tibi vovemus esse futurum.*
*Mi*nerva, quae in verba Iunon*i reginae b(ove) a(urata) vovimus esse futurum, quod*
*h*odie vovimus, astu ea ita fac*xsis, tum nos in eadem verba conlegi*
*frat*rum ArΛalium nomine boΛ*e aurata tibi vovemus esse futurum.*
*Sa*lus publica populi Romani *Quiritium, te quaesimus preca-*
*m*urque, uti tu Neronem Clau*dium, subolem Agrippinae Aug(ustae), Ti(beri) Claudi Caes(aris) Aug(usti)*
*G*ermanici divini principis *parentisque publici filium, princ(ipem) iuvent(utis)*
*s*alvom incolumemque con*serves et in reliquom malae*
*v*aletudinis primo quoque *tempore praestes expertem*; *quae si ita sunt*
*e*runtve, astu ea ita facxsis, tum *nos bove aurata tibi vovemus esse futurum.*

in conlegio adfu*erunt*

. . VIIIV . . . . *Iuni*us Sila*nus.*

CLAUDII D.

immolavit Paullus Fabius a. 50–54
Persicus Iovi bovem
marem. [1]) adfuit M. S [2])*ilanus*.
VIIII [3]) k(alendas) Oct(obres) Sept. 23
natale divi Aug(usti) in Capito-
lio immolavit L. Vitellius
magister pro collegio
fratrum Arvalium Iovi
bovem marem, ad aram
gentis Iuliae vaccam.
adfuerunt C. Caecina Largus,
M. Silanus, Statilius *Corvinus*.
VIII k(alendas) Oct(obres) Sept. 24
in Palatio L. Vitellius magister
pro collegio fratrum Arva-
lium immolavit divo Aug(usto)
bovem marem et divae Aug(ustae) vaccam . . . .

In aedibus Coritianis DON. GOR.

Edd. Donius 9, 28 (inde Murat. 586, 1) et Gori *col. Liviae* p. 217 ex cod. bibl. Stroziae 356: ex utroque Marini tab. XI.

Exemplum secutus sum Gorii, qui servavit versuum dispositionem. Restitutionem do a Marinio propositam, nisi quod omisi nomina consulum.

[1]) sacrificium soli Iovi factum videtur pertinere ad natalem principis cuiusdam: fortasse Claudii, qui fuit kalendis Augustis.

[2]) M . . S . . Don. minus recte.

[3]) IX traditur, fuit in lapide VIIII.

CLAUDII F.

a. 50—54 *it*em in . . . . .
Iovi b(ovem) m(arem), Iuno*ni vaccam, Minervae vaccam*
*o*b consula*tum*
*ante t*emplum no*vom*

Fragmentum litteris elegantibus altis mill. 10, repertum in vinea Ceccarelliorum a. fere 1858, deinde apud Angelum Pellegrinium.

Descripsi. Edidi minus accurate in *Annalibus instituti arch.* 1858 p. 51 ex apographo Pellegrinii.

Propter commemoratum templum novum fragmentum constat ante aetatem Flaviorum post imperium Tiberii exaratum esse, cum templum illud dedicatum sit anno C. Caesaris primo: cf. comm. p. 55. Litterarum forma Claudianae potius quam Neronianae aetatis videtur esse. Quod in ima parte superest margo, acta in tabula altera continuata esse indicat. Fragmentum non liquet utrum ad sacrum annuum ob comitia consularia Neronis celebratum, an ad introitum consulatus principis referendum sit.

NERO CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

adfuerunt . . . . a. 55
Cn. Lentul*us* Gaetulic*us*, T. Curtili*us* Ma*ncia* [1]).
III idus Decembr(es) in sacra via Dec. 11
P. Memmius Regulus pro magistro fratrum Arvalium *nomine immolavit* |*ex edicto?*
Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici principis [2]) *parentisque* |*publici ante*
domum Domitianam ob memoriam Domiti patris *eius bovem marem.*
XVIII k(alendas) Ianuar(ias) in Capitolio Dec. 15
P. Memmius Regulus pro magistro fratrum Arvalium *nomine ob natalem*
Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici principis *parentisque publici*
immolavit Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni vaccam, *Mi-* |*nervae vaccam,*

Tabula superne et inferne fracta Romae in aedibus Coritianis DON.

Edidit Donius 9, 30 (inde Murat. 585, 2 et Marini tab. XIII) ex ms. bibl. Stroziae Florentinae.

Fragmentum non minus corruptum et interpolatum quam quae ex eodem codice desumpta sunt acta a. 40 et CLAUD. D. Rettuli ad a. 55, quia v. 4 videtur indicata esse prima institutio sacrificii in memoriam Cn. Domitii patris Neronis: genetivo enim qui est *Neronis Claudi Caesaris Augusti* declaratur vocabulum *edicto* vel simile aliquod praecessisse. Sacrificium autem illud anno 55 institutum esse confirmat Tacitus, cum illo anno effigiem Cn. Domitio patri Neronem a senatu petiisse narrat (*Ann.* 13, 10; cf. Suet. *Ner.* 9).

[1]) CN·LENTVLO·GAETVLICO·T·CVRTILIO·MAG·F·A traditur: in quibus *Manciae* cognomen latere qui intellexit Marinius (p. 88), erravit in eo, quod indicatos esse posuit consules suffectos, eumque secutus est Borghesius (in fastis ineditis). Nerone autem imperante consulatus fuerunt semestres: consules igitur suffecti cum inirent kalendis Iuliis, fieri non potuit ut a. d. III idus Decembres primum in actis commemorarentur, nam sub Nerone mensibus Octobri et Novembri quattuor saltem fratrum Arvalium sacra celebrabantur (cf. a. 58). Nec magis fieri poterat, ut v. 14 repeterentur consulum nomina. Lentulus igitur et Curtilius non possunt fuisse nisi Arvales nominati inter eos qui adfuerunt.

[2]) totum v. 4 eiiciendum esse utpote errore repetitum ex v. 8 temere statuit Marinius (p. 89).

a. 55 Saluti *publicae vaccam,* Genio eius *taurum* [3]).
in collegio fratrum Arvalium *adfuerunt*
P. Memmius Regulus promagistro fratrum Arvalium . . . .
. . . . Faustus Cornelius *Sulla Felix*,
Cn. Lentul*us* Gaetulic*us*, T. Curtil*ius* M*ancia* [1]).

---

[3]) SALVTI·EIVS·B·M·GENIO·EIVS·VACCAM traditur: neque tamen aut immolari solet Saluti imperatoris, sed Saluti publicae, aut sacrificant deae bovem marem, genioque imperatoris vaccam, sed deae vaccam, genio taurum.

k(alendis) Ianuar(iis) a. 57
L. Salvius Otho *Titianus* [1]) *pro magistro collegii*
fratrum Ar*valium nomine in Capitolio*
ob alterum *co(n)s(ulatum) Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici)*
Iovi o(ptimo) m(aximo) bo*vem marem, Iunoni vaccam, Minervae*
vaccam, et an*te templum novom divo Augusto b(ovem)*
marem et di*vae Augustae vacc(am) et divo Claudio b(ovem) marem*
*i*mmolavit.

Fragmentum litteris altis mill. 9—12 repertum in vinea Ceccarelliorum a. fere 1858, nunc apud Angelum Pellegrinium.

Descripsi. Edidi in *Ann. inst. arch.* 1858 p. 51 ex apographo Pellegrinii.

Dubitavi olim an referri posset fragmentum ad a. 69, quo Galba iterum consul et Salvius Otho Titianus denuo promagister erat (cf. a. 69), sed breviores versus sunt quam qui tabulae anni 69 esse possint. Nec intellegi potest Claudii consulatus alter, quod a. 42 quo hic iterum consul fuit, nondum inter divos recepta erat Iulia Augusta (cf. a. 43). Sequitur ut ad annum 57 fragmentum referatur, quo Nero iterum fasces gessit. Litterarum autem quod altitudo paullo minor est quam in ceteris actis anni 57, cum forma similis sit, non offendit, cum hoc fragmentum in priore tabula huius anni fuerit, cetera in altera.

[1]) L. Salvii Othonis Titiani nomen recepi, quod nimis brevis efficeretur versus M. Salvii Othonis nomine admisso.

(in fine tabulae prioris incisa fuisse acta sacri ob imperium Neronis facti ostendunt acta a. 58)

a. 57 *in collegio adfuerunt*

C. Vipstanus Apronianus magister, M. Valerius Messalla Corvinus desig(natus) co(n)s(ul), Sulpicius Camerinus, Faustus Cornelius Sulla Felix, T. Sextius Africanus, C. Piso, A. Vitellius, L. Salvius Otho Titianus, P. Memmius Regulus, L. Piso, M. Salvius Otho, M. Aponius Saturninus.

Nov. 6 Isdem co(n)s(ulibus) VIII id(us) Nov(embres) natale Agrippinae Augustae C. Vipstanus Apronianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, Concordiae vaccam. in collegio adfuerunt C. Vipstanus Apronianus mag(ister), M. Valerius Messalla Corvinus desig(natus) co(n)s(ul), Sulpicius Camerinus, Faustus Cornelius Sulla Felix, T. Sextius Africanus.

Dec. 4 Isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) non(as) Dec(embres) ob tribuniciae *(sic)* potestat(is) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici C. Vipstanus Apronianus magist(er) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam.

in collegio adfuerunt C. Vipstanus Apronianus magister collegi, M. Valerius Messalla Corvinus co(n)s(ul) desig(natus), A. Vitellius[1], Faustus Cornelius Sulla Felix, Sulpicius Camerinus, C. Piso, P. Memmius Regulus, M. Aponius Saturninus, T. Sextius African(us).

Dec. 11 Isdem co(n)s(ulibus) III idus Dec(embres) ob natalem Cn. Domiti Ahenobarbi C. Vipstanus

---

Fragmentum litteris altis mill. 14—17, repertum in vinea Ceccarelliorum anno 1869. Superest ex actorum eius anni tabula altera: adest enim superne margo.

Descripsi cum Bormanno et edidi in *Bull. inst. arch.* 1869 p. 83 seqq.

De anno actorum inde constat quod Messalla Corvinus qui fasces gessit a. 58, *cos. desig.* dicitur.

[1]) scalpro deletum est nomen Vitellii, licet privatus fuerit quo tempore acta exarata sunt.

Apronianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immolav(it) a. 57
in sacram viam *(sic)* memoriae Cn. Domiti b(ovem) marem. in collegio |adfuer(unt)
*C. Vipsta*nus Apronianus mag(ister), M. Valerius Messalla Corvinus
co(n)s(ul) desig(natus), *P.* Memmius Regulus, T. Sextius Africanus, |C. Piso, M.
*Aponius Saturni*nus, Sulpicius Camerinus, A. Vitellius.

*Isdem co(n)s(ulibus) XVIII k(alendas) Ian(uarias) ob na*talem Neronis |Claudi Caesaris Dec. 15
*Aug(usti) Germanici C. Vipstanus Ap*ronianus mag(ister) collegi
fratr(um) Arvalium nomine immolavit in Capitolio Iov(i)
bovem marem cet. (cf. a. 58*)*.

(*a*)

a. 58 *Nerone Claudio Caes(are) Augusto*
Germanico trib(unicia) pot(estate) IIII, imp(eratore) V,
VII viro epulone, *XV viro s(acris) f(aciundis), augure,*
pont*ifice max(imo), fratre Arvali*[1]*), p(atre) p(atriae), III*
M. Val*erio Messalla Corvino co(n)s(ulibus)*
Ian. 1 *k(alendis) Ianuar(is)*
L. Salvius O*tho Titianus magister collegi fratrum Arvalium nomine im- |molavit*
in Capitol*io ob consulatum (tertium) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) |Germ(anici) Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem,*
Iunoni re*ginae vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum. in col- |l(egio) adfuerunt Nero Claudius*
Caes*ar Aug(ustus) Germanicus, L. Salvius Otho Titianus mag(ister)* . . |. . . . .
C. Pis*o* . . . . |*M. Aponius*
Satu*rninus*
Ian. 3 Isdem *co(n)s(ulibus) III non(as) Ianuar(ias) L. Salvius Otho Titianus ma- |g(ister) collegi fratr(um) Arval(ium) nomine vota*
(*b c*) nun*cupavit* pro salute Neronis *Claudi divi Claudi f(ili), Germanici Cae- |s(aris) n(epotis), Ti. Caesaris Aug(usti)*
*pron(epotis), divi Aug(usti) ab*n(epotis) Caesaris Aug(usti) Germa*nici |pontificis maximi, trib(unicia) pot(estate) IIII, imp(eratoris) |V, co(n)s(ulis) III,*

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum *a* 1—8 anno 1867, *a* 9—14, *c e f* et pars fragmenti *i* anno 1868, cetera anno 1869. Litterae versuum priorum 5 altae sunt mill. 35—25, posteriorum mill. 14—11.

Descripsi. Edidi *a* 1—8 in *Annalibus inst. arch.* 1867 p. 245, *a c f* in *Relazione* p. 15, *d* ibd. p. 26, partem fragmenti *i* ibd. p. 16.

Fragmenta haec anno 58 tribuenda sunt, quod Messallae Corvini consulatus commemoratur: cf. *f* et *i*.

[1]) Neronem omnibus titulis sacerdotalibus in his actis ornatum fuisse sequitur ex versu potissimum 3; confirmat v. 4, cum magnum quod inter septemviratum et pontificatum interest intervallum expleri nequeat nisi insertis quindecimviratu et auguratu.

*p(atris) p(atriae), et Octav*iae coniugis eius, victi*mis immolatis in Capi-* a. 58
|*tolio, quae superioris* anni ma*gister* (d)
voverat, persolvit et in proximum an*num nuncupavit praeunte Fausto*
|*Cor*nelio Sulla in *eadem*
verba quae infra scripta sunt, Iovi b(oves) m(ares) *II, Iunoni vacc(as)*
|*II, Minervae v*acc(as) II, Saluti publ*icae vacc(as) II, in*
*templo novo divo Aug(usto) bov*es mares II, divae *Aug(ustae) vacc(as)*
|*II, divo Claudio b(oves) m(ares) II.* In coll(egio) *adfuerunt*
*L. Salvius Otho Titianus mag*ister, M. Val*erius Messalla Corvinus co(n)-*
|*s(ul), M. Aponius* Saturnin*us, Faustus*
Cor*nelius* S*ulla* . . . . *T.* (e)
|*Sextius* Africanu*s*, *P.*
*Mem*mius Re*gulus* . . . . ?
*Isd*em co(n)s(ulibus) III idu*s Ianua*r(ias) in *Pantheo*[2] *astantibus L. Sal-* Ian. 11
|*vio Othone Titiano mag(istro)*, (f)
*A. V*itellio, M. *Aponio Saturnino fratribus* Ar*v*alibus sacrificium deae (h)
|Diae *indixit M. Val*erius *Messalla Corvinus co(n)s(ul)*,
*praeunte L. Salvio Othone T*itiano mag(istro): XVI k(alendas) Iun(ias) (g)
|domi. X*IIII k(alendas) Iun(ias)* in luco *et domi, XIII k(alendas)*
|*Iun(ias) domi.*
*in collegio adfuerunt L. Salv*ius Otho Titianus mag(ister), M. Valerius
|*Messa*lla Cor*vinus co(n)s(ul)*, ...
. . . ., *T. Sexti*us Africanus. *Isdem co(n)s(ulibus)* Febr. 25
|*V k(alendas) Mart(ias)* L. Sal*vius Otho*
*Titianus mag(ister) fratrum Ar*valium nomine immolavit in *Capitolio ob*
|*adoptionem Neronis Claudi*
*Caesaris Augusti Germani*ci Iovi b(ovem) marem, Iunoni vacc(am), Mi-
|nervae vacc(am), Saluti publicae
populi Romani vacc(am). in collegio adfuerunt *L. Salvius Otho Titianus*
mag(ister), ...
*M. Valerius Messa*lla Corvino *(sic)* co(n)s(ul), P. Memmius Re*gulus*, . .
|. . . . .
*C. Vipsta*nus Apronianus, L. Piso.

(i)[3]

. . . . *in collegio adfuerunt*
L. Salvius Otho Titianus mag(ister), M. Valerius
Messalla Cor*v*inu*s* co(n)s(ul), Sulpicius Came-

---

[2]) cf. a. 59.

[3]) fragmentum *i*, quamquam versibus multo brevioribus perscriptum, ad eundem tamen annum pertinere e mentione colligitur Messallae Corvini consulis. De restituendis vv. 4 seqq. parum liquet, nec perspicio, quomodo cum sacro extra ordinem in luco piaculi causa facto coniuncta fuerint sacrificia diis Capitolinis oblata, quae videntur indicari litterarum vestigiis v. 7.

a. 58 rinus, A. Vitellius, C. Piso, M. Aponius Saturninus.

Isdem co(n)s(ulibus) X . . . . *in l*uco deae Diae *piaculum factum por*cam *et agnam opimam* . . . . *c*ausam . . . . *Iovi b(ovem)* mar(em), Iu*noni vaccam cet.*

(k)

C. Vipstanus Aproni*anus*

Isdem co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iun(ias) L. Salvius Otho Titianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine ad aram immolavit deae Diae porcas piaculares II, deinde vaccam; inde in aede in foco sacrificio facto immolavit a. 58

deae Diae agnam opimam, quo perfecto sacrificio e carceribus reci- |niatus coronatus Mai 19
signum |quadrigis et desultoribus misit [1]. in collegio adfuerunt L. |Salvius Otho
Titianus magister, M. Valerius Messalla Corvinus co(n)s(ul), C. Piso, |Sulpicius Camerinus, L. Piso L. f.
A. Paconio Sabino, A. Petronio Lurcone co(n)s(ulibus) IIII idus Octobr(es) Oct. 12
L. Salvius Otho Titianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine |immolavit in templo novo
divo Aug(usto) b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Claudio |b(ovem) marem [2]. in collegio adfuerunt
L. Salvius Otho Titianus mag(ister), C. Vipstanus Apronianus, Sulpi- |cius Camerinus, C. Piso, A.
Vitellius, P. Memmius Regulus.
Isdem co(n)s(ulibus) III idus Octobr(es) L. Salvius Otho Titianus ma- |g(ister) collegi fratrum Arvalium nomine Oct. 13
immolavit in Capitolio ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) |Germanici Iovi b(ovem)
marem, Iunoni vaccam, Minervae vacc(am), Felicitati publicae vacc(am), |Genio ipsius taurum,
divo Aug(usto) b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Clau- |dio b(ovem) marem. in collegio adfuerunt

---

Tabula magna reperta anno 1866 in vinea Ceccarelliorum prope aedificium rotundum; iam in museo Lateranensi inter reposita.

Contuli. Edidimus de Rossi *Bull. d'archeologia cristiana* 1866 p. 57 seqq.; ego *Ann. inst. arch.* 1867 p. 247 et *Hermes* 1867 p. 38 seqq.

[1]) capite primo de sacro ab Arvalibus mense Maio facto agi recte intellegens de Rossi (p. 58) perperam ad ultimum eius diem rettulit; negavi ipse (*Ann.* l. c. p. 248, *Hermes* p. 43) ignorans tum in actis vetustioribus pro tribus diebus sacri non describi nisi alterum: cf. a. 59 et commentarius de sacro Arvalium annuo p. 10.

[2]) sacrum descriptum vv. 4—8 ad Augustalia referendum esse ostendunt acta a. 66 p. 2, 33, cf. *Ann.* p. 263; *Hermes* p. 46; comm. de sacro ob Augustalia facto p. 49 seq.

a. 58 L. Salvius Otho Titianus mag(ister), C. Piso, C. Vipstanus Apronianus, |M. Valerius Messalla Corvinus,
A. Vitellius, Sulpicius Camerinus, P. Memmius Regulus, T. Sextius |Africanus.

Nov. 6 Isdem co(n)s(ulibus) VIII idus Nov(embres) L. Salvius Otho Titianus |mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine
immolavit in Capitolio ob natalem Agrippinae Aug(usti) matris Iovi |b(ovem) marem, Iunoni vac(cam),
Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, Concordiae ipsius vaccam. |in collegio adfuer(unt)
L. Salvius Otho Titianus mag(ister), C. Vipstanus Apronianus co(n)s(ul) |design(atus), L. Piso L. f., P. Memmius Regulus.

Dec. 4 Isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) non(as) Dec(embres) L. Salvius Otho Ti- |tianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine
immolavit in Capitolio ob tribunic(iam) potestatem Neronis Claudi Cae- |saris Aug(usti) Germanici
Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam. in collegio ad- |fuerunt L. Salvius Otho Titianus
magister, M. Aponius Saturninus, Sulpicius Camerinus, C. Vipstanus |Apronianus co(n)s(ul) design(atus),
M. Valerius Messalla Corvinus, P. Memmius Regulus.

Dec. 11 Isdem co(n)s(ulibus) III idus Dec(embres) L. Salvius Otho Titianus ma- |g(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immol(avit)
in sacram viam ante domum Domitianam memoriae Cn. Domiti b(ovem) |marem. in collegio adfuer(unt)
L. Salvius Otho Titianus mag(ister), M. Valerius Messalla Corvinus, |C. Vipstanus Apronian(us) co(n)s(ul)
design(atus), T. Sextius Africanus, Sulpicius Camerinus, P. Memmius |Regulus, M. Aponius Satur-
ninus, C. Piso.

Dec. 15 Isdem co(n)s(ulibus) XVIII k(alendas) Ian(uarias) L. Salvius Otho Ti- |tianus mag(ister) collegi fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in
Capitolio ob natalem Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germ(anici) |Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam,
Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, et Concordiae honoris Agrip- |pinae Aug(ustae) vacc(am),
Genio ipsius taurum. in collegio adfuerunt L. Salvius Otho Titianus |mag(ister), C. Vipstanus
Apronianus co(n)s(ul) design(atus), M. Valerius Messalla Corvinus, C. |Piso, Sulpicius Camerinus,
M. Aponius Saturninus, T. Sextius Africanus, P. Memmius Regulus.

C. Vipstano Aproniano,
a. 59 C. Fonteio Capitone co(n)s(ulibus)
Ian. 3 III non(as) Ianuar(ias)

L. Piso L. f. magister conlegii frátrum Arvalium nomine vota nuncupavit a. 59
|pro salúte
Neronis Claudi divi Claudi fili, Germanici Caesaris n(epotis), Ti(berii)
|Caesaris Aug(usti) pron(epotis),
divi Aug(usti) abnepotis Caesaris Aug(usti) Germanici, pontificis ma-
|ximi, trib(unicia) pot(estate) V,
imp(eratoris) VI, co(n)s(ulis) III, design(ati) IIII, et Octaviae coniugis
|eius victimis immolatis in Capitolio,
quae superioris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum
nuncupavit, praeeunte C. Vipstano Aproniano co(n)s(ule) in eadem
|verba quae infra
scripta sunt: Iovi mares II, Iunoni vaccas II, Minervae vaccas II,
|Saluti public(ae) vacc(as) *II*,
in templo novo divo Aug(usto) boves mares II, divae Aug(ustae) vac-
|cas II, divo Claudio boves m(ares)
II. in conlégió adfuérunt
T. Sextius A'fricanus, M. Aponius Saturninus, P. Memmius Regulus, C.
|Piso, Sulpicius
Camerinus, L. Sal⅃ius Otho Titianus.
Isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) idus Ianuar(ias) Ian. 12
in Pantheo astantibus L. Calpurnio L. f. Pisone mag(istro),
C. Vipstano Aproniano co(n)s(ule), L. Salvio Othone Titiano, M. Aponio
|Saturn(ino) [3]),
M. |Valerio Messalla Corvinó, Sulpicio Camerino, T. Sextio Africano
|fratribus
Arvalibus, sacrificium deae Diae indixit L. Calpurnius L. f. Piso ma-
|gister, praeeunte
L. Salvio Othone Titianó in VI k(alendas) Iun(ias) domi, et in IIII
|k(alendas) Iun(ias) in luco et domi
et in III k(alendas) Iun(ias) domi.
in conlegio adfuerunt isdem qui supra scripti sunt.
isdem co(n)s(ulibus) V k(alendas) Mart(ias) Febr. 25
L. Piso L. f. magister (*sic*) conlegii fratrum Arvalium nomine inmolavit
|in Capitolio ob ado-
ptionem Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici Iovi bovem ma-
|rem, Iunoni vacc(am),
Miner⅃ae vaccam, Saluti publicae vaccam.
in conlegio adfuerunt P. Memmius Regulus, T. Sextius Africanus,
M. Valerius Messalla Córvinus, Sulpicius Camerinus, L. Salvius Otho
|Titianus, M. Aponius Saturnius *(sic)*.

---

3) versum hunc litteris paullo maioribus ideo exaravisse videtur quadratarius, quod C. Vipstani Aproniani nomine consulatum significari crederet.

a. 59 Isdem co(n)s(ulibus) IIII non(as) Mart(ias)

Mart. 4 L. Calpurnius L. f. Pisó magi(ster) conlegii fratrum Arvalium nomine |immolavit in Capitolio

ob comitia consularia Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici |Iovi bovem mar(em),

Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum.

in conlegio adfuerunt M. Valerius Messalla Corvinus, L. Salvius

Otho Titianus, C. Vipstanus Apronianus co(n)s(ul), T. Sextius Afri- |canus, P. Memmius

Regulus, C. Piso, M. Aponius Saturninus.

Mart. 5 Isdem co(n)s(ulibus) III nonas Mart(ias)

L. Calpurnius L. f. Piso magister collegii fratrum Arvalium nomine im- |molavit

(continuatur in tabula quae sequitur).

(*continuatur tabula actorum a.* 58. 59.)

(*a*)

*in Capitolio ob pon*tificatum [1]) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germa- a. 59
|nici Iovi
bovem marem, *Iu*noni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum.
in collegio adfuerunt T. Sextius Africanus, Sulpicius Camer(inus)
*P. Memmius Re*gulus, L. Salvius Otho Titianus, M. Valerius Messalla
|Corvinus, M.
*Aponius Sa*turninus.

Fragmenta *a b* reperta sunt in vinea Ceccarelliorum *a* hieme a. 1868/9, *b* vere anni 1868; *c d e f* fuerunt inter Ursiniana (*e* Romae effossum a. 1570 SCAL., *f* rep. in agro Fabricii Galletti a. 1570 MANVT.); *c e f* postea in aedibus Farnesiorum (MAR.) et cum monumentis Farnesianis Neapolim translata nunc in museo publico servantur (MOMMS. MVS. BORB. FIOR.); *d* est in museo Lateranensi inter reposita.

Descripsi cum Bormanno *a b d* ex lapidibus, *c e f* ex ectypis chartaceis. Edidi *a* in *Bull. inst. arch.* 1869 p. 86, *b* in *Relazione* p. 17, in cuius tabula 1 n. 3 litterarum formas depingendas curavi; *c d e f* exhibet Ursinus *fragm. Caton.* cet. p. 219, 10; 217, 6; 215, 4; 216, 5 (inde Grut. 120, 2; 119, 2; 118, 4; 119, 1) et omisso fr. *c* in schedis Antonii Augustini f. 34. 34' (inde vel ex aliis schedis Ursinianis Ligorius Taur. vol. 18 f. 65' interpolata); item Marinius tabb. XVII. XIV. XV. XVI, qui vidit *c e f*, ex Ursino desumpsit *d*; *e* habet etiam Scaliger in schedis Paris. *fonds Dupuy* 461 f. 77; *f* Manutius Vatic. 5237 f. 199, qui quamquam repertum dicit a. 1570 in agro Gallettii, videtur pendere ex Ursino. Denique *c e f* Mommsen *I. N.* p. XXII, denuo exhibent *inscriptt. vett. mus. Borb.* (*Neap.* 1857) I n. 112—114; Fiorelli *catal.* 61. 59. 60. — De componendis fragmentis cf. Borghesi apud Gervasium *iscrizz. napol.* p. 40, *opp.* 4 p. 394 seqq.; de Rossi *Bull. d'archeol. crist.* 1866 p. 58 seqq.; *Relazione* p. 17 seqq.

Acta annorum 59 et 60 praeter partem eam, quam in eadem tabula cum actis a. 58 vidimus exaratam esse, per tres sive tabulas sive paginas distributa erant. Quarum prima incipit a versu 1 fragmenti *a*, exit autem post v. 49. Fragmenta *d* et *e* cum fuerint tabulae alterius, hanc ab ipso versu 1 fragmenti *d* incepisse ideo probabile, quod *O* et *VS* litterae, quae prope vv. circiter 25 et 27 fragmenti *e* in margine incisae sunt, conectuntur cum tabulae primae vv. 29 et 31, in altera autem tabula plures versus litteris maioribus scripti sunt. Tertiae tabulae quod servatum esse dixi fragmentum *f*, id quamquam litterarum forma suspicionem non movet, tamen cum in parvulo frustulo marmoris incisum sit, mihi non videtur esse antiquum, sed Ursini aetate factum imitatione fragmenti cuiusdam quod rursus perierit: cf. *Relazione* p. 18.

a b c [1]) in collegium pontificum Nero cooptatus fortasse est a. 51, cum toga virili accepta consul designaretur: cf. comm. de sacrificiis ob imperium cet. principum p. 67.

a. 59 Mart. 28 *Isdem* co(n)s(ulibus) V k(alendas) April(es) in Capitolió adfuerunt |C. Vipstanus Apronianus co(n)s(ul),
L. Piso L. f., P. Memmius Regulus, Sulpicius Camerinus, T. Sextius |Africanus co(n)s(ul) design(atus),
M. Valerius Messalla Corvinus, M. Aponius Saturninus, L. Salvius Otho |Titianus, C. Piso.
non est immolatum [2]).

April. 5 *Is*dem co(n)s(ulibus) nonis Aprilib(us)
L. Calpurnius L. f. Piso magister collegii fratrum Arvalium nomine im- |molavit
in Capitolio ex s(enatus) c(onsulto) ob supplicationes indictas pro sa- |lute Neronis Claudi Caesar(is)
Aug(usti) Germ(anici) Iovi bovem marem, Iunoni vaccam, Minervae |vaccam, Saluti
publicae vaccam, Providentiae vaccam, Genio ipsius taurum, divó Au- |g(usto) bovem marem.
*in co*llegio adfuerunt C. Vipstanius *(sic)* Apronianus co(n)s(ul), |P. Memmiu(s) *(sic)*
*Regulus, L. Sa*lvius Otho Titianus, Sulpicius Camerinus.

Mai. 29 *Isdem* co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Iunias
*L. Piso L. f. magister c*ollegi fratrum Arvalium nomine ad aram immo- |lavit deae
*Diae porcas piacular*es II, deinde vaccam. inde in aedem in foco sacri- |ficio facto
*immolavit deae Dia*e agnam opimam, quo perfecto sacrificio é carceribus
*riciniatus coronat*us signum quadrigis et desultoribus misit.
*in collegi*o adfuerunt C. Vipstanus Apronianus co(n)s(ul), L. Salvius
*Otho Titianus, P. Mem*mius Regulus, Sulpicius Camerinus.

Iun. 23 *Isdem* co(n)s(ulibus) VIIII k(alendas) Iulias
*L. Calpurnius L. f. Piso magis*ter collegii fratrum Arvalium nómine im- |molavit
in Capitolio pro salute et reditu Neronis Claudi Caesaris August(i) |Germanicii *(sic)* Iovi
(b) *bovem marem, Iunoni vacc*am, Minervae vaccam, Saluti publicae vac- |cam, Félicitat(i)
*vaccam, ... v*accam, item in templo novó divo Aug(usto) |bovem marem, diɐa(e)

---

[2]) supplementum petitum est ex actis a. 105. Caput hoc et id quod sequitur usque ad v. 16, item, ut videtur, vv. 24—32 et 35—40 pertinent ad eaedem Agrippinae ac Neronis post aliquot menses in urbem reditum; cf. comm. de sacrificiis ob causas singulares factis p. 77 seq.

*Aug(ustae) vaccam, divo Claudio bo*vem marem, item in foro Aug(usto) |Marti ultori taurum, Genio a. 59 (c)
*ipsius ta*urum.
in collegio adfuerunt M. Valerius Messalla Corvinus, P. Mem- |mius Regulus,
*Sulpici*us Camerinus, L. Salvius Otho Titianus.

*T. Sex*tio Africano, M. Ostorio Scapulá co(n)s(ulibus)
III idus Septembr(es) Sept. 11
*L. Piso L. f. ma*gister collegii fratrum Arvalium nomine immolavit in |Capitolio pro
*salute et r*editu Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici Iovi bo- |vem marem, Iunoni
vaccam, Minervae vaccam, item in foro Augusto Genio ipsius taurum, |Saluti vaccam,
*ante dom*um Domi*t*ianam dis Penatibus vaccam.
in c*ol*legio adfuerunt P. Memmius Regulus, L. Salvius Otho Ti- |tianus,
C. Vipstanus Apr*o*nianus, M. Aponius Saturninus, T. Sextius Africanus.

*Isd*em co(n)s(ulibus) III*I* idus Octobr(es) Oct. 12
*L. Piso L. f. magister col*legii fratrum Arvalium nomine immolavit
*in templo divi Aug(usti) no*vo divo Aug(usto) bovem marem, divae |Aug(ustae) vaccam,
divo Claudio bovem marem [3]).
in collegio adfuerunt C. Vipstánus Aproniánus,
*L. Salvius Otho Titianus, Sulpicius Cameri*nus, M. Aponius
Saturninus, A. Vitellius, T. Sextius Africanus co(n)s(ul).

Isdem co(n)s(ulibus) III idus Octobr(es) Oct. 12
*L. Piso L. f. magister collegii fratrum Arvalium no*mine
immolavit in Capitolio ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) |Germanici cet. (*cf. a.* 58).

Isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) non(as) Decembr(es) Dec. 4
*L. Piso L. f. magister collegii fratrum Arvalium nomine immolavit in Ca-
pitolio ob tribunic(iam) potestatem Neronis Claudi Caesaris Aug(usti)
Germanici Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam.
in collegio adfuerunt* . . . .

(*d*)

. . . . *Sulpicius* Camerinus, A. Vitellius, C. Vip- |stanus Apronianus

---

[3]) cf. a. 58.

d fragmentum cum tabula prima coniungitur ita, ut non exciderit integrum caput ullum, cum qui anno 58 celebraretur dies natalis Agrippinae, in actis anni 59 non possit commemoratus fuisse. — In *d* ab Ursino servata sunt, sed iam perierunt haec: 1 in. *Ca*, 1 extr. *C. Vipstanus Apronianus*, 2 in. *i*, 3 extr. *e immolavit in sacra via*, 4 extr. *enobarbi b. m.*, 5 extr. *llius C. Vipstanus Apronian.*, 6 extr. *us Africanus L. Salvius Otho.*

a. 59 . . . . *T. Sextius* Africanus co(n)s(ul).

Dec. 11 *Isdem co(n)s(ulibus) III* idus Decembr(es)

*L. Piso L. f. magister collegii fratru*m Arvalium nomine immolavit in |sacra via
*ante domum Domitianam me*moriae Cn. Domiti Ahenobarbi b(ovem) |m(arem).
in collegio adfuerunt M. Aponius Saturninus, A. Vitellius, C. Vipstanus |Apronian(us)
. . . . *Sulpicius* Camerinus, T. Sextius Africanus, L. Sal|vius Otho
Titianus . . . . ?

Dec. 15 *Isdem co(n)s(ulibus) XVIII* k(alendas) Ianuar(ias)

*L. Piso L. f. magister collegii fratr*um Arvalium nomine immolavit in |Capitolio
*ob natalem Neronis Claudi Cae*saris Aug(usti) Germanici Iovi b(ovem) |m(arem), Iunoni vaccam,
Minervae vaccam, Saluti public(ae) vaccam, Felicitati vaccam, Genio |ipsius taur(um).
*in collegi*o *(e)* adfuerunt A. Vitellius, M. Aponius Saturninus, L. Sal|vius Otho Titianus,
*Sul*picius Camerinus, C. Vipstanus Apronianus, P. Memmius Regulus, |C. Piso.

a. 60 Nerone Claudio, divi Claudi f(ilio), Germánici
Caesaris n(epote), Ti(beri) Caesaris Aug(usti) pron(epote), |divi Aug(usti) abnep(ote),
Caesari *(sic)* Aug(usto) Germánico, pont(ifice) max(imo), trib(unicia) |pot(estate) VII, imp(eratore) VII, co(n)s(ule) IV,
Cosso Lentulo Cossi filio co(n)s(ulibus)

Ian. 1 k(alendis) Ianuár(iis)

Sulpicius Camerinus magister colle*g*i [1]) frátrum Arválium nomine immo|lavit in Capitolio ob
co(n)s(ulatum) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici Iovi b(ovem) |m(arem), Iunoni vaccam, Minervae vaccam,
Genio ipsius taurum. in collégio adfuerunt Sulpicius Camerinus ma|gister, L. Piso L. f.,
T. Sextius Africanus, M. Aponius Saturninus, L. Salvius Otho Titiánus, |P. Memmius Regulus, C. Piso.

Ian. 3 Isdem co(n)s(ulibus) III nonas Ianuar(ias)

Sulpicius Camerinus magister collégi frátrum Arválium nomine vóta nun|cupávit pro salute

---

e |COLLEO| in lapide.

Neronis Claudi, divi Claudi f(ili), Germanici Caesaris n(epotis), Ti- |(beri) Caesaris Aug(usti) pron(epotis), divi Aug(usti) abn(epotis) |Caesaris Aug(usti) Germanici, pont(ificis) max(imi), trib(unicia) pot(estate) VII, imp(eratoris) |VII, co(n)s(ulis) IIII, et Octaviae coniugis eius, victimis immo- |látis in Capitólio, quae superióris anni magistri voverant, persolvit et in pro- |ximum annum nuncupávit, praeunte M. Aponio Saturnino, Iovi mares duo, Iunoni vaccas II, Mi- |nervae vaccas II, Saluti public(ae) vaccas II, in templo novo divo Aug(usto) b(oves) mares II, divae |Aug(ustae) vaccas II, divo Claudio b(oves) mar(es) II. in colle- |gio adf(uerunt) Sulpicius Camerinus magister, A. Vitellius, L. Piso L. f., M. Aponius |Saturninus, P. Memmius Regulus, L. Salvius Otho Titianus. a. 60

Isdem co(n)s(ulibus) III idus Ianuár(ias) adstantibus Sulpicio Camerino magistro, L. Salvio Othone Titiano, C. |Vipstáno Aproniano *cet.* (*cf. a.* 59). Ian. 11

(continuabantur acta in tabula alia, cuius non superest nisi fragmentum hoc:)

(f)

isdem co(n)s(ulibus) XVIII k(alendas) Ianuar(ias) Dec. 15
Sulpicius Camerinus magister collegi fr*atrum*[1]) *Arvalium nomine immolavit*
in Capitolio ob natalem Nero-
*nis Claudi Caes*aris Aug(usti) Germanici Iovi b(ovem) m(arem),
Iunoni[2]) vaccam, Minervae vaccam, Felici-
tati publicae vaccam, Concordiae vaccam,
Genio ipsius taurum. in collegio adfuerunt
Sulpicius Camerinus magister, M.
Aponius Saturninus, C. Vipstanus
Apronianus, L. Salvius Otho Titia-
nus, T. Sextius Africánus.

---

f ex Ursino desumpsi quae nunc deficiunt haec: 1 *collegi fr*, 2 *tolio ob natalem Nero*, 3 *manici Iovi b. m.*, 4 in. *Iunoni*, 4 extr. *ccam Felici.* In iis varietatem lectionis noto hanc:

[1] COLLEG · ADF Urs. ed.

[2]) IVNONI in fine versus ponit id. ed. — Quae Ligorius aliter exhibet sprevi.

(praecedebant vota a. d. III nonas Ianuarias pro salute imperatoris concepta: deinde:)

a. 63 *in collegio adfuerunt Q. Tillius Sassius* I
*magister, Sulp*icius Camerinus, L. Salvius
Otho Titianus, L. Piso *L.*[1] f., Q. Volusius Saturninus,
*C. Vipstanus Ap*ronianus, C. Piso.
*is*dem co(n)s(ulibus)
Ian. 12 *pri*die idus Ianuar(ias)
*in aedem? Co*ncordiae[2] sacrificium indixit
deae Diae
Q. Tillius Sassius magister collegi fratrum Arva-
*liu*m nomine, adhibitis Q. Volusio Satur-
*ni*no, T. Sextio Africano, L. Salvio Othone
Mai 27 *Titiano* in VI k(alendas) Iun(ias) domi,
IIII k(alendas) Iun(ias) in luco et domi,
III k(alendas) Iun(ias) domi.
in collegio adfuerunt Q. Tillius Sassius
mag(ister), Q. Volusius Saturninus, T. Sextius
Africanus, L. Salvius Otho Titianus.
isdem co(n)s(ulibus)
Ian. 21 XII k(alendas) Februar(ias)
*in Capi*tolio vota soluta quae suscepe-
rant pro partu et incolumitate Poppaeae
Augustae:
Q. Tillius Sassius mag(ister) collegi[3] fratrum *Arvalium*
nomine immolavit Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vaccam *cet.*

Fragmentum tabulae marmoreae olim Romae in villa Negronia, inde anno 1791 inlatum in museum cardinalis Borgia MAR.; nunc in museo Capitolino.

Descripsi. Edidit Marini tab. XVII*b*.

Acta spectare ad a. 63 ostendit Tacitus *ann.* 15, 23: *Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit* cet. cf. comment. de votis ob causas singulares factis p. 114.

Paginae 1. [1]) PISO F lapis: inserendam esse litteram L vidit Marinius p. 122.

[2]) cf. a. 86: potest scriptum fuisse *ante aedem*, ut posteriore aetate indictio fiebat in pronao aedis Concordiae.

[3]) . . . CI lapis.

II isdem *co(n)s(ulibus)* a. 63
IIII idus *Apriles?* [1]) April 10?
magisterio Q. Tilli Sassi *collegi fratrum*
Arvalium nomine im*molavit in Capito-*
lio A. Vitellius ob ad*ventum Neronis Claudi*
Caesaris Augusti *Germanici et Poppaeae*
Augustae et Clau*diae Augustae* [2]) *Iovi b(ovem) m(arem),*
Iunoni vacc(am), Min*ervae vacc(am), Saluti pu-*
blicae vaccam, *Felicitati (?)* [3]) *vaccam,*
Spei vacc(am), Gen*io ipsius taurum, Iunoni*
Poppaeae Aug*ustae vaccam, Iunoni Claudiae*
Augustae *vaccam.*
in collegio *adfuerunt A. Vitellius,* [4]) *Sulpicius*
Camerin*us* . . . . *L. Vitel-*
lius [5]), C. Piso.
is*dem co(n)s(ulibus)*
II . . . .
magist*erio Q. Tilli Sassi collegi fratrum*
Arv*alium nomine immolavit in Capito-*
lio . . . .
au . . . .

Paginae 2. [1]) *Apriles* restituit Marinius, sed potest etiam fuisse *Martias* vel *Maias*, cum Neronem Antio revertisse traditum habeamus ante mortem filiae nuper natae, quam *quartum intra mensem* defunctam esse docet Tacitus l. c.

[2]) Augustas appellatas esse et matrem et filiam narrat idem ibd.

[3]) cum Tacitus l. c. dicat *et additae supplicationes templumque Fecunditatis*, hic quoque Fecunditatis mentio facta esse potest, ut pro *Felicitati* scribendum sit *Fecunditati.*

[4]) A. Vitellius cum immolaverit, nomen eius primo loco videtur ponendum esse inter eos qui adfuerunt.

[5]) cum nomen requiratur hominis cognomine carentis, nec A. Vitellius hoc loco memoratus esse possit, fratrem recepi L. Vitellium, quamquam in actis alibi non nominatur.

a b

a. 66 . . . . I 1

praeeunte L. Salvio Othone Iovi b(ovem) ma(rem), Iunoni vacc(am), Mi-|nervae vacc(am), Genio p(opuli) R(omani) taurum [1]). *in collegio adfuerunt M. Aponius Sa-|turninus promag(ister)* . . . .

Ian. 11 . . . . . . *A. (?)* [2]) *Vit*ellius, Q. *Post*umi*us Ga* . . . .

Isdem co(n)s(ulibus) III idus *Ianuar(ias) magisterio imperatoris |Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II p(atris) p(atriae) ante |aedem*

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum *a* et *e* anno 1867, *c* exceptis frustulis nonnullis postea adiunctis anno 1869. Litterae altae sunt mill. 10–12.

Descripsimus Bormann et ego. Edidi *a* et *e* in *Annalibus Inst. arch.* 1867 p. 261. 262, *c* et *e* in *Relazione* p. 20 seqq. Litterarum imaginem exhibui ibd. tab. 1, 4.

Cur fragmenta supra proposita ad annum 66 referrem, has habui causas: In fragmento *c* pag. 2, 8 cum nominata sit Statilia Messallina, quam non ante annum 66 a Nerone in matrimonium ductam esse et inde colligitur quod Tacitus in libris superstitibus de ea re tacet, et ex nummo Ephesiorum (cf. index personarum), fragmentum tribui non potest anno antiquiori. Porro commemorantur Augustalia (*e* pag. 2, 33) mense Octobri celebrata, quae cum Nero decesserit mense Iunio a. 68 (cf. Eckhel 6, 267), non possunt pertinere nisi ad annum 66 vel 67. Iam vero per annum 67 fere totum imperator agebat in Graecia (cf. Sievers *Studien* p. 126–134) neque eius itineris ulla in actis mentio reperitur. At lauri et supplicationum mentio quae fit in fr. *c* p. 1, 10 seq. probabiliter referetur ad a. 66, quo cum Romam venisset Tiridates Armeniae rex, ob eam rem Nero imperator consalutatus laurea in Capitolium lata Ianum geminum clausit (Suet. *Nero* 13. 13; Dio 63, 1 seqq.; cf. etiam Sievers l. c. p. 115 seqq.). Quod si verum est, quae fr. *c* pag. 1, 2 et pag. 2, 22 videntur commemorari *detecta nefariorum consilia*, ad Vinicianam coniurationem spectant Beneventi detectam (Suet. *Ner.* 36), vota autem propter valetudinem concepta (fr. *g* et *h*) componi poterunt cum iis quae de catarrho Neronis ad annum 66 tradit Philostratus vit. Apoll 4, 44. Quae denique pro reditu imperatoris facta esse dicuntur sive vota sive sacrificia, ea commode referentur ad iter in Graeciam a. 66 susceptum (fr. *c* pag. 2, 27 seqq.; cf. Dio 63, 8).

Paginae 1. *a b* [1]) taurus qui immolatur vel Genio populi Romani principisve vel Marti ultori, cum in votis annuis a. d. III nonas Ianuarias sacrificari non soleat, caput hoc referendum est ad sacra ob causam singularem extra ordinem facta.

[2]) vel *L.*

*Concordiae M. Apon*ius Satur*ninus promagister sacrificium deae Diae in-* |*dixit*[2]) *cet.* a. 66

c

isdem co(n)s(ulibus) . . . . magisterio imperatoris Neronis Claudi Cae- |*s(aris) Aug(usti) II patris patriae M. Aponius* *Saturninus promagister collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit* |*in Capitolio ob* detecta *nefariorum consilia Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae* |*vacc(am), M*arti *taurum, Provi*dentiae *vacc(am) . . . .* eod*em d*ie sacratissi- *mi principis Genio taurum (?) . . . . vacc*(am), Hon*o*ri vac- |c(am), Aeterni- *tati imperi vacc(am)*[1]) *. . . . . in collegio ad*fuerunt |M. Aponius Sa- *turninus promagister . . . . Q. Till*ius Sassius, L. Sal- |vius Otho *Titianus . . . . isdem co(n)s(ulibus) . . . . . .* |*. . ma*gisterio imperatoris *Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae collegium fratrum* |*Arvalium manda*vit L. Salvio Othoni Titian(o), *ut vice promagistri M. Aponi Saturnini collegi fratrum Arvalium nomine* |*immolare*t in Capitolio ob laurum *imperatoris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici) Iovi b(ovem)* |*m(arem), Iunoni vacc*(am), Minervae vacc(am), Iovi *victori b(ovem) m(arem) . . . .* vacc(am), Paci |vacc(am), ante arcum *Iani gemini (?) . . . .* in col- |legio adfuerunt *L. Salvius Otho Titianus, T. Sextius Africanus, Q. Tillius Sassius, . . .* |*. . . . . . C. V*ipstanus Apronianus, *. . . . . isdem co(n)s(ulibus) . . . . magis*terio |imperatoris *Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae collegium fratrum* |*Arvalium manda*vit L. Salvio Othoni Titiano, *ut vice promagistri M. Aponi Saturnini collegi fratrum Arvalium nomine* |*immolaret in* Capitolio ob supplica-

---

[2]) de supplementis non satis constat. Verba *magisterio* cet., quae praemisi propterea, quod per totam hanc tabulam ea videntur initio capitum scripta fuisse, obstant, quominus acta haec eodem modo concepta fuerint quo acta huius aetatis plurima, nec verbis *adstantibus* cet. spatium sufficit, cum iam altero versu capitis nomen extet promagistri nominativo positum. — Titulos imperatoris qui sunt *(magistri) II patris patriae* desumpsi ex fr. *g* v. 7, ubi deest nomen *Germanici*.

c [1]) cum *pag.* 2, 20 seqq. denuo videantur commemorari *detecta nefariorum consilia*, posui hoc loco vota eam ob causam suscepta dici, postea soluta. De verbis parum constat.

a. 66 *tiones a senatu decretas Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Mi- |nervae vacc*(am), Felicitati vacc(am), Clemen- *tiae vacc(am), ... in coll*egio adfuerunt L. |Salvius *Otho Titianus, C. Vipstanus Apronianus, ... |T.* Sextius Africanus, Q. *Tillius Sassius*[2]). *isdem co(n)s(ulibus) . . . . piaculum factum* ob |arborem, quae ceci- *derat in luco deae Diae, per kalatorem et publicos porcam et agnam* |opimam. Isdem co(n)s(ulibus) . . . . . . *magisterio imperatoris Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris |patriae promag(ister) M.* Aponius Saturnin(us) *collegi fratrum Arvalium nomine ob . . . . imm*olavit in Capi- *tolio et in templo divi Augusti novo Iovi bovem marem, Iunoni* vacc(am), |Minerv(ae) *vacc(am), divo Augusto b(ovem) m(arem), divae Augustae vacc(am), divo |Claudio b(ovem) m(arem), divae Clau*diae virgini *vacc(am), divae Poppaeae Augustae vacc(am), Genio imp(eratoris) Ne- |ronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germani*ci taurum, *Iunoni Messallinae vacc(am). in collegio adfuerunt M. Aponius Satur- |ni*nus, C. *Vipstanus Apronianus . . . .* us *cet.*

g h

. . . . ui . . . .
. . . . m. Sex . . . .
. . . . b(ovem) m(arem), Vict*oriae vacc(am)* . . . . |. . . . . .
. . . . *G*enio ipsius tau*rum. in collegio adf*uerunt *M. Aponius |Saturninus,*
*C. Vipstanus Apron*ianus, Q. Tillius S*assius*, ... *Q. |Postu*mius Cai[1]) . . . .
. . . . *A. (L?) Vi*tellius. isdem *co(n)s(ulibus)* . . . . . . *M*aias *magisterio Neronis Claudi* Caesaris Aug(usti) II pa*tris patriae proma- |*gister M. *Aponius Saturninus*

---

[2]) duo quae praecedunt capita ad adventum Tiridatis in urbem rettuli; cf. supra et p. 78.79. Supplementa magnam partem incerta sunt. Cum autem L. Salvius Otho Titianus v. 19 primo loco nominetur inter eos qui adfuerunt, manifestum est vice eum functum esse aut promagistri M. Aponii Saturnini aut magistri. Iam vero cum nomen Othonis bis dativo positum impediat quominus tamquam *praeeuntem* credamus eum laudatum esse, cum verbo praecedenti (. . *vit*, ... *t*) id coniunxi. — Pro *arcu Iani gemini* potest etiam commemoratus fuisse arcus medio Capitolini montis positus, de quo Tac. ann. 15, 18.

gh paginae prioris fuisse et hoc fere loco ponenda esse dies demonstrat . . . . . *M*]*aias* (e v. 6). De capite priore nimis mutilo nihil certi affirmare licet, alterum supra observavi referri posse ad catarrhum Neronis.

[1]) vel *Cae* vel *Cal*

I 8 *praeeunte L. Salvio Othone* Titiano propter . . . . *et valet*u- a. 66
|dinem *Caesaris Augusti*[2])
vota nuncupavit in Capitolio.

c

II 1 adfuerunt L. Sal*vius Otho Titianus*, ...
|*C. Vipstanus*
Apronianus, Q. P*ostumius Ca* . . . .
|*isdem co(n)s(ulibus)* . . . . . .
magisterio impera*toris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris pa-*
|*triae promagister M. Aponius Saturni-*
nus collegi fratr*um Arvalium nomine immolavit* . . . .
|. . . *ob lau-*
rum[1]) imperatoris *Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici) in*
|*templo divi Augusti*
novo divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), *divae Augustae vacc(am), divo*
|*Claudio b(ovem) m(arem), divae Claudiae virgini vacc(am),*
divae Poppaeae Augustae v*acc(am), Genio imp(eratoris) Neronis Claudi*
|*Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici) taurum, Iunoni*
Messallinae vacc(am). *isdem co(n)s(ulibus)* . . . . *magisterio impe-*
ratoris Neronis C*laudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae promagister*
|*M. Aponius Saturninus collegi fra-*
trum Arvalium n*omine* . . . . *prae-*
eunte L. Salvio Oth*one Titiano*[2]). *isdem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas)*
|*Iun(ias) fratres Arvales*
ad sacrificium co*nsummandum deae Diae cenarunt*[3]). *adfuerunt M. Apo-*
|*nius Saturninus*
promagister, L. *Salvius Otho Titianus* . . . .
|. . . . .

---

[2]) supplementum *c[atarrhi]*, de quo cogitavi, improbandum erat, quod deesse non potest nomen eius qui morbo affectus erat, spatium autem inter verba *[valet]udinem* et *[C]apitolio* nimis angustum est quam quod tot nomina capiat. Ipsum quod inserui supplementum *Caesaris Augusti* dubitans proposui, cum nominibus suis omnibus in hac tabula Nero appellari fere soleat, quamquam nomen certe Claudii omittitur etiam *pag.* 2 *f*, 7.

Paginae 2. *c* [1]) Cum sacrum ob lauream a Nerone in Capitolium latam hoc loco fiat in templo novo, antea (pag. 1, 10) in Capitolio, explicatur, cur diebus duobus sacrificatum sit pro eadem re, si quidem utroque loco de triumpho agi recte coniecimus.

[2]) de sacro hoc nihil constat.

[3]) turbatus esse videtur non minus ordo sacrorum quam ipsa dierum indicatio. Quae enim XIII kalendas Iulias dicuntur evenisse, ea plane respondent sacris die altero in luco celebratis: proponenda igitur erant ante consummationem sacri die XIII kalendas Iunias factam, pro dieque *XIII kalendas Iulias* scribendus dies *XIIII kalendas Iunias*. Quod si quis audacius crediderit emendatum esse, ei aut statuendum est sacrum Arvalium in luco faciendum ob causam quandam singularem ad diem usque XIII kalendas Iulias dilatum, aut sacrum quoddam extra ordinem plane similiter celebratum esse.

a. 66 isdem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas) Iul(ias) *magisterio imperatoris Ne-*
Iun. 19 |*ronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae promagister M.*
Aponius Saturnin*us collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in luco*
|*ad aram*
porcas piaculare*s, deinde vaccam deae Diae; inde in aede sacrificio*
|*facto immolavit*
deae Diae agnam o*pimam, quo perfecto sacrificio e carceribus rici-*
|*niatus coronatus*
signum quadrigi*s et desultoribus misit*[3]. *in collegio adfuerunt M. Apo-*
|*nius Saturninus*
promagister, L. Sal*vius Otho Titianus,* . . . .
M. Arruntio *Aquila,* . . . . *co(n)s(ulibus)*
| . . . .
reddito sacrificio *quod* . . . . *fratres Arvales voverant ob detecta*
|*nefariorum con-*
silia,[4] magisteri*o imperatoris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II*
|*patris patriae promagister M. Aponius Satur-*
ninus collegi fra*trum Arvalium nomine immolavit in Capitolio Iovi b(o-*
|*vem) m(arem), Iunoni*
vacc(am), Minervae vacc*(am)* . . . . *Pro-*
videntiae vacc(am), M*arti taurum* . . . .
in collegio adfueru*nt M. Aponius Saturninus promagister* . . . .
| . . . .
Sept. 25 isdem co(n)s(ulibus) VII k(alendas) Oc*tobr(es) magisterio imperatoris Ne-*
|*ronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae*
promagister M. *Aponius Saturninus collegi fratrum Arvalium nomine*
|*vota nuncupavit in Capitolio pro salute*
et reditu impera*toris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici)*
|*et Messallinae coniugis eius. in collegio adfuerunt*
e
M. Aponius Saturni*nus promagister* . . . . *isdem*
Oct. 12 |*co(n)s(ulibus) IIII idus Octobr(es)*
*ma*gisterio impe*ratoris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris*
|*patriae promagister M. Aponius*
Saturninus co*llegi fratrum Arvalium nomine immolavit in templo novo ob Au-*
gustalia divo Au*gusto b(ovem) m(arem), divae Augustae vacc(am), divo*
|*Claudio b(ovem) m(arem), divae Claudiae*
virgini vacc(am), div*ae Poppaeae Aug(ustae) vacc(am)*[5]. *in collegio ad-*
|*fuerunt M. Aponius Saturninus*
*pro*magister, C. V*ipstanus Apronianus* . . . . *is-*
|*dem co(n)s(ulibus) III idus*

[4]) cf. *pag.* 1 c, 1.

e [5]) cf. comment. de sacrificio ob Augustalia facto p 50.

f

Octobr(es)[6] magis*terio Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris |patriae promagister M. Aponius Saturni*- a. 66 Oct. 13
nus *collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob imperium |imperatoris Nero*-
nis Caesa*ris*[7] *Aug(usti) Germ(anici) Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vac-|c(am), Minervae vacc(am), Felicitati publicae vacc(am),*
in tem*plo novo divo Augusto b(ovem) m(arem), divae Augustae vacc(am), |divo Claudio b(ovem) m(arem), divae Claudiae*
vir*gini vacc(am), divae Poppaeae Aug(ustae) vacc(am) cet.*

Accedunt fragmenta haec exigua quae certo loco collocari non potuerunt:

i

. . . . nis m . . . .
*promagi*ster . . . . . .
Caes*aris*

k

Iun*oni vacc(am)* . . . .
colle*gi?* . . . .
sia I

l

. . . . i . . . .
. . . . po . . . .

m

. . . oc . . . .
. . . i . . . .

---

[6]) agi hoc loco de sacro ob imperium Neronis facto ostendunt collata acta a. 58 et 59.

[7]) nota omissum nomen Claudi: cf. ad *gh*, 1.

NERONIS A.

item in foro *Augusto Marti ultori taurum, Genio ipsius taurum. in collegio adfuer(unt) Otho Titianus (pro)mag(ister), M. Raecius* Taurus [1]) . . . . *isdem co(n)s(ulibus)* . . . . *L. Salvius Otho Titianus (pro)mag(ister) collegi fratr(um)* Arval(ium) nomin*e immolavit* . . . . *in collegio adfuer(unt) Otho* Titianus[2]) *(pro)mag(ister)* . . . . *isdem co(n)s(ulibus)* . . . . *L. Salvius Otho Titianus (pro)mag(ister) collegi fratr(um) Arval(ium)* nomine *immolavit* . . . . *in collegio a*dfuer(unt) Ot*ho Titianus*[3]) *(pro)mag(ister)* . . . . *isdem co(n)s(ulibus)* . . . . . . C. Vipstan*us Apronianus (pro)mag(ister) collegi fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitolio ob (?)* . . . . *Iovi b(ovem) m(arem), Iuno*n(i) vac(cam), M*inervae vac(cam)* . . . . *in collegio adfuerunt C. Vipstanus Apronianus (pro)magister* . . . . M. Otho . . . . . .

Fragmentum nescio ubi repertum, quod extabat in museo Borgiano (MAR.), nunc in museo publico Neapolitano (MOMMS. FIOR.). Litterae altae mill. circiter 10.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Exhibent Marini *Arv.* tab. XXI; inscriptiones vet. quae in R. Museo Borbonico adservantur 1 n. 117; Fiorelli *catal.* 64; cf. Mommsen I. N. p. XXII.

Litterarum formae similes actorum a. 58 ad hanc fere aetatem revocant fragmentum nimis exiguum quam quod plene restitui possit. Praesedisse sacris faciendis Otho Titianus videtur, quod v. 6 primus inter praesentes nominatur, quamquam in capite sequenti (vv. 7 seqq.) dubitari nequit quin Vipstanus Apronianus loco eius commemoratus sit, cum nomina eorum qui adfuerunt ibi scripta fuisse propter spatii angustiam incredibile sit. Anno autem 58, quo Otho Titianus magisterio functus est, fragmentum tribui non potest, quod sacrificia itemque elenchi eorum, qui adfuerunt, in actis a. 58 singulis capitibus comprehenduntur, hic autem sacra omnia continua scriptura exarata inveniuntur. Nec de ipsis sacris quiquam affirmare licet nisi sacrificia fuisse extra ordinem facta. Quod de capite primo confirmatur mentione fori Augusti, in quo hac certe aetate non immolatur nisi pro salute principis. De singulis restituendis annoto haec:

[1]) suppleri non potest [*Genio ipsi*]*us tauru*[*m*], cum deesse non possint nomina eorum qui adfuerunt, ipso autem versu sequenti iam de alio sacro agi verba significent [*A*]*rval(ium) nom(ine)*.

[2]) *Titianum* ne hoc loco habeamus pro nomine eius qui immolavit, obstat quod nec deesse possunt nomina eorum qui adfuerunt, nec facile nomen illud coniungitur cum verbis quae sequuntur [*collegi fratrum Arvalium*] *nomine*; quae nomen sacrificantis proxime secuta sint necesse est.

[3]) nota omissa nomina L. Salvii, ut Otho, qui deinde imperavit, postea *M. Otho* simpliciter dicitur.

NERONIS B.

isdem co(n)s(ulibus) pridie (?)[1]*) id(us) Ianuar(ias) in aede Concordiae*[2]*) adstantibus fratribus Arvalibus magisterio*[3]*) . . . .*
. . promagistro
L. Salvio Othone Titiano
sacrificium in*dictum*
*deae D*iae.
XVI k(alendas) Iun(ias) domi — Mai 17
XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco et domi — - 19
XIII k(alendas Iun(ias) domi. — - 20
in colle*g*io adfuerunt
L. Salvius Otho Titianus,
A. Vitellius, Q. Tillius
Sassius.
isdem co(n)s(ulibus)
V k(alendas) Mart(ias) — Febr. 25
L. Salvius Otho *Titianus pro-*
mag(ister) collegii fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob
adoptionem Neronis Claudi Caesaris Augusti Germanici cet.
(cf. a. 59).

Fragmentum inter Ursiniana effossum in luco Arvalium (VRS.) posteaque apud Farnesios servatum (MAR.). Nunc extat in museo Neapolitano MOMMS. FIOR. Litterae altae mill. 10.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Edd. Ursinus *ad Caton. cet.* p. 218, 9 (inde Grut. 120, 1); Marini *Arv.* tab. XVIII; inscript. vet. quae in R. Museo Borbonico adservantur 1 n. 115; Fiorelli *catal.* 62; cf. Mommsen *I. N.* p. XXII.

Litterae plane similes actorum a. 59 eiusdem fere aetatis esse fragmentum ostendunt. Iam vero neque esse potest a. 59, cum in actis huius anni servata sit indictio sacri deae Diae, nec anni 60 propter differentiam et formae litterarum et nominum eorum, qui inter adstantes commemorantur. Itaque cum anno aut 61 aut 62 frustulum tribuendum sit, magis retulerim ad hunc; nam sub Nerone sacrum Arvalium annis imparibus epochae Varronianae semper videtur diebus XVI XIIII XIII kalendas Iunias celebratum esse (cf. p. 3): annus autem 62 est 815 calculi Varroniani.

[1]) vel *III* vel *IV*.

[2]) indictio sacri cum facta sit in Pantheo anno 59, in aede vel ante aedem Concordiae anno 63, de supplemento non constat.

[3]) Salvius Otho Titianus, qui indixit sacrum, non videtur fuisse magister, quia ubi paullo post inter eos commemoratur qui adfuerunt, ibi magistri titulo caret.

NERONIS C.

. . . . co(n)s(ulibus) III non(as) Ianuar(ias) magisterio illius . . (pro)magistro illo collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupaverunt pro salute Neronis Claudi divi Claudi f(ili), Germanici Caes(aris) n(epotis), Ti. Caesaris Aug(usti) pron(epotis), divi Aug(usti) abn(epotis) Caesaris |Aug(usti) Germanici pont(ificis) max(imi), trib(unicia) pot(estate) . . ., imp(eratoris) |. . co(n)s(ulis) IIII, et Octaviae[1]) coniugis eius, victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolverunt et in proximum annum nuncupaverunt praeeunte . . . . in ea verba quae infra scripta sunt, Iovi b(oves) m(ares) II, Iunoni vaccas II, Minervae vaccas II, Saluti publicae vaccas II, et ante templum novom divo Augusto b(oves) m(a- |res II cet.

Fragmentum effossum in vinea Ceccarelliorum anno 1867: litterae altae circiter mill. 12.

Descripsi et edidi in Ann. Inst. arch. 1867 p. 259.

Consulatus quartus cum ostendat neque ante a. 60 nec post a. 67 fragmentum exaratum esse, exemptis annis et 60, cuius acta habemus, et 66, cuius initio Nero defuncta Poppaea Messallina nondum ducta sine uxore erat, restant anni 61 62 63 64 65 67, quibus vota haec possunt nuncupata esse. E quibus propter similitudinem litterarum fragmenti huius actorumque a. 58 magis placent priores.

[1]) vel *Poppaeae*.

NERONIS D.

*Nero Claudius divi Clau*di f(ilius) *Caesar Aug(ustus) cet.*

Fragmentum effossum a. 1869 in vinea Ceccarelliorum, litteris altis mill. 30–40. Descripsi.

GALBA. OTHO. VITELLIUS.

a. 69 Ser. Galba imperatore Caesare Aug(usto) II, T. Vinio Rufino |co(n)s(ulibus) I

a

Ian. 1 k(alendis) Ianuar(iis)

magisterio Ser. Galbae imp(eratoris) Caes(aris) Aug(usti), promag(ister) |L. Salvius Otho Titianus collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob co(n)s(ulatum) |Ser. Galbae imp(eratoris) Caes(aris) Aug(usti) [1]) cet. (cf. a. 60) . . . . |. . . . .

. . . .

Ian. 3 isdem co(n)s(ulibus) III non(as) Ian(uarias) magisterio Ser. Galbae imp(eratoris) Caesaris Augusti, promag(istro) L. Salvio Othone Titiano, col-

b legi [2]) fratrum Arvalium nomine vota nuncupaverunt pro salute

c Ser. Galbae imp(eratoris) Caes(aris) Aug(usti) pont(ificis) max(imi) tri- |bunic(ia) potest(ate) victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum nuncupavit (sic) praeeunte L. Salvio Othone Titiano promag(istro) in ea verba quae infra scripta sunt: Iovi b(ovem) |m(arem), Iunoni

d vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti vacc(am); in templo novo divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio |b(ovem) m(arem). in collegio adfuerunt L. Salvius Otho Titia. Titianus (sic), M. Raecius [3]) Taurus, L. Maecius |Postum(us).

Fragmenta plurima tabularum duarum anni 69, effossa in vinea Ceccarelliorum annis 1867. 1868. 1869. 1870. 1871, excepto fragmento parvulo *e*, servato olim in museo cardinalis Alexandri Albani (MVR.), unde inlatum est in museum Capitolinum (GVASC.) ibique hodie servatur. Litterae altae mill. 8—9½ parum pulchrae: cf. *Relazione* tab. 1,5.

Fragmenta descripsimus omnia Bormann et ego. — Edidi ex tabula I partem fragmenti *b* (14—22), ex tabula II partes fragmentorum *a* (2—9; 9—12) et *b* (2—4) in Ann. inst. arch. 1867 pp. 265. 274. 279; easdem denuo edidi in *Relazione* p. 27, ubi praeterea proposui I *b* vv. 8—12 et *g* partem versuum 79—88, II *a b d*; litterarum specimen dedi ibidem tab. 1, 5. — I *e* edd. Muratorius 586, 2, cui describendum curavit Bianchinius; Guasco *M. C.* 79; Marini *Arv.* tab. XX. Totam tab. I edidi in *Bull. inst. arch.* 1869 p. 92 seqq. exceptis fragmentis exiguo, quo nomen continetur T. Vinii, alteroque in vv. 39—47 inserto.

Tab. I. [1]) kalendis Ianuariis ob processum consularem imperatorum, cum fasces accepissent, immolari solebat; cf. a. 60 et p. 69.

[2]) male olim scripsi *Titiano co[s]* (cf. *Relazione* pag. 29 et 33); errorem correxi in *Bull.* l. c.

[3]) de nomine nunc constat ex v. 40.

I 17 isdem *co(n)s(ulibus)* VI i*dus Ian(uarias) in a*edem Concordiae, a. 69
asta*ntibus* f*ratribus Arvalibus*, *mag(isterio) Ser.* Galbae imp(eratoris) |Caesaris Ian. 8
Aug(usti), *promag(istro) L.* Sal*vio Othone* Titia*no*, *c*ollegi fratrum Ar- |val(ium)
*nomin*e *s*a*crificium deae Diae in*dictum, *p*raeeunte L. Maecio Postumo: e
VI k(alendas) Iun(ias) do*mi*, *IIII k(alendas) Iun(ias)* in luco et domi, |III k(alendas) Iun(ias) domi. Mai 27. 29 30
*in collegi*o adfuerunt *L. Salvius O*tho Titianus, Q. Tillius Sassius,
*M. Ra*ecius Taurus, *L. Maecius P*ostumus.
*isd*em co(n)s(ulibus) IIII idus I*an(uarias)* adoptio facta L. Li- |*ciniani* [4])
*magister*io Ser. Galbae imp(eratoris) Caesaris Aug(usti), prom*ag(istro)* |*L. Salvio*
*Othone Titi*ano, colleg(i) fr*atrum A*rval(ium) nom(ine) im*molatum in*
*Capitolio ob a*doptione*m Ser. Sulpici Gal*bae *C*a*esaris* [5]) *Iovi b(ovem)* |*m(arem)*,
Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti publicae p(opuli) R(omani) (?) |*vacc(am)*
. . . . Provi- f
dentiae vacc(am), ... *vacc*(am), |Securi-
tati vacc(am), ... *Genio ipsi*us taurum
. . . . |. . . imp.
(interciderunt versus plures: deinde videtur scriptum fuisse fere sic:)
XVII (?) k(alendas) Febr(uarias) [6]) *mag(isterio) imp(eratoris) M. Othonis* |*Caesaris Aug(usti) II, promag(ister) L. Salvius* Ian. 16? g
Otho Titianus coll(egi) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitolio
ob imperium imp(eratoris) Othonis Caesaris Aug(usti) Iovi b(ovem) m(arem), |*Iunoni vacc(am), Minervae*
vacc(am), Vic*t*oriae vacc(am), Sa*l*uti *vacc(am), Felicitati vacc(am), Marti* |*ultori t*aur(um),
Genio ips(ius) taur(um). in collegio adfuer(unt) L. Salvius Otho Titian(us),
L. Vitel//// [7]) L. f(ilius), L. Maecius Postumus, M. Raecius Taurus.

---

[4]) de restituendo nomine Liciniani cf. comment. de sacrificiis ob causas singulares factis p. 79.

[5]) de nomine Caesaris indito Pisoni, cum adoptaretur, cf. Tac. *hist.* 1, 19.

[6]) quamquam dies XVIII kalendas Februarias, quo Galba occisus est (Tac. l. c. 27 seqq.), vere dies imperii Othonis habendus est, Arvales pro eo posui immolasse die insequenti; incredibile enim sacrum pro imperio factum in acta relatum non esse, cum cetera sacra celebrata ob novas dignitates imperatori collatas perscripta sint omnia.

[7]) nomen L. Vitelli fratris imperatoris, cum huius nomen deleretur, neglegentia scalptoris et ipsum abrasum est: ex parte tamen adhuc legitur, ut in iis

a. 69 Ian. 26 VII k(alendas) Febr(uarias) [8]) mag(ister) imp(erator) Otho |Caesar Aug(ustus) II, promag(ister) L. Salvius Otho Titianus coll(egi) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitolio ob comitia consularia imp(eratoris) Othonis Caesar(is) Aug(usti) Iovi b(ovem) m(arem), I*u*noni vacc(am), Miner(vae) vacc(am), Gen(io) |ips(ius) tau(rum). in collegio adfuer(unt) L. S*al*vius Otho Titianus.

Imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto), L. Salvio Othone |Titiano II co(n)s(ulibus)

Ian. 30 III k(alendas) Febr(uarias) mag(istro) imp(eratore) M. Othone |Caesare Aug(usto) [9]), promag(istro) L. Salvio Othone Titiano, colleg(i) fratrum *A*rval(ium) nomine immolavit in *Cap*itolio ob vota nuncupata pro salute imp(eratoris) M. Othonis Caesari*s* *A*ug(usti) in annum proximum in III non(as) Ia|nuar(ias) Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti p(u|blicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio |b(ovem) m(arem). in colleg(io) adfuerunt L. Salvius Otho Titianus, L. Maecius Postumus, P. Valerius M*a*rinus, M. Raecius Taurus, L. Vitellius [7]).

Febr. 26 isdem co(n)s(ulibus) IIII |k(alendas) Ma*rt(ias)* in aede divi Iuli, astantibus fratrib(us) Arval(ibus) cooptat(us) est in lo|cum *Ser. Sulpici* Galbae [10]) L. Tampius Flavianus mag(isterio) imp(eratoris) M. |Othonis Caesaris *Aug(usti) II, pro*mag(istro) L. Salvio Othone Titiano. in colleg(io) adfuer(unt) Otho |Titianus, P. V*aleri*us Marinus, L. /////////.

Febr. 28 isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) k(alendas) |Mart(ias) mag(isterio) imp(eratoris) M. Othonis Caesaris Aug(usti) II, promag(istro) L. Salvio |Othone Titiano, colleg(i) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitolio ob comit(ia) trib(uniciae) |pot(estatis) imp(eratoris) Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti vacc(am), Victoriae vac|c(am), Genio p(opuli) R(omani) taur(um),

---

quoque quae sequuntur elementa quaedam ex nomine Vitellii imperatoris residua in lituris apparent.

8) omissus est consulatus propterea, quod fasces Othonis in actis commemorari on poterant, antequam in comitiis renuntiatus esset: cf. *Bull.* l. c. p. 97, et p. 66.

9) omissa est nota magisterii iterati.

10) nota Galbam omisso titulo imperatoris ut privatum commemorari.

Gen(io) ips(ius) taur(um). in colleg(io) adf(uerunt) Otho Titianus, Mae- a. 69
|cius Postumus, Valer(ius) Marin(us), *///////*[11])
L. Verginio Rufo II, L. Pompeio Vopisco[12]) co(n)s(ulibus) k(a-
|lendis) Mart(iis) mag(isterio) Mart. 1
imp(eratoris) M. Otho*n*is Caesaris Aug(usti) II, promag(istro) L. Salvio
|Othone Titiano, colleg(i) frat(rum)
Arval(ium) nomine immol(avit) in Capitolio ob laurum positam Iovi
|b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am),
Minervae vacc(am), Salut*i* vacc(am), Victoriae vacc(am), Marti taur(um),
|Gen(io) ips(ius) taur(um). in coll(egio) adf(uerunt)
Otho Titianus, L. V*///////*s, L. Maecius Postumus, P. Valerius Marinus.
Isdem co(n)s(ulibus) III non(as) Mart(ias) mag(isterio) imp(era- Mart. 5
|toris) M. Otho*n*is Caesaris Aug(usti) II,
promag(istro) Othone Titiano, coll(egi) fratr(um) Ar*va*l(ium) *no*mi*ne*
|immolavit in
Capitolio ob comitia sacerdotior(um) imp(eratoris) O*t*honis Aug(usti)
|Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am),
Minervae vacc(am), Gen(io) ips(ius) taur(um). in collegio adf(uerunt)
|Otho Titianus, P. Valer(ius) Mari(nus).
Isdem co(n)s(ulibus) VII idus Mart(ias) mag(isterio) M. Othonis Mart. 9
|Caesaris Aug(usti)[9]), promag(istro)
Othone T*i*tiano, colleg(i) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in
|Capitolio ob
comitia pontif(icatus) max(imi) Othonis Aug(usti) Iovi b(ovem) m(arem),
|Iun(oni) vacc(am), Minerv(ae) vacc(am), deae
Diae vacc(am), Gen(io) ips(ius) taur(um). i*n* coll(egio) adf(uerunt) Otho
|Titianus, Otho Aug(ustus), P. Valerius Marin(us),
L. Maecius Postumus, *//////////*. isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) Mart. 14
|idus Mart(ias)
vota numcupata *(sic)* pro s*al*ute et reditu *///////* Germanici[13]) imp(eratoris),
|praeeunte L. Maecio
Postumo, mag(isterio) *///////* Germanici[13]) imp(eratoris), promag(istro)
|Maecio Postumo, coll(egi) fra(trum)
Arval(ium) nomine Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae)
|vacc(am), Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo
|Aug(usto) b(ovem) m(arem),
divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem). in colleg(io)
|adf(uerunt) L. Maecius Postumus.

---

[11]) nomen abrasum quamquam spatium quod vacat excedit, videtur fuisse L. Vitellii, potest enim coartatum fuisse ut in fine versus et capitis.

[12]) Borghesium *(fasti ined.* et *opp.* 5 p. 524) Vopisco parum recte consulatum alterum tribuisse hinc apparet.

[13]) de nomine Vitellii in acta relato loco nominis Othonis cf. comm. ad vota ob causas singulares extra ordinem facta p. 115.

a. 69 T. Flavio *Sab*ino, Cn. Aruleno Caelio Sabino co(n)s(ulibus)

April. 30 |pr(idie) k(alendas) Maias ob comitia trib(uniciae) pot(estatis) /////// Germanici imp(eratoris), promag(istro) |L. Maccio Postumo coll(egi) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitol(io) Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vac|c(am), Min(ervae) vacc(am), Saluti vacc(am), Gen(io) ipsius taur(um). in coll(egio) adf(uerunt) Maccius Postumus. Isdem

Mai 1 |co(n)s(ulibus) k(alendis) Mai(s)

April. 19 ob diem imperi /////// German(ici) imp(eratoris), quod XIII k(alendas) |Mai(as) statut(um) est[14], mag(isterio) Vitelli[15]) Germ(anici) imp(eratoris), promag(istro) L. Maccio Postumo, coll(egi) frat(rum) Ar|val(ium) nomine immol(avit) in Capitolio Iovi b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Iovi |vict(ori) b(ovem) m(arem), Saluti vacc(am), Felicitat(i) vacc(am), |Gen(io) p(opuli) R(omani) taur(um), in foro Aug(usti) Marti ultori taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um). in col|l(egio) adfuer(unt) L. Maccius Postumus.

(exit tabula prior)

a b c d e

. . . . *luco* coi*nquendi?*[1]) . . . .
. . . . cicat. primu[2]) . . . . . *pro* salute et a*dventu*[3]) *Vitelli Germanici imp(eratoris) mag(isterio)* /////// German(ici) imp(eratoris), |prom*a*g(istro) L. Maccio Postumo, no*mine coll(egi) fratrum Arvalium immol(avit) in* Capitol(io) Iovi *b(ovem) m(arem),* |Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) *v*acc(am), Iov(i) victori[4]), Sa|*luti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), Felicitati vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taur(um), in foro August*i |Marti ul*tori* taur(um), Gen(io) ipsiu*s t*aur(um). in coll(egio) |ad(fuerunt) Ma*ecius Postumus.*

---

[14]) de die imperii Vitellii cf. Tac. *hist.* 2, 55 et comment. ad sacra ob imperium facta p. 64.

[15]) nomen abrasum est ita, ut litterarum partes superiores servatae sint.

Tab. II. [1]) litterarum reliquiae quamquam hoc unum supplementum recipere videntur, id non proposui nisi dubitans, cum secundus dies sacri deae Diae hic descriptus fuisse nequeat, in actis autem luci coinquendi mentio non fiat nisi illo die.

[2]) litterae quamvis certae quo modo intellegendae sint non perspicio; nomen enim aliquod ut est *Cat(ius) Primu*[*s*], eo excludi videtur, quod unus Maecius Postumus etiamtum pergit pro collegio agere.

[3]) de littera A quamquam non plane constat, cum particula superstes non minus bene ad litteras M et S videatur referri posse, dimidiatae tamen litterae quae praecedunt vocabulum *salute* claro indicant: cf. praeterea *Relazione* p. 31.

[4]) nota omissam mentionem victimae.

II 6 isd*em co(n)s(ulibus) IIII k(alendas)* Iun(ias) *mag*(isterio) a. 69 Mai 29
|*//////* Ger*m(anici) i*mp(eratoris) III [5]), promag(istro) *L. Maecio* Postumo, coll*egi fratr(um) Arval(ium) nomine im*mol(avit) ad aram |dea*e Diae* porcas pia*culares II*, item vacc(am); ind*e in aede in foco sac*rificio facto im*mol(avit) de*ae |Diae *agnam opimam, quo* perfecto *sacrificio e carceri*bus riciniatus, co*ronatus* signum *quadrigis* et desul*toribus misit. in coll(egio) adf(uerunt) L.* Maecius Postumus. |*isdem* co(n)s(ulibus) III non(as) Iu*n(ias)* [6]) Iun 5
*mag(isterio) Vitelli Germanici imp(eratoris) III, pro*mag(istro) L. Maecio |Postumo, *coll(egi) fra*tr(um) Arval(ium) nomine *immol(avit) in Capitolio ob nata*lem Galeriae Germanici *imp(eratoris) III* |*A*ug(usti) [7]) Iovi b(ovem) m(arem), Iun(oni) *vacc(am), Minerva$_e$ vacc(am)*, *Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am)*, Concord(iae) |vacc(am), Gen(io) ips(ius) tauru*m. in coll(egio) adf(uerunt) L.* |*Maeciu*s Postum*us. isdem co(n)s(ulibus)* . . . *Iun(ias? Iulias?)* [8]) *in luco deae Diae p*iaclum factum per calato|*rem et publicos coll(egi) fratr(um) Arval(ium) ob* . . . . m(? a?) faction (is? e?) Venet(ae? a?) porcam |et a*gnam op*i*mam. isdem co(n)s(ulibus)* . . . . *Iun(ias?* |*Iulias?)* [8]) *ob* . . . . mag(isterio) *//////* imp(eratoris) III, promag(istro) |C [9]) . . . . *coll(egi) fratr(um) Arval(ium)*

---

[5]) Vitellius, cum antea non appelletur nisi *imperator*, ab hoc inde tempore dicitur *imperator tertium*, fortasse ob victoriam a legatis de Othone reportatam: quamquam id proelium iam mense Aprili factum esse constat.

[6]) scribendum esse *Iunias* sequitur inde, quod si de Iulio mense sermo esset, novi consules commemorandi erant, angustus vero hiatus non admittit nisi vocem *isdem*. Inde probabile etiam Sabinos Caelium et Flavium non deposuisse ante diem a Galba determinatum; cf. *Ephem. epigr.* I p. 191.

[7]) de Vitellio narrat Suetonius (*Vit.*8): *cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusavit*; similiter Tacitus (*hist.* 1, 64): *nomen Germanici Vitellio statim additum, Caesarem se appellari etiam victor prohibuit*, et (2, 62): *praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet.* Et re vera Caesaris quidem nomen non recepit nisi diebus ruentis imperii ultimis, Augusti tamen appellatione paullo post ingressum in urbem ornatus sit necesse est, cum ineunte mense Iunio in actis Arvalium Augustus dicatur. Id quod respondet narrationi Taciti (*hist.* 2, 90), cum scribit: *abnuenti nomen Augusti expressere ut adsumeret tam frustra quam recusaverat.* Cf. etiam Eckhel 6 p. 309.

[8]) haec quoque sacra ad mensem Iunium pertinere inde constat, quod novi consules propter angustum spatium nequeunt in iis commemorati fuisse. Iam vero cum ineunte Iunio in officio manerent consules iidem, qui mense Maio fasces gesserant, solvitur ita dubitatio Mommseni *Ephem. epigr.* 1 p. 191, kalendisne Iuniis anni 69 fasces retinuerint Sabini, necne.

[9]) pro L. Maecio Postumo nota alium promagistrum factum esse, cuius non remanet nisi praenomen C . .

a. 69 *nomine immol(avit) in* Capitol(io) Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vac- II 17
|c(am), Min(ervae) vacc*(am), Iov(i) victori b(ovem) m(arem),*
|*Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am),*
in foro Aug(usti) Marti ultori taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um). in
|coll(egio) adf(uerunt) . . . .

f

. . . . . i . . . . . .
. . . . *pro* salute . . . .
. . . . *ob comi*tia . . . . . .

g

. . . . . *ob n*atalem . . . .
. . *collegi* fratr(um) *Arvalium nomine*

IMP. CAESAR VESPASIANUS AUGUSTUS.

. . . . *co(n)s(ulibus)* . . . . . . a. 70
magisterio . . . . *pro*mag(istro) Q. Tillio Sassio *collegi* |*fratrum* *a b*
*Arvalium nomine im*molavit in Capitolio ob diem *quo urbem in-*
*gressus est imperator C*aesar Vespasianus Aug(ustus), Iovi bov*em m(arem),*
*Iunoni vaccam, Mi*nervae vacc(am), Fortunae reduci *vaccam.*
*in collegio adfuer*unt Q. Tillius Sassius, C. Licinius *Mucianus?* . . .

Fragmenta effossa in vinea Ceccarelliorum *a* anno 1867, *b* anno 1868: litterae altae mill. 12.

Descripsi edidique *a* in *Annalibus Instituti archaeol.* 1867 p. 268.

Fragmenta esse anni 70 suspicatus sum propterea, quod sacrificium Fortunae reduci factum reditum videtur indicare imperatoris, cui recte convenit nomen eius nominativo positum. De triumpho autem si ageretur, Titus quoque Caesar commemoratus esset.

a. 72 *in collegio adfuerunt* . . . .
a Ti. Iulius *Candidus Marius Celsus?*
isdem co(n)s(ulibus) . . . *idus*[1] *Ianuar(ias)*
in aede *Concordiae magisterio* . . *Trebellii Maximi, promag(istro) L.*
Maecio *Postumo, adstantibus fratribus Arvalibus* . . . .
C. Vip*stano Aproniano* . . . . *collegi fratrum Arvalium nomi-*
b ne sa*crificium deae Diae in*dictum *praeeunte C. Vipstano Aproni-*
c ano (?) *in diem VI* k(alendas) Iun(ias) dom*i, IIII k(alendas) Iunias*
Mai 27. 29-30 in luc*o et domi, III k(alendas) I*unias do*mi.*
in collegio *adfuerunt* . . . . *C.* Vipstan*us Apronianus,*
L. Maec*ius Postumus,* . . . . *Q.* Tilli*us Sassius, A. Iuli-*
us Qu*adratus.* . . . . . .
d e imp(eratore) Cae*sare* Ve*spasiano Aug(usto) I*III, Tito Caesare imp(eratore) II co(n)s(ulibus)[2]
. . . . . Maias
*piacul*um factum *in lu*co deae Diae ob arborem, qua*e*
a tempestate de*ciderat*, per calatorem et publicos.
C. Licinio Mucia*no III*, T. Flavio Sabino II co(n)s(ulibus)
Mai 29 *IIII* k(alendas) Iunias
f magisterio . . Trebellii Maximi, promagistro L. Mae-
cio P*ost*umo, co*l*legi fratrum Arvalium *nomine*
*ad ara*m immo*l*avit deae Diae p*orcas piacula-*
res II, deind*e v*accam, ind*e in aede in*
g *foco sacrificio facto imm*olavit *deae Diae*
*agnam opim*am, qu*o perfecto sacrificio*
*e carceribus rici*niatus, c*oronatus signum*
quadrigis et desultori*bus* m*i*sit.[3]
in co*l*legio a*df*u*er*unt
. . . . *C.* Vipstanu*s Apro*nianus . . . .
. . . . . . *A.* Iulius *Quadrat*us . . . .

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum *a* anno 1868, *b c d* anno 1869, *e f g h* anno 1867, litteris optimis altis mill. 9—11.

Descripsimus Bormann et ego. Edidi *e f g h* in *Ann. Inst. arch.* 1867 p. 269, 275, 273, 261; composui ac restitui eadem addito fragmento *a* in *Relazione* p. 34, litterarumque imaginem dedi in tabula I n. 6.

[1]) dies reponendus videtur VI; cf. comment. de actis indictionum p. 5.

[2]) nota repetita consulum nomina, quamquam iidem sunt, qui kalendis Ianuariis inierunt.

[3]) nota versus in posterioribus capitibus minus longos.

imp(eratore) Caesare *V*espasiano Augusto VI, a. 75
Tito Caesar*e i*mp(eratore) IIII *co(n)*s(ulibus) *a b*
III n*on(as) Ianu*arias Ian. 3
*magist*er Ti. Iu*lius* C*a*ndidus *Mar*ius Ce*lsus* colleg*i* *c*
*f*ratrum Ar*vul(ium) nom(ine)* vota *nu*ncupaverunt pro salute
*imp(eratoris) V*espasiani Caesari*s Augusti p(ontificis) m(aximi) tribu-* *d*
nic(ia) potes*tate* et
*Titi Caesaris Au*g(usti) f(ili) Ves*pasiani imp(eratoris). V*ictimis inmol*atis*
*in Capitolio, qu*ae super*ioris anni magister voverat,*
persolvit et in proximum annum nuncupavit cet.
isdem co(n)s(ulibus) . . . . idus Ianuarias in aede Concordiae adstan- *e*
tibus fratribus Arvalibus magistro Ti. Iulio Candido Mario Celso collegi
fratrum Arvalium nomine sacrum indictum deae Diae praeeunte . . . .
. . . . in diem XVI kalendas Iunias Mai 17. 19. 20
domi, *XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco et domi, XIII k(alendas) Iu-*
n(ias) domi.

In co*llegio adfuerunt Ti. Iulius Candidus Marius*
Cels*us* m*agister, ... L. Maecius*
Postu*mus*, L. . . . ., *L. Pompeius Vopiscus*
C. Arrunti*us Catellius Celer.*
Is*dem co(n)s(ulibus) . . . .*
sa*crificium piaculare factum in luco deae Diae cet.*
. . . .
*in collegio adfuer*unt imp(erator) Caesa*r Vespasianus Aug(ustus),* *f*
*Caesar Vespasiani Au*g(usti) f(ilius) Domitian*us . . . .*

g . . . . ICAESAI
MAGIST

h A
M · TRI
T

Fragmenta reperta a. 1868 in vinea Ceccarelliorum, litteris vi ignis paene deletis lectu difficillimis.

Descripsit Bormann, contuli ipse: edidi *Relazione* p. 35. 36 ibique restitui *a b c d e.*

g potest fuisse aut [*im*]*p(erator) Caesar* [*Vespasianus Augustus*] cet., aut *T. Caesar* [*imperator*] cet., et in v. 2 *magist*[*er*].

h fortasse legendum est [*in collegio*] *a*[*dfuerunt imperator Caesar Vespasianus Augustus p(ontifex)*] *m(aximus) tri*[*bunicia potestate* cet. *et*] *T(itus)* [*Caesar Augusti filius Vespasianus imperator*] cet., vel similiter.

a. 77 *imp(eratore) Vespasiano Augusto VIII, Tito Caesare imp(eratore) VI co(n)-* |*s(ulibus)*

Ian. 3 *III non(as) Ianuar(ias)*

*magisterio . . . . promag(istro) P. Sa*llustio Blaeso col- |legi fra*trum*

*Arvalium nomine vota nuncupaverunt pro salute im*p(eratoris) Vespasiani |Caesaris *Augusti*

trib(unicia) pot(estate) co(n)s(ulis) VIII, et T(iti) Caesaris Aug(usti) f(ili) |*Vespasi*ani co(n)s(ulis) VI, victimis *inmolatis*

*in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolv*it, Iovi o(p- |timo) m(aximo) boves *mares duos,*

*Iunoni reginae vaccas duas, Minervae vaccas d*uas, Saluti publica*e vac-* |*cas duas, et*

in proximum annum nuncupavit, praeeunte P. Sallustio [1]) Blaeso *pro-* |*mag(istro)*

in ea verba quae infra scripta sunt cet.

In fragmento tabulae marmoreae apud Gentilem Delphinium.

Pighius Berol. f. 98, mus. f. IV; inde Mommsen *Sitzungsberichte der Sächs. Ges. der Wissensch.* 1850 p. 221.

In codice cum praemittatur . . . . DOMITIANO·IV, rettulit Mommsenus l. c. ad annum 75, quo fasces ordinarios susceperunt Vespasianus VI et T. Caesar IV, illi autem suffectus est Domitianus IV. Diem porro natalem coniecit celebrari Vespasiani Augusti, qui erat a. d. XVI kalendas Decembres. Neque tamen natali celebrando respondent victimae binae singulis numinibus immolatae, nec unquam post imperium a Flaviis susceptum natales principum in actis Arvalium inscripti sunt, ipsa autem verba ostendunt vota esse annua pro salute Vespasiani et Titi Caesaris nuncupata. Acta vero votorum annuorum anni 75 cum servata sint in fragmentis huius anni modo propositis, non potest ad annum 75 referri frustulum de quo agitur, nec Domitiano consuli IIII in eo locus est. Itaque aut omnino eiiciendus erit versus 1, aut cogitandum de magisterio quarto, quamquam parum probabile tum iam toties magisterio functum esse Domitianum, praesertim cum anno 86 nullo addito numero simpliciter magister dicatur. Quae utut sunt, recte v. 4 videtur legi COS. VI, quod cum propter victimas duplices non possit referri nisi ad Titum Caesarem, ad annum ducit 77.

[1]) C·SALLVSTIO traditur: correxi ex actis annorum sequentium.

L. Ceionio Commodo [1]). a. 78
D. Novio Prisco co(n)s(ulibus)
III non(as) Ian(uarias) Ian. 3
magisterio C. Matidi Patruini, promagistro L. Veratio Quadrato, col-
legi fratrum Arvalium nomine vota nuncupaverunt pro salute
imp(eratoris) Vespasiani Caesaris Aug(usti) trib(unicia) pot(estate) co(n)-
|s(ulis) VIII et T(iti) Caesaris Aug(usti) f(ili)
Vespasiani co(n)s(ulis) VI, victimis inmolatis in Capitolio, quas *(sic)*
|superio-
ris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum nun-
cupavit, praeunte L. Veratio Quadrato, in ea verba q(uae) i(nfra) s(ub)
|s(ripta) s(unt):
Iovi opt(imo) max(imo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae
|vacc(am),
Salúti vaccam;
item pro T(ito) imp(eratore) Vespasiano Caesare Aug(usti) f(ilio) isdem [2])
|verbis q(uae) s(ub) s(cripta) *sunt* [3]): Iovi opt(imo) maxim(o)
bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti vacc(am).
in collegio adfuerunt L. Veratius Quadratus, C. Tadius Mefitanus, Q. Tilli-
us Sassius, L. Maecius Postumus, A. Iulius Quadratus, C. Vipstanus
|Apronia-
nus. Isdem co(n)s(ulibus) VI idus Ian(uarias) in aede Concordiae Ian. 8
|adstan-
tibus fratribus Arvalibus mag(isterio) C. Matidi Patruini, promag(istro)
|L. Veratio
Quadrato, collegi fratrum Arvalium sacrum indictum deae Diae,
praeunte L. Maecio Postumo, in diem VI k(alendas) Iun(ias) dom*i*, Mai 27.29.30

Tabula marmorea olim in hortis Montaltinis PTOL. SPON. FABR. MVRAT. Postea illata in museum Capitolinum GVASC. MAR. ibique adhuc servatur.

Descripsi. Exhibent Ptolemaeus *sched. Senens.* 1, 395; Spon *recherches* p. 75, *miscell.* p. 5; Fabretti 442, 49; Murat. 583, 1 'e schedis suis'; Guasco *M. C.* 70; Marini tab. XXII.

Littera I formata est ita, ut a littera L parum distinguatur, multisque locis littera quoque T plane similis est: ita factum est ut pro cognomine MEFITANI ab editoribus modo MEFLIANVS, modo MEELIANVS scriberetur.

[1]) iam perierunt litterae *Com.*
[2]) IDEM tabula.
[3]) om. tab.

a. 78 IIII k(alendas) Iuni(as) in luco et domi, III k(alendas) Iun(ias) domi. in collegio adfuerunt L. Veratius Quadratus, C. Vipstanus Apronianus, L. Maecius Postumus, C. Iunius Tadius Mefitanus, A. Iulius Quadratus. isdem co(n)s(ulibus)
Mart. 1 k(alendis) Mart(iis) in aede Concordiae adstantibus fratribus Arvalibus ex tabella imp(eratoris) Caesaris Vespasiani Aug(usti) miss*a*[4]) C. Salvium Liberalem Nonium Bassum in locum C. Matidi Patruini demortui cooptamus. in collegio adfuerunt L. Veratius Quadratus, C. Vipstanus Apronianus, L. Maecius Postumus, C. Salvius Liberalis Nonius Bassus. Isdem co(n)s(ulibus) mag(isterio) C. Saloni Matidi Patruini, in cu*ius* [5]) locum successit, obiit magisterium
Mart. 1 eodem anno isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) Mart(iis) P. Sallustius Blaesus. isdem co(n)s(ulibus) V id(us) Mart(ias)
Mart. 11 in aede Concordiae mag(ister) P. Sallustius Blaesus cooptatus in locum C. Ma*tidi* Patruini collegi*um* [6]) fratrum Arvalium convocavit flam*inemque* nominavit L. Veratium Quadratum.

In collegio adfuerunt P. Sallustius Bla*e*sus, L. Veratius *Quadratus*, *L. Maecius* Postumus, C. Iunius Mefitanus, A. Iulius Quadratus, *C. Salvius Liberalis* Nonius Bassus.

. . . . IVIASIONE [7]) . . . .

---

[4]) MISSAS lapis.
[5]) INCVS id.
[6]) COLLEGI id.
[7]) solus exhibet Marinius. Borghesius in fastis ineditis ad hunc annum consulem ponit Blasionem ex hoc, opinor, loco desumptum.

VESPASIANI A.

imp(eratore) Caesare Vespasiano Aug(usto) . . ., T(ito) Caesare Aug(usti)
f(ilio) Vespasiano . . co(n)s(ulibus), III non(as) Ianuar(ias), magisterio
. . . ., *promagistro* . . . .
collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupaverunt pro salute cet.
in collegio adfuerunt imp(erator) Caesar Vesp*asianus Aug(ustus),*
T(itus) Caesar Aug(usti) f(ilius) Vespasianus [1], *Caesar* Aug(usti) *f(ilius)* [2]
Domitianu*s* . . . .
. . . . *L. Vera*tius Quadratus . . . .
. . . .
*isdem co(n)s(ulibus) . . . non(as) I*anuar(ias)
*in aede Concordiae adstantibus fratrib*us Arvalibu*s magisterio*
. . . . *proma*gistro . . . .
collegi fratrum Arvalium nomine sacrum indictum deae Diae cet.

In vinea Ceccarelliorum repertum a 1867, litteris bonis altis mill. 11, paullo maioribus v. 4.

Descripsi et edidi in *Ann. Inst. arch.* 1867 p. 271.

[1]) Titi nomen defuisse vix potest inter nomina Vespasiani et Domitiani.

[2]) AVG · E lapis.

VESPASIANI B.

*coll*egi fr*atrum Arvalium nomine*

Fragmentum repertum a. 1869 in vinea Ceccarelliorum.
Descripsi.
Litterarum forma indicat aetatem Neronis vel Vespasiani.

IMPERATOR TITUS CAESAR AUGUSTUS.

isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Iun(ias) cet. (cf. a. 81) . . . . a. 80

|. . *mag(ister) L. Venuleius Aproni*anus co- Mai 29
*ronatus riciniatus de carceribus signum quadrigaris et desulto*ribus |misit, quos
coronis argenteis ornavit.

in collegio adfuerunt imp(erator) T(itus) Caesar Vespasianus Aug(ustus), |Caesar divi f(ilius) Domitianus,
L. Venuleius Apronianus, C. Vipstanus Apronianus, C. Iunius Tadius |Mefitanus, L. [1]) Veratius
*Quadratus, L. Po*mpeius Vopiscus Arruntius Catellius Celer, Ti. Iulius |Candidus Marius
Celsus, Q. Tillius Sassius.

*is*dem co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias) in domo L. Venulei Apro- Mai 30
|niani mag(istri) ad peragendum sacrificium
per fratres Arvales epulantes et frugibus ministrantibus pueris inge- |nuis patr*i*mis [2]) et
matrimis senatorum filis referentibus ad aram in pateris.

Tabula magna marmorea. 'Reperta . . . . mense Ianuario 1699 via Portuensi ad Mallianae *(sic)* parte dextra a Malliana euntibus Romam' (sc. in vinea Stephani Ceccarellii e regione vineae quam Ceccarelliorum simpliciter dixi) BVONARR. (Marucell. cf. *Vetri praef* p. XXII. — 'Nuper (sc. a. 1699; cf. p. 388' via Ostiensi quarto ab urbe milliario aliquot marmorum fragmenta defossa sunt, quibus sacrificia et acta fratrum Arvalium continentur . . . . . . Ea iussu Eminentissimi cardinalis Petri Otthoboni . . . . . . in aedes cancellariae translata' cet TVRR, quem errore viam Ostiensem pro Campana vel Portuensi nominasse teste usus Buonarrotio ostendit DE ROSSI in *Ann. inst. arch.* 1858 p. 62 seqq., cf. *Bull. inst. arch.* 1855 p. LIV. — E loco, quo reperta sunt, fragmenta se reportasse in museumque Albaniorum ea inlata esse dicit BIANCHINI (*Anastas. praef.* 22). Inde in museum Capitolinum transierunt GVASC. MAR., ibique adhuc servantur.

Descripsi. Exhibent Buonarroti *sched. cod. Marucell.* A 43 f. 99: Philippus a Turre *mon. vet. Antii* p. 385, cf. p. 94; Muratori 312, 1; San Clemente *de vulg. aerae emend* p. 152; Gnasco M. C. 71: Marini tab XXIII inde vv. 25—34 Orelli 2537 et vv. 35—55 id. 2269.)

[1]) T · VERATIVS lapis perperam.

[2]) PATREMIS id.

a. 80 Dec. 7 M. Tittio [3] Frugi, T. Vinicio Iuliano co(n)s(ulibus) VII idus Decem|br(es) in Capitolio in aedem Opis

sacerdotes convenerunt ad vota nuncupanda ad restitutionem et dedi|cationem Capi-

toli ab imp(eratore) T. Caesare Vespasiano Aug(usto) [4].

in collegio adfuerunt L. Venuleius Apronianus, C. Vipstanus Apronianus, |L. Veratius

Quadratus, L. Pompeius Vopiscus Arruntius Catellius Celer, C. Iunius |Tadius Mefitanus,

P. Sallustius Blaesus.

a. 81 Ian. 15 L. Flavio Silva Nonio Basso, Asinio Pollione Verrucoso co(n)s(ulibus) |XVIII k(alendas) Febr(uarias)

in luco deae Diae piaculum factum per calatorem et publicós eius |sacerdoti, quod arbor

a vetustate decidit, expiandum porcam et agnam opimam [5].

Mai 1 L. Vettio Paullo, T. Iunio Montano c(on)s(ulibus) k(alendis) Mais in lúco |deae Diae piaculum

factum per calatórem et publicos eius sácerdóti ob ferrum inlatum in |aedem scrip*t*ur(ae) [6]

caussa porcam et agnam opimam.

Mai 13 Isdem co(n)s(ulibus) III idus Maiás in luco deae Diae piaculum factum |per calatorem et publicos

eius sacerdoti ob ferrum de aede elatum porcam et agnam opimam.

loca [7] adsignata in amphiteatro (*sic*):

a. 80 L. Aelio Plautio Lamia, Q. Pactumeio Fr*o*ntone co(n)s(ulibus)

acceptum ab Laberio Maximo procuratore praef(ecto) annonae [8],

L. Ve*n*uleio Apron*i*ano mag(istro), curatore Thyrso l(iberto),

---

[3]) scribendum esse *M. Tittio*, nec *M. Tillio*, emendatis verbis Iosephi *b. Iud.* 6, 4, 3, nuper probavit Renierus *Mémoires de l'acad. des inscr. et b. l.* XXVII, 1 (p. 46 *de l'extrait*): cf. index personarum. *Tittio* exhibet iam San Clemente l. c. p, 154, et ita legi posse fatetur Marinius p. 204 et 816.

[4]) cf. comm. ad vota extra ordinem suscepta p. 115 sq.

[5]) arborem decidisse apparet sub finem anni 80, ob eamque causam piaculum quamquam anno 81 factum est, nihilo minus in acta relatum esse anni 80. Eodem modo piacula ob ferrum illatum et elatum facta, licet non fieri potuerint nisi anno sequenti, actis tamen constanter adscribebantur iis, quorum scripturae causa facta erant.

[6]) SCRIPVR lapis.

[7]) vv. qui sequuntur a v. 25 usque ad v. 34 litteris paullo maioribus perscripti sunt. Continent autem indicem locorum in novo amphitheatro Flavio Arvalibus assignatorum appendicis instar ad acta adnexum. De dedicatione amphitheatri cf. Dio 66, 25; Sueton *Tit.* 7; *catal. imp.* apud chronogr. a. 354 ed. Momms. p. 646.

[8]) Laberium Maximum praefectum annonae loco procuratoris Augusti deputatum esse ad loca adsignanda coniecit Marini p. 224.

fratribus Arvalibus maeniano (primo) cuneo (duodecimo) gradi- a. 80
|b(us) marm(oreis) (octo) gradu (primo) p(edes) (quinque)
grad(u) (octavo) ped(es) (quinque quadrans semuncia sicilicus):
f(iunt) ped(es) (quadraginta duo semis); gradu (primo)
|uno ped(es) (viginti duo semis), et m*a*eniano[9]) summo
(secundo) cun(eo) (sexto) gradib(us) marm(oreis) (quattuor)
|gradu (primo) uno p(edes) (viginti duo semis), et
|maeniano
summo in ligneis tab(ulatione) (quinquagesima tertia) gradi-
|bus (undecim) gradu (primo) ped(es) (quinque triens
|semuncia), grad(u)
(undecimo) ped(es) (quinque deunx sicilicus): f(iunt) ped(es)
|(sexaginta tres deunx semuncia).
summa ped(es) (centum duodetriginta deunx semuncia)[10]).
L. Flavio Silva Nonio Basso, a. 81
Asinio Pollione Verrucoso co(n)s(ulibus)
III nonas Ian(uarias) Ian. 3
magister C. Iúnius Tadius Mefitánus collegi fratrum Arvalium nómine
|vota nuncupavit
pró salute imp(eratoris) Titi Caésaris) divi f(ili) Vespasiani Aug(usti)
|pontif(icis) max(imi), tribunic(ia) potest(ate), có(n)s(ulis) VIII
|et Caésaris
divi f(ili) Domitiáni có(n)s(ulis) VII, et Iúliae Aug(ustae) liberórumque
|eórum, victimis immolatis in Ca-
pitólio, quaé superióris anni magister voverat, persolvit Iovi o(ptimo)
|m(aximo) boves mares II,
Iunoni reginae vaccás duas, Minervae vaccás II, Saluti publicae vaccas
|II et in
proximum annum nuncupávit, praeeunte L. Pompeió Vopisco C. Ar-
|runtio Catellió Celere, in ea verba quaé infra scripta sunt:
Iuppiter o(ptime) m(axime), si imp(erator) Titus Caésar Vespásianus Au-
|g(ustus) pontif(ex) max(imus) trib(unicia) potest(ate) p(ater)
|p(atriae)
et Caésar divi f(ilius) Domitiánus, quós nós sentimus dicere, vivent
|domusque
eorum incolumis erit a(nte) d(iem) III nón(as) Ian(uarias), quaé pro-
|ximaé p(opulo) R(omano) Q(uiritium) rei p(ublicae) p(opuli)
|R(omani) Q(uiritium)

---

9) MENIANO lapis.

10) quo modo loca disposita fuerint post Marinium p 225 seqq.) quaeisvit Hübnerus in *Ann. Inst. arch.* 1856 p. 62 seq ; cf. Mommsenus apud eundem l. c. 1859 p. 125.

a. 81 *erunt*, *fuer*int, et eum diem eósque salvós servaveris ex periculis, si |qua sunt[11]) *eruntve ante* eum diem, eventumque bonum ita uti nos sentimus dicere *dederis*, *eosque in eo st*atu quo nunc sunt aut eó meliore servaveris, |ast tu *ea ita faxsis*, *tunc tibi nom*ine collegi fratrum Arválium bubus au*ratis II vovemus esse futur*um.

*Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bubus a*uratis II vo|vimus esse futu*rum, quod hodie vovimus, ast tu ea ita faxsis*, *tunc* tibi in eadem verba no*mine collegi fratrum Arvalium vaccis auratis II vovemus* esse futurum.

Minerva cet.

Salus publica cet.

Isdem co(n)su(libus) . . . idus Ian(uarias) in aede Concordiae, adstantibus fratribus Arvalibus, mag(isterio) C. Iunii Tadii Mefitani, promag(istro) L. Pompeio Vopisco C. Arruntio Catellio Celere, collegi fratrum Arvalium sacrum indictum deae Diae, praeeunte .

(continuatur in tabula subsequenti)

[11]) ab hoc inde versu nonnulla nunc tectorio oblita non leguntur, scilicet v. 48 *int et eum*, 49 *eum die*, 50 *atu*, 51 *ine c*, 53 *uratis*, 54 *tibi in*, 55 *esse futurum.*

IMP. TITUS CAESAR AUGUSTUS.
IMP. CAESAR DOMITIANUS AUGUSTUS.

(continuantur acta inscripta in tabula quae praecedit.)

L. Pompeio Vopisco C. Arruntio Catellio Celere, in diem XVI k(alendas) a. 81
|Iun(ias) domi, XIIII k(alendas) Mai 27. 29. 30
Iun(ias) in luco et domi, XIII k(alendas) Iuniás domi — in collegio
|adfuerunt C. Iunius
Tadius Mefitanus, Ti. Iulius Candidus Marius Celsus, L. Pompeius
|Vopiscus C.
Arruntius Catellius Celer, L. Veratius Quadratus, P. Sallustius Blaesus.
M. Róscio Coelio, C. Iulio Iuvenale có(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Apr(i- Mart. 29
|les) in luco deaé Diae piaculum factuṃ
per kalatórem et publicós eius sacerdoti ob arbores quae a tempestate
|nivis
deciderant expiandas, porcam et agnam opimam.
T. Iunio Montano, L. Vettio Paullo co(n)s(ulibus) XVI k(alendas) Iun(ias) Mai 17
|magisterio C. Iuni Mefitáni
collegi fratrum Arvalium sacrificium, quod conceptum est, in domo Iuni
Mefitani per magistrum et ceteros sacerdotes; item iterum epulantes ad
magistrum pueris ingenuis senatorum filis patrimis matrimis minis-
trantibus ture et vino, referentibus ad aram in pataris.
Isdem co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iun(ias) item in luco deae Diae Mai 19
|et domi, magistro C. Iunio Mefi-
tano collegi fratrum Arválium nomine a*d ara*m immolávit deae Diae
porcas piaculáres II, deinde vaccam deae Diae; inde cum in aedem
|Caesarei
consedissent, et ex sacrificio gustarunt; inde ad summotum in aede
|sacrificio
facto immolávit deae Diae agnam opimam, quo sacrifició peracto in Caesa-

---

Fragmentum litteris parum bonis altis mill. 7—8, repertum in vinea Ceccarelliorum anno 1868.

Descripsi et edidi in *Relazione* p. 37, ibique in tabula 1 n. 7 imaginem litterarum depingendam curavi.

a. 81 reo epulati sunt ad magistrum; inde magister C. Iunius Mefitanus coronatus riciniatus de querceribus signum quadrigáris et desultoribus misit, quós coronis argentei*s* *or*navit.

In collegio adfuerunt imp(erator) Tit*us* *Ca*esar divi Vespasiani f(ilius) |Vespasianus Aug(ustus), C. Fufiu*s* Iunius Tadius Mefitanus, L. Po*m*peius Vopiscus Arruntius Catellius |Celer, Q. Tillius Sassius, Ti. Iulius Candidus Mar*ius* *Ce*lsus, L. Veratius Quadratus.

Mai 20 Isdem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas) Iun(ias) item domi ad per*agend(um)* |sa*cri*ficium [1]) f(ratres) epulantes ad mag(istrum) et fruges excipientes a sacerdotib*us* *ad* *a*ram referentes pueri ingenui patrimi matrimi senatorum fili.

Sept. 14 M. Petronio Umbrino, L. Carminio Lusitanico co(n)s(ulibus) XV*III* [2]) |*k(alendas) Octobr(es)* collegius *(sic)* fratrum Arvalium immolavit in Capitolio ob imperium Caes*aris* divi f(ili) |Domitiani Aug(usti) magisterio C. Iuni Mefitani, promag(istro) L. Pompeio Vo|pisco C. Arruntio Catellio Celere, Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni re|ginae vaccam, Minervae vaccam, Salut*i* vaccam, Felicitati vaccam, Marti taurum. in collegio adfuerunt L. |Pompeiu*s* Vopiscus C. Arruntius Catellius *C*eler.

Sept. 30 *Isdem* co(n)s(ulibus) pr(idie) k(alendas) Oct(obres) in Capitoli*o* *ob* *co*|*mitia* tribunicia Caesaris divi f(ili) Dom*itia*ni Aug(usti) collegius *(sic)* fratrum Arvalium per promagistrum L. |Pompeium *Vop*iscum C. Arruntium Catellium Celerem C. Iuni Mefitani victumis immo*lat*is Iovi o(ptimo) m(aximo) *b*ovem m*a*rem, Iunoni reginae vaccam, |Minervae vaccam. in collegio ad*fu*erunt L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catellius |Celer, Q. Tilliu*s* Sassius, C. Salviu*s* Liberalis Nonius Bassus.

Oct. 1 Isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) Octobr(ibus) *in* Capitolio collegius fratrum |Arvalium immolávit ob votorum *com*mendandorum causa pro salute et incolumitate Caesaris divi f(ili) |Domitian(i) Aug(usti) per L. Pompeium Vopiscum C. Arruntium Catellium Celerem |promag(istrum) C. Iuni Mefitani — Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, |Minervae vaccam, Salut(i)

---

[1]) SAFRICIVM lapis.

[2]) de die imperii Domitiani cf. comment. ad acta sacrificiorum ob imperium p. 64.

vaccam, Genio ipsius taurum — item in annum proximum nuncupavit in Capitolio pró salute imp(eratoris) Caesaris divi f(ili) Domitiáni Au- |g(usti) in ea verba q(uae) s(upra) s(cripta) s(unt): a. 81

Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae |vaccam, Saluti vaccam;

item pro salute Domitiaé Aug(ustae) coniugis eius in ea verba quae |supra scripta sunt:

Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunóni reginae vaccam, Mi- |nervae vaccam, Saluti vaccam;

item pro salúte Iuliaé T(iti) imp(eratoris) f(iliae) Aug(ustae) in ea verba |quaé supra scripta sunt: Iovi (optimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Salúti vaccam. in |collegio adfuerunt

L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catellius Celer, Q. Tillius Sassius, |L. Verátius Quadrátus, C. Salvius Liberalis Nonius Bassus.

Isdem co(n)s(ulibus) III k(alendas) *Nov(embres) in aede* Concordiae, ad- |*(stan)*tibus frátribus Arválibus o(?) Oct. 30

Ad aetatem fere Vespasiani vel Titi referenda sunt frustula haec:

*Ti*ti Cae*saris*

Fragmentum repertum a. 1868 in vinea Ceccarelliorum, litteris altis mill. 30.
Descripsi.
Litterae paullo longiores aetati potius Flaviorum quam Ti berii) Caesaris tribuendae sunt.

---

*imperato*re Ti*to Caesare divi Vespasiani f(ilio) Vespasiano* Aug(usto) *cet.*

Fragmentum repertum ibidem a. 1869.
Descripsi.

---

s . i
*ca*esar

Fragmentum ibidem rep. a. 1869, litteris altis mill. 25 – 30.
Descripsi.

IMP. CAESAR DOMITIANUS AUGUSTUS GERMANICUS.

imp(eratore) Caesare Domitiano Aug(usto) XII, Ser. Cornelio Dolabella co(n)s(ulibus) III nonas Ianuarias magisterio imp(eratoris) Caes(aris) Domitiani Aug(usti) Germanici L. Veratius Quadratus promag(ister) collegi fratrum Arval(ium) nomine vota nuncupavit pro salute imp(eratoris) Caes(aris) divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Germ(anici) pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate), cens(oris) perp(etui), et Domitiae Aug(ustae) coniugis eius, et Iuliae Aug(ustae), victimis immol(atis) in Capitolio, quae a. 86

superioris anni *magist*er vovera*t, pe*rsolvit Iovi o(ptimo) *m(aximo) bovem*
auratum, Iunoni reginae bovem *au*ratam, Minerv*ae bovem*
auratam, Saluti publicae bovem a*urat*am, et in proxim*um annum*
nuncupaverunt in eadem verba *quae* infra scripta su*nt*:
Iuppiter o(ptime) m(axime), te precor quaesoque, si im*p(erator) Caesar* |*Domitianus Aug(ustus)*
Germanicus et Domitia Aug(usta) coni*ux eius et Iulia Aug(usta), quos nos*
sentim*us* dicere, vi*vent* domus*que eorum incolumis erit a(nte) d(iem)*
III nonas I*anuarias, quae proximae populo Romano Quirit(ibus) rei*
publicae *p(opuli) R(omani) Q(uiritium) erunt, fuerint et eum diem eos(que)* |*salvos servaveris ex periculis*
si qua sun*t eruntve ante eum diem, eventumq(ue) bonum ita uti nos* |*sentimus*
dicere, de*deris, eosq(ue) in eo statu quo nunc sunt, aut eo meliore servaveris*
ast tu ea i*ta faxis, tum tibi nomine collegi fratr(um) Arval(ium) bove mari*
alb(o) aurat*o voveo esse futurum.*
Iuno regina, *quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bovi mari albo aurato* |*vovi* esse futurum, quod
hodie vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi in eadem verba nomine collegi
*fratrum Arval*ium bove femina alba aurat(a) voveo esse futurum.
Minerva, quae in verba Iunoni reginae bove femina aurata vovi esse futu-

---

Fragmenta tabulae marmoreae litteris altis mill. circiter 7—8, effossa in vinea Ceccarelliorum annis 1868 et 1869.

Descripsimus Bormann et ego. Edidi partem versuum 30 - 45 in *Relazione* p. 56 (cf. Addenda et Corrigenda), totam tabulam in *Bull. Inst. arch.* 1869 p. 164. 165.

a. 86 *rum, quod hod*ie vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi in eadem verba |nomin(e) *collegi fratr(um) Arva*lium bove femina alba aurata voveo esse fu|turum.

*Salus pub*lica populi Romani Quiritium, quae in verba Iunoni regin(ae) *bove femina au*rata vovi esse futurum, quod hodie vovi, ast tu ea ita |fax(is), *tum tibi in eadem ver*ba nomine collegi fratrum Arvalium bove femin(a) *alba aurata voveo esse f*uturum. in collegio adfuerunt L. Veratius *Quadratus promag(ister), Q. Tillius* Sassius, C. Salvius Liberalis Nonius |Bassus, ... *L. V*enuleius Apronianus, P. Sallustius Blaesus, C. |Vipsta*nus Apronianus.*

Isdem co(n)s(ulibus) . . . *id*us Ianuar(ias) in aedem Concordiae astan|tibus fratribus Arva*libus* magisterio *imp(eratoris)* Caesaris Domitiani Aug(usti) Germanici, promag(istro) L. |Veratio Quadra*to, collegi* fratrum Arvalium sacrum indictum deae Diae per L. Veratium *Qua|dratum*

Mai 27. 29. 30 promag(istrum), praeeunte Q. Tillio Sassio, in diem VI k(alendas) Iu|nias domi, IIII k(alendas) *Iun(ias)* in luco et domi, III k(alendas) Iun(ias) domi. in collegio adfuerunt |L. Veratius Quadratus promag(ister), L. Venuleius Apronianus, A. Iulius Quadratus, |C. Salviu*s* Liberalis Nonius Bassus, Q. Tillius Sassius, P. Sallustius Blaesus.

Ian. 22 Ser. Cornelio Dolabella, C. Secio Campano co(n)s(ulibus) XI k(alendas) |Febr(uarias) magisterio imp(eratoris) Caesari*s* Domitiani Aug(usti) Germanici, promag(istro) L. Veratio Quadrato, |collegi fratrum Arvalium vota nuncupaverunt pro salute imp(eratoris) Caesaris Domi|tiani Aug(usti) Ger(manici):

Iuppiter o(ptime) m(axime) Capitoline, si imp(erator) Caesar divi Vespa|siani f(ilius) Domitianus Aug(ustus) Germanic(us) pontife maximus, trib(unicia) pot(estate), censor perpetuus, pater pa|triae, ex cuius incolumitate omnium salus constat, quem nos sentimus dicere, vivet domus|que eius incolumis erit a(nte) d(iem) XI k(alendas) Februar(ias), quae proximae |populo Romano Quiritibus, rei publicae populi Romani Quiritium erunt, et eum diem eumque |salvum

servaveris ex periculis, si qua sunt eruntve ante eum diem, even- a. 86
|tumque
bonum ita, uti nos sentimus dicere, dederis, eumque in eo statu quo
|nunc *est*
aut eo meliore servaveris, custodierisque aeternitate*m* [1]) imperi, quod
|*susci-*
piendo ampliavit, ut voti compotem rem publicam saepe facias, ast
|tu ea ita
faxis, tum tibi bove aurato vovemus esse futurum.

Isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Martias in aedem Concordiae ad Febr. 26
|cooptan*d*um C. Iulium Sila-
num in locum C. Vipstani Aproniani. in collegio adfuerunt L. Veratius
Quadratus promag(ister), Q. Tillius Sassius, L. Venuleius Apronianus,
|L. Maecius
Postumus, A. Iulius Quadratus, C. Salvius Liberalis Nonius Bassus,
|P. Sallusti*us*
Blaesus.

---

[1]) AETERNITATE lapis.

a. 87 imp(eratore) *Ca*ésare Domitiáno Aug(usto) Germ*anico XIII*,
L. *Vol*u*sio* Saturnino *co(n)s(ulibus)*

Ian. 3 III *non(as) Ianuar(ias)* I

in Capitolio in pro*nao Iovis optimi maxi*mi C. Salvius Liberalis
frater Arval*is*, *qui vice C. Iuli Silani* magistri fungebatur,
ad collegium *fr*atrum Arvalium rettulit: cum di immortales
propitiato numine suo vota orbis terra*rum*, qua*e pro* salute
imp(eratoris) Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domi*tiani Aug(usti) Germani*ci
pontif(icis) maximi et Domitiae Aug(ustae) c*oniugis eius et Iulia*e
Aug(ustae) totique domui eorum cupide suscepta e*rant, exaudieru*nt,
convenire collegio priora solvere et nova n*uncupare*.
collegium decrevit:
*qu*od bonum faustum felix salutareque *sit: cu*m *vota*
contingeret ut priora solverentu*r e*t nova *voverentur*
pro salute et incolumitate imp(eratoris) Ca*e*saris divi *Vespasiani f(ili)*
Domitiani Aug(usti) Germanici pontif(icis) max(imi) et Domi*tiae Au*|*g(ustae)* coniug(is)
eius et Iuliae Aug(ustae) totique domui eorum, Iov*i o(ptimo)* m(aximo) |b(ovem) m(arem), Iunoni
reginae b(ovem) f(eminam), Minervae b(ovem) f(eminam), Saluti pu|blica*e popu*li Romani Quiri-
tium b(ovem) f(eminam).
eodem die ibidem in area C. Salvius *Li*beralis, q*ui v*ice magistri
fungebatur, ture et vino in igne in foculo fecit immolavitq(ue)
vino, mola cultroque Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni |reginae b(ovem) f(eminam), Minervae
b(ovem) f(eminam); Saluti publicae p(opuli) R(omani) Q(uiritium) b(o|vem) f(eminam); exta aulicocta reddidit.
eodem die ibidem in pronao Iovis o(ptimi) m(aximi) C. Salvius Libe|ralis frater
Arvalis, qui vice Iuli Silani magistri fungeba*t*ur, adstante collegio

---

Tabula mormorea composita ex fragmentis plurimis in vinea Ceccarelliorum effossis annis 1867. 1868. 1869. 1870, scripta litteris parum accurate incisis, altis fere mill. 7.

Descripsi cum Bormanno. Edidi fragmenta exigua quae pertinent ad praescriptionem, item ad pag. 1 vv. 2—5 et 38–62, pag. 2 vv. 57–62 in *Annalibus*

fratrum Arvalium vota pro salute et incolumitate imp(eratoris) Caesaris a. 87
divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Germanici pontif(icis) max(imi) |trib(unicia) pot(estate)
*censoris per*petui p(atris) p(atriae) et Domitiae Aug(ustae) coniugis eius |et Iuliae Aug(ustae)
*totique d*omui eorum nomine collegi fratrum Arvalium in haec
verba suscepit:
*Iuppi*ter o(ptime) m(axime), si imp(erator) Caesar divi Vespasiani f(ilius) |Domitia*nus Aug*(ustus) Germanicus
pontif(ex) maximus trib(unicia) pot(estate) censor perpetuus p(ater) *p(a*-|*triae et Domit*ia Aug(usta)
coniunx eius et Iulia Aug(usta), quos me sentio *dicere, viv*ent domusq(ue)
eorum incolumis erit a(nte) d(iem) III nonas Ianu*ar(ias), quae proxi*-|mae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus),
rei publicae p(opuli) R(omani) Q(uiritium) erunt, et eum diem eos*que* |*salvos* servaveris ex
periculis, si qua sunt eruntve ante eum *diem, eventu*mque bonum
ita, uti me sentio dicere, dederis, eos*que in eo statu* quo nunc sunt,
aut eo meliore servaveris, ast tu *ea ita faxis, tu*m tibi nomine
collegi fratrum Arvalium bo*ve aurato voveo* esse futurum.
Iuno regina, qu*ae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato voveo* |esse futurum,
quod hodie v*ovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi in eadem verba nomin*e |collegi
fratrum *Arvalium bove aurata voveo esse futurum.*
Minerva, quae *in verba Iunoni reginae bove aurata vovi esse futur*um, quod
hodie vovi*, ast tu ea ita faxis, tum tibi in eadem verba* nomine
collegi fr*atrum Arvalium bove aurata voveo esse futurum.*
Salus publica populi Romani Quiri*tium, quae in verba Iunoni reginae* bove
aurata vovi esse futurum, quod h*odie vovi, ast tu ea ita* faxis,
tum tibi in eadem verba nomine col*legi fratrum Arv*alium
bove aurata voveo esse futurum.
*in colleg*io adfuerunt C. Salvius Liberalis Nonius B*assus, A. I*ulius Qua-|dratus,
*L. Mae*cius Postumus, L. Veratius Quadratus, P. Sallustius Blaesus,
*L. Venul*cius Apronianus.
isdem co(n)s(ulibus) . . I idus [1]) Ian(uarias) in pronao aedis Concordiae, |quae e*st prope* Ian. . . .
*templ*um divi Vespasiani,

Inst. arch. 1867 p. 277 nn. 17. 18 et p. 272 n. 12; ipsam tabulam restitutam in *Relazione* p. 42. 43; litterarum specimen depingendum curavi in tabula 1 n. 8. Accesserunt hic frustula nonnulla postea effossa.

[1]) videtur scribi posse VI; cf. comm. de actis indictionum p. 5.

a. 87 *C. Salvius* Liberalis Nonius Bassus frater Arvalis, qui v*ice Iuli*
*Sil*ani magistri fungebatur, adstantibus fratrib*us Arvali-*
*bus sac*rificium deae Diae in hunc annum sic indixit:

*quod bo*num faustum faus*tum (sic)* felix fortunatum salutar*eque sit* im- |p(eratori)
*Caes*ari Domitiano Au*g(usto) German*ico pontif(ici) max(imo) et Dom*i-* |*tiae* Aug(ustae)
*coni*ugi eius et Iul*iae Aug(ustae) totiq*ue domui eorum po*puloque Romano*
Quiritibus fra*tribusque Arvalibus* mihique, sacr*ificium deae*
Mai 17. 19. 20 Diae erit XVI k(alendas) Iun(ias) *domi, XIIII k(alendas) I*un(ias) in |luco et *domi, XIII k(alendas) Iun(ias)*
domi. in collegio adfue*runt C. Salvius* Liber*alis Nonius Bass*us,
L. Veratius Quadratus, L. Mae*cius Postumus, A. I*ulius *Quadratus, P.*
Sallustius Blaesus.

L. Volusio Satur*nino*, C. Calpur*nio . . . . co(n)s(ulibus) . . . . . .* |*vota nuncupata*[2])
in Capit*olio pro* salute e*t incolumitate imp(eratoris) Caesaris Domitiani* |*Aug(usti)*
Germanici, magisteri*o C. Iuli Silani, promag(istro) C. Salvio Liberale,* |*Iovi o(ptimo) m(aximo)*
b(ovem) m(arem), Iunoni regin*ae b(ovem) f(eminam), Minervae b(ovem)* |*f(eminam). in collegio* adfuerunt imp(erator) Caesar Domitian*us* |*Aug(ustus) Germanicus, C. Salvius Liberalis*
Nonius Bassus, L. Maecius Postumus, L. *Veratius Quadratus.*

Ian. 22 Isdem co(n)s(ulibus) XI k(alendas) Febr(uarias) in Capitolio ad vota |redd*enda et nuncupanda pro*
salute et incolumitate imp(eratoris) Caesaris Domiti*ani Aug(usti) Ger-* |*manici*
magisterio C. Iuli Silani, promag(istro) C. Salvio *Liberale Nonio Basso.* |*in collegio*
adfuerunt C. Salvius Liberalis Nonius *Bassus*[3]) *cet.*

Iuppiter o(ptime) m(axime) Capitoline, s*i imp(erator) Caesar divi Vespa-* |*siani f(ilius) Domitianus*
Aug(ustus) Germanicus pontif*ex maximus tribunic(ia) potest(ate) censor* |*perpetuus p(ater) p(atriae),*
ex cuius incolumitate u*niversorum salus constat, quem nos*
sentimus dicere, vivet *domusque eius incolumis erit a(nte) d(iem) XI k(a-* |*lendas) Februarias,*
quae proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), re*i p(ublicae) p(opuli)* |*R(omani) Q(uiritium) erunt, et cum diem cumque*

---

[2]) votorum horum vel sacrificiorum extra ordinem factorum mentio fit hoc solo anno.

[3]) nota nomina eorum qui adfuerunt ante carmen votorum posita, propterea puto, ut nova pagina ab ipso carmine inciperet.

salvom servaveris ex *periculis si qua sunt eruntve ante eum* a. 87
diem eventumq(ue) bonu*m ita uti nos sentimus dicere, dederis* eumq(ue) in eo statu, quo n*unc est, aut eo meliore servaveris, custodie*risque aeternitatem i*mperi, quod suscipiendo ampliavit, ut* voti compotem rem p(ublicam) saepe *facias, ast tu ea ita faxis, tum tibi* nom*ine* collegi fratrum Ar*valium bove aurato voveo* esse futur*um.*

Isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) Febr(uaris) allectus Narcissus Annianus publicus loco Nymphi Numisiani ad fratres Arvales. Febr. 1

C. Bellico Natale Tebaniano, C. Ducenio Proculo co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iun(ias) Mai 19
in luco deae Diae magisterio C. Iuli Silani, curam agente C. Nonio Basso Salvio Liberale, fratres Arvales deae Diae sacrificium fecerunt. C. Salvius Liberalis, qui vice magistri fungebatur C. Iuli Silani, ante lucum in aram porcas piaculares duas luco coinquendi et operis faciendi immolavit; deinde vaccam deae Diae honorariam immolavit. C. Salvius Liberalis Nonius Bassus, L. Maecius Postumus, A. Iulius Quadratus, P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sassius in tetrastylo consederun*t* et ex sacrificio epulati sunt, sumptisq(ue) praetextis et coronis spiceis vittatis lucum deae Diae ad summotum escenderunt et per Salvium Liberalem Nonium Bassum, qui vice magistr*i* fungebatur, et Q. Tillium Sassium, qui vice flaminis fungebatur, deae Diae agnam opimam immolarunt, perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt. deinde coronis inlatis signisq(ue) unctis Q. Tillium Sassium ex Saturnalibus primis ad Saturnalia secunda annuum magistrum fecer(unt), item Ti. Iulium Celsum Marium Candidum flaminem; deinde in t*etr*astylum desciderunt, ibiq(ue) in triclinio discumbentes epulati sunt ad magistrum C. Iulium Silanum; post epulas ric*i*niatus soleatus cum corona pactili rosacia summoto sup*r*a carcares escidit *(sic)* et signum quadrigis et desultoribus mi*s*it, praesidente L. Maecio Postumo; victores palmis et coronis argenteis honoravit.

ead*e*m die Romae domo apud mag(istrum) C. Iul*i*um Silanum idem qui in luco cenarunt.

XIII k(alendas) Iun(ias) domo apud mag(istrum) C. Iulium Silanum fratres Arvales Mai 20
ad consummandum sacrificium deae Diae cenarunt, et inter cenam C. Salvius Liberalis Nonius Bassus, L. Maecius Postumus, A. Iulius Quadratus, P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sassius, L. Venuleius Aproni*a*n*us* ture et vino fecerunt, ministrantibus pueris patrimis et matrimis isdem qui

a. 87 XVI k(alendas) Iun(ias), et fruges libatas ad aram rettulerunt; lampadib(us) II incensis tuscanicas contigerunt, quas per calatores domibus suis miserun*t*.

pu*eri patrimi et matrimi,* qui ad sacrificium deae Diae praest*o* *erant*, ... ilius Marcianus, Rusonis P. Calvisius . . . ., Umbrini M. Petronius Cremutius, ...

Sept. 10 . . . . Prisco co(n)s(ulibus) IIII idus Sept(embres) mag(isterio) C. Iuli *Sil*ani in luco deae Diae, quod ramus ex arbore ilicina ob *v*etustatem deciderit, piaculum factum est per calatorem et *p*ublicos.

Sept. 13 isdem co(n)s(ulibus) idi*b*us Sept(embribus) in Capitolio arae dedicatione pro mag(isterio?) [4]) C. Iuli Silani immolavit vaccam L. Maecius Post*umus*. adfuerun*t* in collegio L. Maecius Postumus, A. Iulius Quadr*a*tus, Q. Tillius Sassius.

Sept. 22 isdem co(n)s(ulibus) X k(alendas) Oct(obres) in Ca*p*itolio ob detecta scelera nefariorum, mag(isterio) *C.* Iuli Silani, immolavit in Capitolio b(ovem) m(arem) immolavit *(sic)* C. Venu*leius A*pronianus.

a. 88 April. 15 L. U. . . . . Plotio Grypo co(n)s(ulibus) XVII k(alendas) Mai(as) piaculu*m factum in luco deae Diae per calator*em et publicos ob ferrum in*latum scripturae et scalpturae consummato magis*terio [5]) Iuli *S*ilani.

. . . . *co(n)s(ulibus)* . . . . *piaculum factum a*d de*ae Diae per calatorem et publicos ob* ferr*um elatum cet.*

[4]) cf. comm. ad sacrificia ob causas singulares facta p. 80.

[5]) si ponitur errore scriptum esse pro *magisteri* verba commodius restituuntur sic: in*latum ut acta insculperentur magis*teri *cet. cf.* 90.

(praecedebant verba prima actorum ad vota diei III nonas Ianuarias pertinentium: quae non possunt restitui, cum breviata appareat in tabulam relata fuisse.)

pro a. 89
salute imp(eratoris) Caesa*ris Domiti*ani Aug(usti) Germanici
A. Iulius Quadratus *frate*r Arvalis, qui vice
Ti. Iuli Candidi magi*stri fu*ngebatur, vota nuncuparunt.
in collegio adfuerunt
A. Iulius Quadratus, P. Sallustius Blaesus, L. Maecius Postumus,
L. Venuleius Montanus Apronianus, L. Veratius Quadratus.
Isdem co(n)s(ulibus) VI idus Ianuar(ias) Ian. 8
in pronavo *(sic)* aedis Concordiae fratres Arvales sa*crificium*
deae Diae indixerunt XVI k(alendas) Iun(ias) domi aput *magistros*, Mai 17. 19. 20
XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco et domi ad magistros, XIII k(alendas) Iu*nias domi.*
in collegio interfuerunt A. Iulius Quadra*tus*, ...
P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sasius *(sic)* . . . .
Isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) idu*s Ianuar(ias)* Ian. 12
in Capitolio ex s(enatus) c(onsulto) pro salute et vic*toria et reditu*
imp(eratoris) Domitiani Caesaris Augusti Ger*manici fratres Arvales vota*
nuncuparunt. in colleg*io interfuerunt*
L. Veratius Quadratus, P. Sallustius Bl*aesus, L. Maecius Postumus,* A. Iulius Quadratus, L. Venuleius Montanus Ap*ronianus.*
Isdem co(n)s(ulibus) XVI k(alendas) *F*ebr(uarias) Ian. 17
in Capitolio ob vota adsuscipienda *ex ed*icto co(n)s(ulum) et ex s(enatus) c(onsulto)
pro salute et redit*u e*t victoria
imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) Germ*anici* collegium fratrum Arvalium convenit. in *colleg(io) inter*fuerunt
A. Iulius Quadratus, L. Maecius Postum*us, L.* Ver*a*tius Quadratus,

---

Tabula effossa in vinea Ceccarelliorum multisque e fragmentis composita, quorum tria reperta sunt anno 1868 ineunte, cetera eodem anno exeunte annove 1869.

Descripsi cum Bormanno. Edidi fragmenta sex partes complexa versuum 18—20, 19—25, 35—48, 49—55, 65—71 in *Relazione* p. 48. 81. 82; totam tabulam restitutam dedi in *Bull. inst. arch.* 1869 p. 108—111.

Tabula cum superne et, ut videtur, inferne integra sit, acta anni 89 per plures tabulas distributa erant. — Cui anno tribuenda sint, inde constat, quod, qui vv. 65 seqq. dicitur magister in annum sequentem factus esse, P. Sallustius

a. 89 *L.* Venuleius Montanus Apronianus, P. *Sallustius B*laesus, Q. Tillius Sass(ius).

Ian. 22 Isdem co(n)s(ulibus) *XI k(alendas) Febr(uarias)*

in Capitolio ob vota reddita et nuncupata ex s(enatus) c(onsulto) *pro salute* imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) Germanici. inter*fuerunt A. Iulius* Quadratus, L. Maecius Postumus, Q. Tillius Sassi*us, P. Sallustius Blaesus,* L. Veratius Quadratus, L. Venuleius Montanus *Apronianus.*

Ian. 24 Isdem co(n)s(ulibus) VIIII *k(alendas) Febr(uarias)*

in Capitolio saenatus *(sic)* turae *(sic)* et vino sup*plicavit. interfuerunt* A. Iulius Quadratus, L. Maecius Postumus, P. *Sallustius Blaesus, L. Venuleius* Montanus Apronianus, Q. Tillius S*assius, L. Veratius Quadra*tus.

Ian. 25 Isdem co(n)s(ulibus) VIII *k(alendas) Febr(uarias)*

in Capitolio ob laetitiam publicam in tem*plo Iovis o(ptimi) m(aximi)? fratres Arvales.* Iov*i* o(ptimo) m(aximo) bovem marem inmolarunt. *interfuerunt* A. Iulius Quadratus, L. Maecius Postumus, P. Sallusti*us Blaesus*, L *Venuleius* Montanus Apronianus, Q. Tillius Sassius.

Ian. 29 Isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Febr(uarias)

in Capitolio ad vota solvenda et nuncupanda pro salute et re*ditu* imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) Germanici fratres Arvales convene*runt.* Iovi, Iunoni, Minervae, Marti, Saluti, Fortunae, Victoriae reduci, *Genio po*puli Romani voverunt. in collegio adfuerunt *A. Iulius Quadra*tus, L. M*aecius* Postumus, Q. Tillius Sassius, P. Sallustius *Blaesus,* *L. Venuleius Montanus Apronianus.*

April. 12 *Isdem* co(n)s(ulibus) pr(idie) idus April(es)

in luco piaculum factum ob *arbor*em expiata *(sic)*, cui prae . . . . per publicos *et ca*latorem.

P. Sallustio Blaeso,[1]) . . Peduca*eo* Saeniano *co(n)s(ulibus)*

Mai 19 *XIIII k(alendas) I*unias

Blaesus anno 90 magisterio functus est, ut ostendunt huius anni acta. Praeterea excluduntur anni 82—88 et 90, quibus cum Domitianus fasces gesserit ordinarios eosque post paucos dies deposuerit, non manserunt per totum mensem Ianuarium iidem consules, ut est in actis de quibus agitur. Nota porro sunt acta annorum 86. 87. 90. Ex annis autem qui sequuntur, excluditur a. 91 ob ipsa quae supersunt actorum eius frustula, posteriores ob mentionem Tillii Sassii, qui anno 91 vita functus est. — Capita, quibus vota continentur ad victoriam quandam pertinentia, antea rettuli ad bellum Suebicum et Sarmaticum, iam mihi videntur referenda esse ad bellum Dacicum, cf. comm. ad acta votorum extra ordinem factorum p. 116.

[1]) cf. Gori *I. E.* 1, 75, 213 (inde Murat. 433, 2): EXCES*(sit)* VIII K*(alendas)* GERM*(anicas)* IDIII SAENIANO·ET·

a. 89

in luco deae Diae magisterio Ti. Iuli Candidi Mari Celsi, *curam agente A. Iulio Quadrato, fra*tres Arvales deae Diae sa*cri*-*fici*um fecer*unt. A. Iulius Quadratus, qui* vice magis*tri* fungeba*tur Ti. Iuli* Candidi M*ari Celsi, ante lucum in* aram por*cas* pia*cul*ar*es duas* luco coin*quendi et operis fa*ciendi *inmolavit, deinde vaccam* hon*orariam deae Diae* A. Iulius *Quadratus, qui vice magistri fungebatur, inmolavit ante lucum in foculo. A. Iulius Qu*adrat*us, qui vice magistri fungebatur,* . . . . *L. Veratius Qu*adrat*us* . . . . in t*etrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt*, *su*mtisque p*raetextis et coronis spiceis vittatis lucum deae* Diae ad summ*otum escenderunt et per A. Iulium Quadratum*, qu*i* vice ma*gistri fun*geba*tur, et* . . . . *qui vice* flaminis fun*gebatur, deae* Diae ag*nam opimam inmolarunt, perfectoq(ue)* sacrificio om*nes ture* et vino fecer*unt*; *deinde coronis in*-latis signis*que* unctis P. Sall*ustium Blaesum co(n)s(ulem) ex Saturnalibus* primis ad S*aturnalia* secu*nda magistrum annuum fecerunt*, item L. Ve*ratium Quadratum*[2]) *flaminem. deinde in tetrastylum* descinderun*t ibique* i*n triclinio discumbentes epulati sunt* ad magistrum Ti. Iuli*um Candidum Marium Celsum; post epulas* riciniatus soleatus *cum corona pactili rosacia summoto supra* carcares escendit et sign*um quadrigis et desultoribus misit*.

BLAESO·COS, quem ad imperium Domitiani pertinere ipsae ostendunt *kalendae Germanicae;* cf. Suet. *Dom.* 13. Collega igitur Saeniani fuit Blaesus quidam, qui videtur haberi posse pro P. Sallustio Blaeso Arvali. Titulum, qui me fugerat, indicavit mihi Waddingtonius.

[2]) nomen posui L. Veratii Quadrati, quia L. Venuleius Apronianus, de quo cogitari possit, anno 90 flamen creatus est.

a. 90 *imp(eratore) Caesare Domitia*no Aug(usto) Germanico XV
*pontifice maximo tribunic(ia) po*test(ate) VIIII censore perpe-
|tuo p(atre) p(atriae),
M. Cocceio Nerva II co(n)s(ulibus)
*magisterio P. Sal*lusti Blaesi II
Ian. 3 *III non(as)* Ianuar(ias)
in Capitolio in pronao Iovis o(ptimi) m(aximi) . . . .
|. . . . rus [1]) frater Arvalis ad collegium fratrum Arvalium
|rettulit: cum di inmortales
propitiato numine suo vota orbis terrarum, quae pro salute imp(eratoris)
|Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Germanici
|pontificis maximi, et
*Domitiae Aug(ustae) coniugis eius totique domui eorum cupi*de suscepta
|erant, exaudierunt, convenire collegio priora solvere et nova in
proximum annum suscipere. collegium decrevit:
quod bonum faustum felix salutareque sit, cum vota contingeret ut priora
|solverentur et nova voverentur pro salute et incolu-
mitate imp(eratoris) Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti)
|*Germa*nici pontificis maximi et Domitiae Augustae coniugis
|eius totiusque domui *(sic)* eorum,
Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni reginae b(ovem) f(e-
|*minam), Minervae b(ovem) f(eminam), Saluti p(ublicae)* p(opuli)
|R(omani) Q(uiritium) b(ovem) f(eminam).
eodem die ibidem in area . . . . *frater Arvalis ture et vino*
|*in ig*ne in foculo fecit[2]) vino, mola cultroque Iovi o(ptimo) m(a-
|ximo) b(ovem) m(arem), Iunoni reginae b(ovem) f(eminam),
|Minervae b(ovem) f(eminam),
Saluti publicae p(opuli) R(omani) Q(uiritium) b(ovem) f(eminam). exta
|*aulicocta reddidit.*

Tabula integra litteris pulchris altis in indicibus capitum mill. 18, in ceteris mill. 8—9, rep. vere a. 1868 in vinea Ceccarelliorum.

Descripsi cum Bormanno et edidi in *Relazione* p. 53, ubi litterarum specimen depingendum curavi in tab. 1 n. 9.

Continet tabula partem dimidiam actorum a. 90, quae per duas tabulas iuxta positas continuata erant.

[1]) fratrem Arvalem, cuius nomen in RVS exeat, hac certe aetate novimus nullum: sed de lectione constat.

[2]) errore quadratarii excidit verbum *immolavitque*.

eodem die ibidem in pronao Iovis o(ptimi) m(aximi) . . . . |*. . . . frater* Arvalis, adstante collegio fratrum Arvalium, vota |pro salute et incolumitate a. 90
imp(eratoris) Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Ger|*manici pontifi*cis maximi trib(unicia) pot(estate) censoris per|petui p(atris) p(atriae) et Domitiae Aug(ustae) coniugis eius
totiusque domui eorum nomine collegi fratrum Arvalium in haec verba |suscepit:
Iuppiter o(ptime) m(axime), si imp(erator) Caesar divi Vespasiani f(ilius) |*Domitianus Aug(ustus) G*ermanicus tribunic(ia) potestate censor |perpetuus p(ater) p(atriae) et Domitia Aug(usta) coniunxs eius,
quos me sentio dicere, vivent domusque eorum incolumis erit a(nte) d(iem) |III nonas Ianuar(ias), quae proximae p(opulo) R(omano) Q(ui|ritibus), r(ei) p(ublicae) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) erunt, |et eum diem eosque salvos
*servaveris ex periculis, si qua sunt eruntve ante eum diem, e*ventumque |bonum ita, uti me sentio dicere, dederis, eosque in eo statu |quo nunc sunt,
*aut eo meliore servaveris, ast tu ea ita faxis, tum tibi nomine col*legi |fratrum Arvalium bovem auratum voveo esse futurum.
Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovi esse |*futurum, qu*od hodie vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi nomine |collegi fratrum *(sic)* bovem auratam *(sic)*
voveo esse futurum.
Minervae, quae in verba Iunoni reginae[2]) *bove aurata vovi esse futurum,* |*quod hodie* vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi in eadem verba |nomine colleg(i) fratr(um) Arval(ium) bove aurata voveo
esse futurum.
Salus publica p(opuli) R(omani) Q(uiritium), quae in verba Iunoni reginae[3]) |*bo*ve aurato vovi esse futurum, quod hodie vovi, ast tu ea ita |faxis, tum tibi in eadem
verba nomine collegi fratrum Arvalium bove aurata voveo esse futurum.
in collegio adfuerunt . . . . *L.* Venuleius Apro|nianus, L. Maecius Postumus, Q. Tillius Sassius.
*isdem co(n)s(ulibus) . . . idus Ianuar(ias) magi*sterio P. |Sallusti Blaesi II

---

[3]) pro nomine Iunonis reginae potest Iovis nomen repetitum fuisse, idque videtur confirmari eo, quod in capite ad Salutem pertinenti *bove aurato* dicitur immolatum esse. Accedit, quod in actis a. 91 re vera Iovis nomen legitur, ubi acta a. 86 et, ut videtur, etiam a. 87 Iunonem nominant. Sed ut in illis, cum victima femina tribuatur Iovi, vix dubitari potest quin neglegentia quadratarii hunc Iunonis loco in acta intruserit, ita in actis quoque a. 90 malui Iunonis quam Iovis nomen restituere, *bovem auratum* errore pro *bove aurata* scriptum esse ratus.

a. 90 *in pronao aedis Concordiae P. Sallustius Blaesus magister fratrum* Arva- |lium manibus lautis velato capite sub divo, culmine contra |orientem, deae *Diae cum collegis sacrificium indixerunt:*

*quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caesa*ri |Domitiano Aug(usto) Germanico pontifici maximo et Domitiae |Aug(ustae) coniugi eius *totique domui eorum populoque Romano Quiritibus fratribusque* Arva- |libus mihique, sacrificium deae Diae hoc anno erit a(nte) d(iem) |VIII k(alendas) Iun(ias) domi, *a(nte) d(iem) VI k(alendas) Iun(ias) in luco et domi, a(nte) d(iem) V k(a- |lendas) Iun(ias) domi.* in collegio adfuerunt P. Sallustius Blae- |sus, L. Maecius Postumus, Q. Tillius Sassius.

M. Cocceio Nerva II, ... co(n)s(ulibus)[4])

Ian. 22 |*XI k(alendas)* Febr(uarias) in Capitolio vota reddita |et nuncupata pro salute *imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) Germanici pontif(icis) |max(imi) magisterio P. Sallus*ti Blaesi II:

*Iuppiter o(ptime) m(axime) Capitoline, si imp(erator) Caesar divi Vespa- |siani f(ilius) Domitian*us Aug(ustus) Germanicus pontifex maxi- |mus tribunicia potestate censor perpetuus p(ater) p(atriae), *ex cuius incolumitate omnium salus constat,* [5]) *quem me s*entio dicere, |vivet domusque eius incolumis erit a(nte) d(iem) XI k(alendas) |Febr(uarias), quae proximae *populo Romano Quiritibus, r(ei) p(ublicae) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) |erunt, et cum diem eum*que salvom servaveris ex periculis, si |qua sunt eruntve ante eum diem, eventumq(ue) *bonum ita, uti me sentio dicere, dederis, eumque in eo statu, quo nu*nc |est, aut eo meliore servaveris, custodierisque aeternitatem im- |peri, quod susci- *piendo ampliavit, ut voti compotem rem publicam saepe facias,* ast tu |ea ita faxis, tum tibi nomine collegi fratrum Arvalium bove |aurato voveo *esse futurum. in collegio adfuerunt P. Sallustius Blaesus, L. Ma*ecius |Postumus, Q. Tillius Sassius, L. Veratius Quadratus, L. Ve- |nuleius Apronianus.

April. 23 *isdem co(n)s(ulibus)*[6]) VIIII k(alendas) Maias magisterio P. |Sallusti Blaesi II

---

[4]) ausus non sum ponere *isdem consulibus,* cum locus, quo legitur EBR, in tabula priore plura exarata fuisse indicet, nec Domitianus nisi in paucos dies fasces suscipere solitus sit: cf. *Relazione* p. 51.

[5]) cf. a. 86 et 87.

[6]) *isdem consulibus* scripsi propterea,

in luco deae Diae piaculum factum per kalatorem et publicos porcam et |agnam expiatam arborem ob vetustatem quod decidit. a. 90

. . . . *co(n)s(u*-|*libus)*[6]) *ma*gisterio P. Sallusti Blaesi II VIII k(alendas) |Iunias Mai 25

*in domo P. Sallusti Blaesi mag(istri) II fratres Arvales discumbe*ntes sa-|crificium fecerunt deae Diae ture et vino; pueri senatorum |fili patrimi

matrimi praetextati cum publicis ad aram rettulerunt.

isdem co(n)s(ulibus) VI k(alendas) Iun(ias) magisterio |P. Sallusti Blaesi II Mai 27

in luco deae Diae fratres Arvales deae Diae sacrificium fecerunt: ad |*aram* porcas piaculares duas luco coinquendi et operi faciundo |immolavit P. Sallustius

Blaesus mag(ister) II; deinde vaccam deae Diae honorariam immolavit |ante lucum in foculo P. Sallustius Blaesus mag(ister) II.

P. Sallustius Blaesus mag(ister) II, ... *L. Po*mpeius |Catellius Celer, Q. Tillius Sassius, L. Venuleius Apronianus, |L. Maecius Postumus

*in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt, sumptis*que prae-|textis et coronis spiceis vittatis lucum deae Diae ad summo-|tum escenderun*t*

et per P. Sallustium Blaesum mag(istrum) II deae Diae agnam opimam |*immolaru*nt, perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt; |deinde coronis inlatis signis-

*que unctis L. Veratium Quadratum ex Saturnalibus primis ad Sat*urnalia |secunda annuum magistrum fecerunt, item fecerunt L. Venuleium

*Apronianum flaminem. deinde in tetrastylum desci*derunt, ibique in tri-|clinio discumbentes epulati sunt ad magistrum P.

Sallustium Blaesum; post epulas riciniatus soleatus cum corona pactili |rosacea summoto supra carcares escendit et signum quadrigis

et desultoribus misit, praesidente . . . . *victores pal*mis |et coronis argenteis honoravit.

eodem die Romae domo apud mag(istrum) P. Sallustium Blaesum idem qui |in luco cenarunt.

V k(alendas) Iun(ias) domo apud mag(istrum) P. Sallustium Blaesum fra-|*tres Arvales* ad consummandum sacrificium deae Diae cenarunt |et inter cenam P. Mai 28

Sallustius Blaesus, ... L. Maecius Postumus, L. |Arruntius Catellius Celer, L. Veratius Quadratus ture et vino |fecerunt,

---

quod primum nundinum consulare quadrimestre fuisse certe probabile est: ob eandem causam capiti sequenti novorum consulum nomina praemissa fuerint necesse est.

a. 90 *ministrantibus pueris patrimis et matrimis isdem qui VIII k(alendas)* Iu- 61
|nias, et fruges libatas, ministrantibus calatoribus et publicis,
|pueri riciniati
*praetextati ad aram rettulerunt. lampadibus incensis tuscan*icas contige-
|runt, quas per calatores domibus suis miserunt.
a. 91 *M'. Acilio Glabrione, M. Ul*pio Traiano co(n)s(ulibus) III
April. 29 |k(alendas) Maias
piaculum făctum in luco deae Diae per calatorem et publicos ob ferrum
|*in*latum ut acta insculperentur magisteri P. Sallusti Blaesi II.
isdem co(n)s(ulibus)? [7]) . . . . *piaculum factum in luco deae Diae* 65
|*per ca*latorem et publicos ob ferrum elatum.

(sequitur fragmentum actorum anni 219 *in eadem tabula infra acta a.* 90 *exaratum.)*

---

[7]) angustiae hiatus videntur poscere supplementum quod recepi: obstat autem quod illa aetate consules vix possunt ultra quartum mensem fasces gessisse, nec acta intra duos dies videntur potuisse incidi.

(praecedunt acta votorum III nonas Ianuarias susceptorum; sequitur carmen:)

I *Iuppiter o(ptime) m(axime), si imperator Caesar divi Vespasiani f(ilius)* a. 91 Ian. 3
Domitianus Aug(ustus) Germanicus pontif(ex) max(imus) trib(unicia) | p(otestate)
censor perpetuus p(ater) p(atriae), et Domitia Aug(usta) coniunx [1]) eius, | quos me sen-
*tio dicere, vivent domusque eo*rum [2]) incolumis erit a(nte) d(iem) III
*non(as) Ianuar(ias), quae pr*oximae populo Romano Q(uiritibus), rei |*publicae* popu-
li Romani [3]) *Q(uiritium) erunt, et eu*m diem eosque salvos servaveris | ex pericu-
*lis si qua sunt erunt*ve ante eum diem, eventumque bonum ita
*uti me sentio dic*ere, dederis, eosque in eo statu, qui nunc est, aut eo
*meliore serva*veris, astu ea ita faxsis, tunc tibi nomine collegi
*fratrum A*rvalium bovem aurat*um* [4]) vovemus esse futurum.
*Iuno regin*a, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) bovem auratam *(sic)* |vovimus esse
*futura*m, [5]) quo*d* [6]) hodie vovimus, astu ea ita faxsis, tunc tibi in
*eade*m verba nomine collegi fratrum Arvalium bovem au-
*r*atam vovemus esse futuram.
*M*inerva, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) [7]) bovem auratam *(sic)* | vovimus esse futuram,

'*Questo frammento si conserva nell' archivio di S. Pietro, ritrovato mentre si cavavano li fondamenti del choro di S. Pietro l'anno* 1611, *e serviva per una sepoltura di un christiano antichissimamente sepolto, e si erano serviti di detta pietra per fare la sudetta sepoltura'* GRIM. In archivio basilicae Vaticanae FABR. In aditu sacrarii eiusdem basilicae muro insertum adhuc servatur.

Descripsit Bormann. Exhibent Iac. Grimaldi Vatic. 6438 c. 47; Fabretti 443, 51; 444; Marini tab. XXIIII.

Aetatem actorum patefaciunt acta a. 90, quibus L. Veratius Quadratus dicitur in annum 91 magister creatus esse: confirmant nomina consulum a. 92, sub quorum consulatu acta incisa sunt.

Paginae 1. [1]) CONIVNX,

[2]) ORVM Marinius nescio num ex lapide.

[3]) REI POPV[*li Romani*] lapis, errore quadratarii.

[4]) AVRATO id.

[5]) hic et in iis quae sequuntur constanter bos femina dicitur Iovi immolata esse, errore manifesto sive eius qui concepit sive qui in marmore incidit.

[6]) QVO lapis.

[7]) hic et in capite sequenti Iovis nomen pro Iunonis errore positum esse indicant et acta a. 86 et victima quae ei

a. 91 quod hodie vovimus, astu ea ita faxsis, tunc tibi in eadem verba I
nomine collegi fratrum Arvalium bovem auratam vovemus
esse futuram. — Salus Augusta p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiritium), |quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo)
bovem auratam *(sic)* vovimus esse futurum *(sic)*,[8]) quod hodie vovi-
mus, astu ea ita faxsis, tunc tibi in eadem verba nomine col-
legi fratrum Arvalium bovem auratam vovemus esse futurum *(sic)*.
adfuerunt in collegio L. Veratius Quadratus, L. Maecius Postumus,
P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sassius, L. Pompeius Vopiscus Ar-
runtius Catellius Celer.

isdem co(n)s(ulibus) VII idus Ianuar(ias)

in pronao aedis Concordiae fratres Arvales
sacrificium deae Diae indixerunt
magisterio (altero) L. Verati Quadrati. in pronao aedis Concor-
diae L. Veratius Quadratus magister fratrum Arvalium
manibus lautis velato capite sub divo, columine contra ori-
entem, deae Diae cum collegis sacrificium indixerunt:
quod bonum faustum felix [9]) fortunatum salutareque sit
imp(eratori) Caesari Domitiano Aug(usto) Germanico pontif(ici) maxsimo |et Domitiae
Augustae coniugi eius totique domui eorum, populo Romano
Quiritibus fratribusque Arvalibus mihique,
sacrificium deae Diae hoc anno erit a(nte) d(iem) XVI k(alendas) Iun(ias) |domo, a(nte) d(iem)
XIIII k(alendas) Iunias in luco et domo, a(nte) d(iem) XIII k(alendas) |Iun(ias) domo.
adfuerunt in collegio L. Veratius Quadratus, L. Maecius Pos-
tumus, Q. Tillius Sassius.

Mai 19 *(praecedunt actorum sacri in luco facti a. d. XIIII kalendas Iunias pars prior; sequuntur haec:)*

. . . . *in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epu-* II |*lati sunt, sumptisque praetextis et coronis*
spic*eis vittatis lucum deae Diae ad summotum escenderunt*
et[1]) per *L. Veratium Quadratum mag(istrum) deae Diae agnam opimam* |*immola-*
runt, per*fectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt. dein-*

---

immolatur femina: cf. comment. ad acta votorum annuorum p. 102.

[8]) cf. n. 5, sed nota participium genere masculino additum.

[9]) FELIX litteris paullo maioribus exaratum est.

Paginae 2. [1]) IT·lapis, quod nolim habere pro ITEM, cum constanter hoc certe loco ET in actis legatur.

II de coronis i*nlatis signisque unctis* . . . . a. 91
ex Saturnalibu*s primis in Saturnalia secunda annuum magis-*
trum fecèrunt; ite*m fecerunt* . . . . *flaminem,*
ibique [2]) in tetrasty*lum desciderunt, ibique in triclinio discumbentes*
cum sintes(ibus) [3]) epulati sunt *ad magistrum L. Veratium Quadratum.*
post epulas riciniatus so*leatus cum corona pactili rosacea sum-*
moto supra carcares esc*endit et signum quadrigis et desul-*
toribus misit. praesidente L. *Maecio Postumo (?)* [4]) *victores palmis*
et coronis argenteis honora*vit. eodem die Romae domo aput magis-*
trum L. Veratium Quadratum *idem* [5]) *qui in luco cenarunt.*
XIII k(alendas) Iunias in domo aput magis*trum L. Veratium Quadratum* Mai 20
fratres Arvales ad consumm*andum sacrificium deae Diae cenarunt*
et inter cenam L. Veratius Qu*adratus mag(ister)* . . . .
P. Sallustius Blaesus, L. Pompeius *Vopiscus Arruntius Catel-*
lius Celer, L. Iulius Marinus C*aecilius Simplex* [6]) *ture et vino* fecerunt,
|ministrantibus pueri*s patrimis et matrimis is-*
dem qui XVI k(alendas) Iunias, et fruges li*batas ministrantibus kala-*
toribus et publicis pueri ricini*ati* [7]) *praetextati ad aram rettu-*
lerunt. lampadibus incensis tu*scanicas contigerunt, quas*
per kalatores domibus suis mis*erunt.*
Q. Valerio Vegeto, P. Met*ilio Secundo (?)* [8]) *co(n)s(ulibus)*
non(is) No(vembribus) Nov. 5
magisterio (altero) L. Verati Quadrati *piaculum factum per kala-*
torem et publicos et aedituom in *luco deae Diae porcam et ag-*
nam. expiata arbor, quod vetustat*e decidit.*
isdem co(n)s(ulibus) . . . .
magisterio L. Verati Quadrati II u [9]) . . . . *in pronao ae-*
dis Concordiae collegium fr*atrum Arvalium convenerunt ibi-*
que cooptarunt fratrem Ar*valem* . . . .
in locum Q. Tilli Sassi. adfuerun*t mag(ister) L. Veratius*
Quadratus, L. Venuleius Monta*nus Apronianus, L. Iulius*
Marinus Caecilius Simplex, T . . . .
Q. Volusio Saturnino, L. Venu*leio Aproniano co(n)s(ulibus)* a. 92

---

[2]) nota hic et Dom. C. v. 13 IBIQVE scriptum esse pro solito DEINDE.

[3]) sic scriptum est pro SYNTHE-S(*ibus*).

[4]) L. Maecium Postumum nominatum fuisse conieci ideo, quod et Pompei Vopisci Arruntii Catellii Celeris et L. Iulii Marini Caecilii Simplicis nomina nimium spatium poscunt.

[5]) in fine verborum superstitum T omnes, neque tamen potest esse nisi I minus accurate exarata.

[6]) cf. v. 35.

[7]) RICINATI lapis

[8]) de nomine consulis alterius cf. Marini p. 293.

[9]) litterae non superest nisi frustulum exiguum, quod non minus bene ad litteram X quam ad V videtur referri posse.

a. 92 April. 25 VII k(alendas) Maias piaculum fac*tum* [10]) *in luco deae Diae per ka*-*latorem* ob ferrum inlatum *scalpturae et scripturae magisteri.* [11]) piaculum factum per calatorem *et publicos ob ferrum* . . . . II 37

tum et elatum scalpturae et *scripturae magisteri consummati fratrum* Arvalium [12]) 40

---

[10]) FACT Marini nescio num ex lapide.

[11]) verbum, quod in fine videtur desiderari, *consummati* omisi propter spatium nimis angustum

[12]) Marinius explevit sic: *piaculum factum per calatorem* [*ob ferrum de aede educ*]*tum et elatum scalpturae et* [*scripturae marmoris et operis perfecti, per publicos fratrum Ar*]*valium* [*porcam et agnam opimam*]; idem antea post verbum *inlatum* inserit verba *in aedem:* parum recte, opinor; per totum enim imperium Domitiani acta Arvalium nunquam dicuntur insculpta esse *in aede*, id quod non dicitur factum esse nisi anno 81. Iam vero cum dies, quo ferrum *elatum* est, in hac tabula notatus non sit, sequitur *elatum* ferrum eodem die esse quo *inlatum* erat. Uno autem die acta magisterii nec incidebantur unquam nec poterant incidi; quapropter credi potest ferrum ruptum esse eamque ob causam elatum die eodem quo inlatum erat. Nimis tamen incerta omnia quam quae in monumento restituto proponi potuerint. — Scripsi *per calatorem et publicos* ad hiatum melius explendum, quamquam in capite quod praecedit solus calator memoratur.

DOMITIANI A.

anni aut 82 aut 83 aut 84 aut 85.

(praecedit actorum diei secundi sacri Arvalium mense Maio facti pars prior; deinde sequuntur haec:)

quo sacrificio
peracto in Ca*esareo epulati sunt ad magistrum. inde magister* . . . . .
. . . . . *coron*atus riciniatus *de querceribus signum quadrigaris et desul-*
|*toribus*
misit et victores coronis ar*genteis honoravit.*
*in collegio a*dfuerunt
imperator Caesar divi V*espasiani f(ilius) Domitianus Aug(ustus)* . . . . .
*L. Venuleius (?) A*proniau*us* . . . .

Fragmentum repertum ad portam vineae Stephani Ceccarelli, quae est e regione vineae quam diximus Ceccarelliorum fratrum, deinde apud Angelum Pellegrinium, litteris altis mill. 8.

Descripsi et edidi in *bull. inst. arch.* 1862 p. 41.

Verba *Caesar divi V* (v. 5 aetatis Titi vel Domitiani fragmentum esse ostendunt. Tito autem imperante sacrum mense Maio ab Arvalibus celebratum non est nisi bis, annis sc. 80 et 81, eorumque acta nobis servata sunt, igitur Domitiano fragmentum tribuendum est. Iam vero inde ab anno certe 86 in actis formulae multo verbosiores sunt quam quales in fragmento fuerunt, de quo agimus. Quod cum actis potius respondeat sub Tito Caesare usitatis et ipsae litterae formam huius quam Domitiani aetatis magis referant, ad priores Domitiani annos, dico 82 vel 83 vel 84 vel 85 fragmentum referri potest.

DOMITIANI B.

anni incerti.

Ian. 3 *(continuatur carmen votorum annuorum III nonas Ianuarias nuncupatorum:)*

*Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovimus esse futurum, quod hodie vovi*mus,
*ast tu ea ita facxis, tunc t*ibi in eade*m* verb*a*
*nomine collegi fratr(um) Arval(ium) bove aura*ta vovemus esse futurum.
Minerva, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovimus esse futurum, quod
*hodie vovimus, ast tu ea ita facxis, tunc t*ibi in eadem verba nomine
collegi fratr(um) Arval(ium) bove aurata vovemus esse futurum.
Salus publica, quae in verba Iovi o*(ptimo) m(aximo)* bove aurato vovimus esse futu-
*rum, quod hodie vovimus, ast tu ea ita f*acxis, tunc tibi in eadem verba
*nomine collegi fratr(um) Arval(ium) bov*e aurata vovimus esse futurum.
*in collegio adfuerunt mag(ister)? L. Venuleius Mo*ntanus Apronianus, L. Pompe*ius*
Vopiscus C. Arruntius Catellius Celer, ... L. Maecius
Postumus cet.

Fragmentum repertum inter fragmenta Ursiniana in vinea nunc Ceccarelliorum VRS., postea in aedibus Farnesiorum MAR., nunc in museo Neapolitano FIOR.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Exhibent Ursinus *fragm. Cat. cet.* p. 217, 7 (inde Grut. 119, 3 ; Marini *Arv.* tab. 19; Fiorelli *catal.* 63. Ex Ursino, ut videtur, Ligorius Taur. vol. 18 f. 65′, qui interpolatum dat.

Fragmentum aetatis esse Domitiani ostendit nomen L. Venulei Montani Aproniani (v. 10). Quem cum non agnovisset Marinius, Ursinum secutus correxit STA-NVS, indicatum ratus Vipstanum Apronianum aetatique Neronianae tribuendum fragmentum esse. — A prioribus exhibentur sed iam perierunt litterae 2 in. *ib*, extr. *ver*, 3 in. *t*, extr. *um*. 7 in. *b*. Ex pagina altera non remanent nisi litterae IN, vv. 4 et 5 paginae alterius fere respondentes.

DOMITIANI C.

anni incerti.

(continuantur acta diei primi sacri deae Diae sic:)

I . . . . *co(n)s(ulibus) magisterio Ti. Tu-*
tini VI k(alendas) Iun(ias) in domo Ti. Tutini Severi mag(istri) fratres Mai 27
Arvales discumbentes sacrificium fecerunt deae Diae ture et vino. pueri
senatorum fili patrimi matrimi praetextati cum calatoribus et publicis ad
|aram retulerunt.
IIII k(alendas) Iun(ias) sacrum deae Diae in luco eius magisterio Ti. Tutini Mai 29
Severi ad aram immolavit porcas piaculares duas luco *coin-*[1]
*quiendi et operis faciundi Ti. Tuti*nius Severus; deind*e*[2] vaccam
deae Diae honorariam albam inmolavit ad foculum;
*deinde in tetrastylo consederunt et ex sa*crificio epulati sunt, sump-
*tisque praetextis et coronis spic*eis vittatis lucum deae
Diae ad summotum escenderunt et per Ti. Tutinium Se-
*verum mag(istrum) deae Diae agnam opimam im*molarunt, perfectoq(ue)
*sacrificio omnes ture et vino fecer*unt. deinde coronis
inlatis siguisque unctis L. Pompeium Vopiscum Arrun-
*tium Catellium Celerem ex Saturnali*bus primis ad Sa-
turnalia secunda mag(istrum) et . . . . flam(inem) fecerunt.
|ibique
*in tetrastylum desciderunt, ibique in tricli*nio discumben-
*tes epulati sunt ad magistrum Ti. Tutiniu*m Severum;
*post epulas riciniatus soleatus cum corona pacti*le rosacea[3])

Fragmentum repertum Romae, deinde Velitris in museo Borgiano MAR., nunc in museo Neapolitano FIOR.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Ediderunt Marini tab. XXV; Fiorelli *catal.* 65.

Fragmentum esse imperii Domitiani nomina ostendunt eorum qui adfuerunt: annus incertus est. Acta per plures paginas breviores disposita erant; quae enim ex iis remanent, superne et inferne integra sunt.

Paginae I. [1]) LVCOIN lapis, cf. a. 105.

[2]) DEINDEM id.

[3]) ROSACEAM id.

II

summoto supra *carcares escendit et* signum quadrigis e*t desultoribus misit,* praesidente L. Pompei*o Vopisco Arruntio* Catellio Celere; vic*tores palmis et coronis* argenteis hon*oravit.*

adfuerunt in collegio fr*atrum Arvalium mag(ister) Ti.* Tutinius Severus, Ti. I*ulius Candidus Marius* Celsus, A. Iulius *Quadratus, L. Veratius* Quadratus, L. P*ompeius Vopiscus* Arruntius Catellius *Celer,* . . . . nus, P. Sallustius Blaes*us, L. Venuleius* Montanus Apronianus*, C. Salvius Liberalis* Nonius Bassus.

eadem die Romae aput magis*trum Ti. Tutinium* Severum idem qu*i*[1]) in *luco, cenarunt.*

Mai 30 III k(alendas) Iun(ias) in domo aput mag(istrum) Ti. T*utinium Severum* fratres Arvales ad consumma*ndum sacrificium* deae Diae et inter cenam

Ti. Tutinius Severus mag(ister), Ti. Iulius *Candidus Marius* Celsus, A. Iulius Quadratus, L. V*eratius Quadratus* . . . . *ture et vino fecerunt cet.*

Paginae 2. [1]) QVE lapis.

DOMITIANI D.

anni incerti.

(incipit carmen votorum annuorum III nonas Ianuarias nuncupatorum sic:)

Iuppiter o(ptime) m(axime), si imp(erator) Caesar divi Vespasiani f(ilius) Domitianus Aug(ustus) Germanicus pontif(ex) max(imus) *trib*(unicia) [1] |*pot(estate) censor perpetuus p(ater) p(atriae) et Domitia Aug(usta)* coniunx eius, quos me sentio *dicere, vivent domusque* eorum [2]) incolumis erit a(nte) d(iem) *III* [3]) *non(as) Ianuar(ias)* |*quae pro*ximae populo Romano Q(uiritibus), rei *p(ublicae) populi* [4]) *Romani* |*Quiritium erunt cet.*

Fragmentum, quod quo loco repertum sit non indicatur.

Codex Barberinius XXXI, 26.

Fragmentum imperio Domitiani tribuendum esse collata ostendunt acta a. 86. 87. 90.

1) IRIAII traditur.
2) ///OAVM item.
3) III item
4) REI · TOTV item.

DOMITIANI E.

anni incerti.

(pertinet ad indicem eorum qui sacro cuidam adfuerunt.)

*L. Iulius Marinus Caecil*ius Sim*plex*, ...
. . . . *C. Salvius Libe*ralis Noni*us Bassus.*
SV

Fragmentum anno 1868 in vinea Ceccarelliorum effossum. Descripsi et edidi in *Relazione* p. 82.

Nomina commemorata aetatem Domitiani indicant.

IMP. CAES. NERVA TRAIANUS GERMANICUS DACICUS PARTHICUS.

I *imp(eratore) Caesare Nerv*a Traiano *Aug(usto) German*(ico) II*II*, a. 101
*Q. Articuleio P*aeto *co(n)s(ulibus)*
magisterio
Ti Claudi Sacerdotis Iúliani
III non(as) Ianuar(ias) Ian. 3
in Capitolio ad vota solvenda et nuncupanda pro salute imp(eratoris) Cae- |saris Nervae
Traiani *Aug(usti) Germanici fratres Arvales convenerunt. hac die im- |molatu*m no*n est.* [1])
adfuer*unt in collegio Ti. Claudius Sacerdos Iulianus, M. Valerius Tre- |*bicius Decia*n*us,
P. [2]) Salvi*us Liberalis* No*nius Bassus, Q. Fulvius Gillo Bittius Proc*ulus, |L. Maecius Pos-
tum*us, Ti. Iulius Ca*ndidus *Marius Celsus, L. Iulius Mar*inus Caecilius |Simplex, Ti.
Catius Caesius Fronto, C. Caecil*ius Strabo.*
isdem consu*libus VII (?) idus* Ianuar(ias) Ian. 7?
in prona*o aedis Concordia*e f*ratres Arvales sacrifici*um deae Diae indixe- |runt, ibique
Ti. Claudius *Sacerdos* Iu*lianus mag(ister) fratr(um) Arval(ium) mani- |bus lau*tis velato capite sub diu, cul-

Fragmenta tabularum duarum reperta annis 1867. 1868. 1869. 1871 in vinea Ceccarelliorum, litteris pulchris altis mill. 10.

Tab. 1 descripsi cum Bormanno. Edidi fragmentum versuum 57—62 in *ann. inst. arch.* 1867 p. 280, 20; item fragmenta quae continent partes versuum 1 et 2, 7—23, 10—14, 16—21, 52—74 in *Relazione* p. 58 *a b c e* et p. 60; totam tabulam exceptis fragmentis paucis, quae post reperta sunt, in *bull. inst. arch.* 1869 p. 114—117. Litterarum imaginem depingendam curavi in *Relazione* tab. 2 n. 10.

[1]) supplementum hoc desumpsi ex actis a. 105.

[2]) Salvio Liberali praenomen *Publii* datur in hac tabula bis (cf. v. 71), item in tabula altera, praenomen *Gai* semel (v. 21). *Gaius* appellatur in actis antiquioribus omnibus.

a. 101 mine contra or*ientem sacrificium deae Diae cum collegi*s i*ndixit:* quod I |bo*n*um faustum felix fortunatum sa*l*utare*que sit i*mp(eratori) C*aesari Nerrae Traiano* |Aug(usto) Germ(anico) *totique* domui eius, populo Romano Quiriti*b*us, fratribus *Arvalibus: sacrificium* |deae *Diae hoc*

Mai 17.19.20 anno erit XVI k(alendas) Iunias domi, ante diem XIIII k(alendas) |Iun(ias) i*n luco et domi, ante diem XI*II k(alendas) Iun(ias) |d*omi. ad*fuerunt in colleg(io) Ti. Claudius Sacerdos Iulianus, Ti. Iu*lius Candi*|*dus Marin*s Celsus C. Ca*ecilius* Strabo, L. Iulius Marinus Caecilius Simplex, M. Valer*ius Tre*bicius De|cianus, Q. Fulvius *Gillo* Bittius Proculus, C. [2]) Salvius *Liber*alis Nonius Bassus, L. Maecius |Postumus, *Ti.* [3]) Catius Ca*esius Fronto.*

Q. Articuleio *Pacto*, Se*x. Att*io Suburano co(n)s(ulibus)

Mart. 25 VIII k(alendas) Apr(iles) in Capitoli*o pro salute et redit*u et victoria |imp(eratoris) Caesaris Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici) *vota nuncupaverunt fratres* Arvales in |haec verba, quae infr(a) s(cripta) s(unt):

Iuppiter o(ptime) m(axime), te precamur qua*esumus obtestam*urque, uti |tu imp(eratorem) Caesarem divi Nervae filium Nerva*m* [4]) Traianum Aug(ustum) Germ(anicum), prin*cipe*m paren|tem(que) nostrum, pont(ificem) m(aximum) tribun(icia) po|test(ate) p(atrem) p(atriae), quem nos sentimus *dicere, e*x is |locis provincisq(ue), quas terra*e* [5]) marique adierit, bene adque feliciter i*ncolumem red*ucem victoremq(ue) |faci*a*s, earumq(ue) rerum ei, quas nunc agit actur*usve est, bonum eventum* des, |adque in eo statu, quo nunc est, aut eo meliori eum conserve*s eumque reduce*m incolumem |victoremq(ue) primo quoq(ue) tempore in urbem Romam sis*tas, ast tu ea ita facsi*s, |tunc tibi nomine coll(egi) fratrum Arvalium bove aurato vovimu*s esse futurum. Iu*no regina, |quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) pro salute et reditu et vi*ctoria imp(era*|*toris) Caesaris di*vi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici), principis parentisq(ue) nostr*i, pont(ificis) ma*|*x(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris)* p(atriae) bove [6]) aurato |vovimus

---

[3]) II errore quadratarii.

[4]) NERVA lapis.

[5]) TERRAS id.

[6]) BOVEM id.

esse futurum, quod hodie vovimus, astu *ea* ita fa*csis, tunc tib*i in eadem |verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) bove aurat(a) vovim(us) [7]) esse futurum. |Minerva, *q*uae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) pro salute et red(itu) et victoria imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Ner|vae Traiani Aug(usti) Germ(anici), principis parent(is)que nostri, pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) |bov*e* [8]) aurato vovimus esse futurum, quod hodie vovim(us), astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) |Arval(ium) bovem *(sic) aurata* vovim(us) [7]) esse futur(um). Iovis victor, quae in verba I(ovi) o(ptimo) |m(aximo) *pro salute et red(itu) et victoria* imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Ger|m(anici), p*rincipis parentisque nostri, pont(ificis)* max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) aur(ato) vovi|m(us) esse futur(um), quod ho*die vovimus, astu ea ita facsis, tunc* tibi in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) bov(e) *au*|*r(ato) vovim(us)* [7]) *esse futur(um).* Salus rei pub(licae) p(opuli) R(omani) Quiritium, quae in verba I(ovi) |o(ptimo) m(aximo) p*ro sal(ute) et* itu [9]) et red(itu) et victor(ia) |imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici) p*rin*|cipis parentisq(ue) nostri, pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) aur(ato) vovim(us) esse |futur(um), quod hodie vovim(us), astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) bove aurata |vov(imus) esse futur(um). Mars pater, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) *pro* itu [10]) et red(itu) et |victor(ia) imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici), principis parentisq(ue) nostri, pont(ificis) ma|x(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) aur(ato) vovim(us) esse futur(um), quod hodie vov(imus), astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba no|mine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) tauro aurato vovim(us) esse futurum. — Mars victor, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salute et red(itu) et victor(ia) imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae |Traiani Aug(usti) Germ(anici), principis parentisq(ue) a. 101

---

7) sic legitur omnibus locis, quibus plenius expressum est: unde restitui ibi quoque, ubi breviatum extat.

8) BOVEM lapis.

9) potuit esse REDITV errore quadratarii bis positum: sed etiam Marti patri vota dicuntur nuncupata esse pro *itu et reditu* (v. 48).

10) ITV lapis omisso verbo *pro*.

a. 101 nostri, pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov*e* |aur(ato)[11]) vov(imus) esse fútur(um), quod hodie vovim(us), |astu ea ita faesis, tunc tibi in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) tauro |aurato vovim(us) esse futur(um). Victoria, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salute et reditu et |victor(ia) imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici), principis parentisq(ue) nostri, pon|t(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) |aur(ato) vovimus esse futur(um), quod hodie vovim(us), astu ea ita faesis, tunc tibi in |eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) bov*e* aur(ata) vovim(us) esse futur(um). Fortuna |redux, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro sal(ute) et reditu et victor(ia) imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae |Traiani Aug(usti) Germ(anici), princ(ipis) parentisq(ue) nostri, pont(ificis) max(imi) tr(ibunicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) |bov(e) aurato vovim(us) esse futur(um), quod hodie vovi|m(us), astu ea ita faesis, tunc tibi in ead(em) verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) |bov(e) aur(ata) v*o*vim(us) esse futur(um). Vesta mater, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro sal(ute) et re|d(itu) et vict(oria) imp(eratoris) Caesaris divi Nervae f(ili) |Nervae Traian(i) Aug(usti) Germ(anici), princ(ipis) parentisq(ue) n(ostri), pont(ificis) ma|x(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) aur(ato) |vov(imus) esse futur(um), quod hodie vov(imus), astu ea ita faesis, tunc tibi in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Ar|val(ium) bov(e) aur(ata) vov(imus) esse futur(um). Neptune pater, quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro sal(ute) et |reditu et victor(ia) imp(eratoris) Caesar(is) divi Nervae f(ili) |Nervae Trai(ani) Aug(usti) Germ(anici), princ(ipis) parentisq(ue) n(ostri), pont(ificis) m(aximi) tri|b(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) aur(ato) vov(i|mus) esse futur(um), quod hodie vov(imus), *astu ea*[12]) ita |faesis, tunc tibi in eadem verba nom(ine) coll(egi) fratr(um) Arv(alium) tauro aur(ato) |vov(imus) esse futur(um). — Hercules victor, quae in verba

---

[11]) BOVEM AVR lapis: potest igitur scriptum fuisse pro BOVEM AVR*atum*, sed cum antea bis BOVEM AVRATO errore in tabula incisum sit, hoc quoque loco malui de errore cogitare; cf not. 6 et 8. Idem dicendum est de v. 58, nisi quod bos femina ibi commemoratur.

[12]) verba ASTV · EA om. lapis

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro sal(ute) et red(itu) et victor(ia) imp(era- |toris) Caesaris divi Nervae f(ili) Nervae[13]) Traian(i) Aug(usti) |Germ(anici) princip(is) parentisq(ue) n(ostri) pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris) p(atriae) bov(e) au- |r(ato) vov(imus) esse futur(um), quod hodie vov(imus), astu |ea ita faesis, tunc tibi in eadem verb*a*[14]) nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) tauris aur(atis)[15]) *(sic)* |vov(imus)[7]) esse futur(um). adfuer(unt) in coll(egio) L. Maecius |Postumus, L. Iulius Marinus Caecilius Simplex, P.[2]) Salvius Liberalis Nonius Bassus, |Ti. Catius Caesius Fronto, C. Caecilius Strabo, Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus. a. 101

Q. Servaeo Innocente, M. Maecio Celere co(n)s(ulibus)

VI k(alendas) Mai(as) in luco deae Diae arbores expiatae, quod vetustate |vel vi maiori deciderant, porcis et April. 26

(exibat tabula prior: in altera sequebantur haec:)

agnis, struibus fertisque per Ti. Claudium Sacerdotem Iulianum mag(istrum) |ministrantibus publicis cet.

a b

isdem (?) co(n)s(ulibus) . . . .

in *luco deae Diae magisterio Ti. Claudi Sacerdotis Iuliani piaculum fac- |tum*, quod arbor vetustat*e deciderat, porcam et agnam, struibu*s fertisq*ue per calatorem* et publicos eor*um.*

isde*m co(n)s(ulibus)* . . . .

magisterio Ti. Claudi Sac*erdotis Iuliani* Earin*us* . . . . *publicus loco* Saturnini Venuleian*i ad fratres Arvales adlectu*s est[1]).

isde*m co(n)s(ulibus)* . . . .

magisterio Ti. Claudi Sac*erdotis Iuliani, de* Earino . . . . *pu- |blico epistula* missa fratribus Arvalibu*s ab imp(eratore) Caes(are) divi Nervae f(ilio) |Nerva Trai*ano *Aug(usto) Germ(anico)* signo signata caput Augus*ti quod exprimit, in qua sic scriptum fuit:*

---

[13]) NERVA lapis.

[14]) VERRA id.

[15]) vix recte pro TAVRO AVRATO.

Tabulam II descripsimus Bormann et ego. Edidi partem maiorem fragmenti *a* et fragmentum *c* in *Relazione* p. 58 *d* et *f*; pars versuum 8—14 fragmenti *a* et fragmentum *b* postea accesserunt.

Fragmenta esse a. 101 ostendunt et magister Ti. Claudius Sacerdos et litterae tabulae prioris valde similes.

a b [1]) de supplementis cf. a. 87 pag. 2. 13. 14, et comment. de actis adlectionum publicorum p. 158.

a. 101 imp(erator) Caesar divi Nervae f(ilius) Nerva *Traianus Aug(ustus) Germ(a-* II
|*nicus) pont(ifex) max(imus) trib(unicia) pot(estate) co(n)s(ul) IIII*
collegis suis salutem. cum sit *omnibus (?)* . . . . *mani-*
festum erga vos . . . . meu . . . .
nostrum inci . . . . ie . . . .
modum inceti . . . .
*imp*ensa mea [2]) . . . .

c.

Traian [1]) . . . .
adfuer*unt in collegio Ti. Claudius Sacerdos Iulianus* . . . .
P. Salv*ius Liberalis Nonius Bassus,* . . . . . . *L. Maecius Pos-*
tum*us* . . . .
c. . . . .

[2]) litteras ab imperatore missas et ipsas spectasse ad adlectionem publici nomen Earini in v 8 servatum indicat: adlectos autem publicos esse ex litteris imperatorum ostendunt acta a. 118. De singulis fracto lapide non constat. — De signo quo signata erat epistula, cf a 118 et 120.

c [1]) cum de sacro, cui fragmentum tribuendum sit, non constet, ne nomen quidem Traiani apparet utrum nominativo, an genitivo, an alio casu scriptum fuerit.

*Ti. I*ulio Can*d*ido Mario Celso II. a. 105
*C. A*ntio A. Iulio Quadrato II co(n)s(ulibus)
magisterio
M. Valeri Tre*bi*ci Decia*ni*

I III non(as) Ianuar(ias) Ian. 3

in Capitolio ad vóta solvenda et nuncup(anda) pro sa*lute* imp(eratoris) Caésaris Nervae Traiani Aug(usti) Germanici Dacici fratrés Arvalés convenerunt. hác die immolatum non est. adfuerunt in collegio M. Valerius Trebicius Decianus mag(ister), L. Maecius *Postumus, Ti. C*atius *Caesius Fr*onto, C. Caecilius Strabo, ... us, Ti. Iulius Candidus Ma*rius Celsus, C. Antius A. I*ulius Quadratus, Ti. Iulius Can*didus.*

is*dem co(n)s(ulibus) V*II [1]) idus Ian(uarias)

*in pronao aedis Con*cordiae fratrés Arvales sa*crum deae Diae i*ndixerunt, ibique *M. Valerius Trebici*us Decianus mag(ister) mani*bus lautis capite ve*lato sub divo, culmi*ne contra orientem cum collegis deae Diae sacrificium indixerunt sic in hunc an*num:

quod bonu*m faustum felix fort*unatum*q(ue) sit* imp(eratori) Caesari Nerv*ae Traiano* Aug(usto) Germ(anico) Da*c(ico)* |*totiq(ue)* domui eius, p(opulo) R(omano) Q(uiritibus) fratribusque Arval(ibus), |*sacrificium*

Tabula composita ex fragmentis plurimis in vinea Ceccarelliorum effossis a. 1867. 68. 69. 70, litteris longioribus, altis in pagina 1 mill. fere 16, in pagina 2 mill. 13—15.

Descripsi cum Bormanno. Edidi fragmenta tria, quae complectuntur partes unum indicis et paginae 2 vv. 1 et 2, alterum paginae 1 vv. 40—42, tertium paginae 1 vv. 43—46 in *ann. Inst. arch.* 1867 pp. 281. 282 290 nn. 21. 22. 27; totam tabulam exceptis paucis quae annis 1869 et 1870 effossa sunt frustulis in *Relazione* p. 62. Imaginem litterarum paginarum 1 et 2 depingendam curavi ibd. tab. 2 nn. 12 et 12*a*.

Pagina 1. [1]) potest etiam fuisse *III idus:* cf. comment. ad acta indictionis p. 5.

a. 105 Mai 17. 19. 20 deae Diae hoc anno erit ante diem *XVI k(alendas) Iuni*as d*omi*, ante diem XIV k(alendas) Iunias in luco et dom*i*, *ante* diem XIII |k(alendas) Iun(ias) domi. adfuerunt in colleg(io) M. V*aler*ius Trebicius Decianus, Ti. Iulius Candidus Ma*rius Celsus*, C. Antius A. Iulius Quadratus, L. Macc*ius Postumus, Ti.* Iulius Candidus, Ti. Catius Caesius *Fronto, C. Caecilius* Strab*o*, Q. Fulvi*us Gillo* Bitt*ius Proculus*.

isdem c*o(n)s(ulibus)* . . . .

in aedem Conco*rdiae fratres Arvales convenerunt* ibique referen*te M. Valerio Trebicio Deciano mag(istro) ad* collegas de arbor*ibus lauribus in luco deae Diae, quod* a tempestatibus per*ustae essent, placuit piaculo fac*to caedi. adfuerunt in c*ollegio M. Valerius Trebicius De*cianus, Q. Fulvius Gillo *Bittius Proculus*, *Ti. Iulius* Candidus Marius Celsus, Ti. *Iulius Candidus, P. Metilius* Sabinus Nepos.

isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) . . . . . .

in luco deae Diae piaculum factum *ob arbores lau*rus caedendas, quod tempestatibus perusta*e erant*, porcis et agnis, struibus fertisque per M. Valer*ium* Trebicium Decianu*m mag(istrum)*, ministrantibus public*is*.

C. Iulio Basso, *Cn. Afr*anio Dextro co(n)*s(ulibus)*

Mai 17 *XVI k(alendas)* Iun(ias)

in domo aput M. *Valerium Trebicium Decia*num mag(istrum) *f*ratres Arvales sacrifi*cium deae Diae ture* vino fecerunt, ibique discumbentes *toralibus segmenta*tis *sa*crificium ture vino fecerun*t. pueri patrimi matrimi prae*textati cum publicis ad ara*m rettulerunt Cornelius Dola*bella Veraniá*nus* . . . . ., D. Valer*ius* . . . ., . . . *Valeri*us Catullus Mes*sallinu*s, T. Vin . . . . *spo*rtulis cenatum *est denaris centenis*.

in colleg(io) [1]) adfuerunt M. Valerius Trebic*ius Decianus, L. Maccius Po*stumus, Ti. Iúlius Candidus *Marius Celsus, P. Metilius Sab*inus Nepos, Ti. Iúlius Candidus, Q. Fulvius *Gillo Bittius* Proculus, Ti. Catius Caesius Fronto, C. Antius A. Iúlius *Qua*dratus, C. Caecilius Strabo.

Mai 19 isdem co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iún(ias)

in lúco deae Diae M. Valerius Trebicius Decianus mag(ister) ad áram immolavit porcas piaculares duas lúco *co*inquendi [2]) operis faciundi, ibique M. Valerius Trebicius Decian*us vac*cam honorariam albam ad foculum deae Diae immo*lavit ibi*-

---

Pagina 2. [1]) . . . C· lapis. [2]) LV́COINQVENDI id.; cf. Dom. C.

II que sacerdotes in tetrastylo consederunt et ex sacr*ificio epulati* sunt, sumptisque praetextis et coronis spiceis vitt*atis lucum de*ae Diae summoto ascenderunt et per M. Valerium Trebicium De*cianum mag(istrum) agnam opimam immolarunt, perfectoq(ue) sacrificio omnes ture vino fecerunt. deinde corónis inl*atis signisque un*ctis Ti. Iúlium Candidum Caecilium Simplice*m ex Saturnalibus* primis in Saturnalia secunda annu*um* [3]) ma*gistrum fecerunt*, ibique in tetrastylo discumbentes epul*ati su*nt apud M. Vale*rium Trebicium Decianum mag(istrum); post epula*s* riciniatus solia*tus* corona pactile rosacia M. Valerius Trebicius Decianus sum*moto* supra carcares adscendit et signum quadrigis desulto*ribus* misit. praesidentibus L. Maecio Postumo, Ti. Iul*i*o Candido *Mario* Celso, P. Metilio Sabino Nepote, Ti. Iulio Candido, Q. Fulvio *Gillone* Bittio Proculo, Ti. Catio Caesio Frontone, C. Antio A. Iulio Qua*drato, C. Cae*cilio Strabone, victores palmis et coronis argenteis *honorar*unt. adfuerunt isdem q(ui) s(upra). a. 105

*i*sdem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas) Iun(ias) Mai 20

aput M. Valerium *Trebicium De*cianum mag(istrum) fratres Arval(es) ad *sacrum* consum*mandum* deae Diae et inter cenam M. Valerius *Trebicius* Decian*us mag(ister), L. Maecius* Postumus, Ti. Iulius Can|didus Ma*rius Celsus, P. Metilius Sabinus* Nepos, Ti. Iulius Candidus, Q. Fulvius *Gillo Bittius Proculus, Ti. Cat*ius Caesius Fronto, C. Antius A. Iuli*us Quadratus discumbente*s ture vino fecerunt, ministr*antibus pueris patrimis et matr*imis senatorum filis isdem *q(ui) s(upra)*, *et fruges libatas* ministrantibus calator*ibus*, *pueri riciniati praetextati* [4]) c*um* publicis ad aram re*ttu*lerunt; *deinde lampadibus incensis t*uscanicas contigerunt, quas *per* ca*latores do*mo *sua* [5]) *miserunt. a*dfuerunt in collegio idem *q(ui) s(upra). hoc* anno ce*natum est sportulis denaris cen*tenis.

isdem co(n)s(ulibus) . . . *no*n(as) Iun(ias)

in Capitolio ad vota suscipi*enda pro it*u et reditu *imp(eratoris)* Caesa*r*is Nervae Trai*ani fr*atres Arvales conve*ne*runt *et vota nuncuparunt*, praeunte M. Annio V*ero*, *in ea verba quae infra s(cripta) s(unt):*

Iuppiter o(ptime) m(axime) vi . . . .

---

[3]) ANNVM lapis.

[4]) supplementum *praetextati* desumpsi ex a. 118, cum ad explendum hiatum non sufficiat solum vocabulum *riciniati*; cf. comm. ad acta diei tertii sacri deae Diae p. 42.

[5]) fortasse *domibus suis;* cf. l. c. p. 43.

a. 117 . . . . *Nigro*, . . *Caninio (?) Rebilo*[1]) Apro*niano co(n)s(ulibus)*
magisterio
*P. Metili Se*cundi
Ian. 3 *III non(as)* Ianuar(ias)
in Capitolio ad vota solvenda et nuncupanda pro salute imp(eratoris) Cae-
|*sa*ris Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici) Dacici Parthici
|fratres *Arvales convenerunt.*
adfuerunt in collegio P. Metilius Secundus mag(ister), Q. Fulvius Gillo
|Bittius Proculus, M. Valerius Trebicius Decianus, I*ulius Can-*
|*didus (?).*
Ian. 11 *isdem co(n)s(ulibus)* III idús Iánuar(ias)
*in pronao aedis Concordiae fratres Arvales sacrum deae Diae indix*erunt,
|ibique P. Metilius Secundus magister manibus lau*tis*[2]) *capite*
|*velato sub divo,*
culmine contra orientem, cum collegis deae Diae sacrificium indixit:
quod bonum faustum felix fortunatumque sit imp(eratori) Caesari Nervae
|*Traiano Aug(usto) Germ(anico)* Dacico Parthico tot'que domui
|*eius, po*pulo Roma*no Quiritibus fratribusque*
Arvalibus: sacrificium deae Diae hoc anno erit ante d(iem) XVI k(alen-
Mai 17. 19. 20 |*das) Iun(ias) domi, ante d(iem) XIIII k(alendas) easdem in*
|*luco et* domi, ante *d(iem) XIII k(alendas) ea*sdem domi. ad-
|fuerunt *in* collegio[3]) P. *Metilius Secundus mag(ister),*

Fragmenta duo eiusdem tabulae olim in pavimento basilicae S. Pauli MARG. FABR nunc *a* in claustro coenobii S. Pauli servatur, *b* periit.

Descripsi fragmenti *a* partem superstitem versus complexam 4—10, versuumque 11—16 partem posteriorem, eandemque exhibet Marinius tab. XXVI; versus 1—8 adiuncta parte v. 10 habet Margarinius *inscr. bas. S. Pauli* n. 595, vv. 4—8 Fabretti 445, 52. Fragmentum *b* versuum 11—16 partem priorem totosque versus qui sequuntur continens referunt Margarinius l. c. n. 594; Fabretti 445, 53; Marini tab. XXVII.

Cum Traianus dicatur Parthicus (5. 10), non possunt ante a. 116 acta incisa esse. Anno autem 117 fasces gesserunt Niger quidam et Apronianus: itaque cum v. 1 litterae supersint APRO, huic anno fragmentum tribuendum est.

Vv. 1—3 solus servavit Margarinius; Marinius perperam ad hanc tabulam pertinuisse negat, nec omnino perspexit fragmenta *a* et *b* eiusdem tabulae esse.

[1]) LBILO Marg. quae litterae cognomen videntur indicare *Rebili* gentis Caniniae proprium. C. Caninii Rebili consules fuerunt a. 709 et 742.

[2]) LAVIIS lapis.

[3]) ADFVERVNT COLLEGIO id.

. . . ., M. Valerius Trebicius Decianus, L. Antonius Albus, a. 117
|Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus.
. . . . co(n)s(ulibus)
XVI k(alendas) Iunias Mai 17
in domo aput P. Metilium Secundum mag(istrum) fratres Arvales sacri-
|ficium deae Diae ture vino fecerunt, ibique discumbentes to-
|ralibus albis segmentatis sacrificium ture vino
fecerunt. pueri patrimi matrimi praetextati cum publicis ad aram rettu-
|lerunt [4]) C. Statius Capito Arrianus Praetextati, L. Vitrasius
|Aequitas, ... [5])
adfuerunt in collegio P. Metilius Secundus mag(ister), M. Valerius Tre-
|bicius Decianus, Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti.
|Iulius Candidus.
isdem co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iun(ias) Mai 19
in luco deae Diae P. Metilius Secundus mag(ister) ad aram immolavit
|porcas piaculares duas luco coinquendi et operis faciundi,
|ibique P. Metilius Secundus mag(ister) vaccam honorariam
albam ad foculum deae Diae immolavit, ibi(que) sacerdotes in tetrastylo
|consederunt et ex sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis
|et coronis spiceis vittatis lucum deae Diae
summoto ascenderunt et per P. Metilium Secundum mag(istrum) agnam
|opimam [6]) immolaverunt, perfectoque sacrificio omnes ture vino
|fecerunt; deinde coronis inlatis
signisque unctis M. Valerium Trebicium Decianum [7]) mag(istrum) annuum
|fecerunt; ibique in tetrastylo discumbentes epulati sunt aput P.
|Metilium Secundum mag(istrum). post epulas riciniatus soliatus
corona pactile rosacea P. Metilius Secundus mag(ister) supra carcares
|adscendit et signum quadrigis et desultoribus misit. praesiden-
|tibus Trebicio Deciano et . . . . [8]) victores palmis
et coronis argenteis honoravit.
isdem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas) Iun(ias) Mai 20
aput P. Metilium Secundum mag(istrum) fratres Arvales convenerunt ad
|sacrum consummandum deae Diae. inter cenam Metilius Secun-
|dus mag(ister)
. . . . [9]) discumbentes ture vino fece-
|runt, ministrantibus pueris patrimis et matrimis senatorum filis cet.

---

4) . . . A·RETTVLERVNT id.

5) pueri licet sacris soleant adesse quaterni, hoc tamen loco scripta non fuisse videntur nisi nomina tria.

6) IMMA Marg. Fabr.

7) cf. a. 118.

8) duos praesedisse et acta a. 118 et angustiae hiatus videntur probare.

9) lapide fracto interciderunt alia discumbentium nomina.

TRAIANI A.

anni incerti.

(pertinet ad acta diei secundi sacri mense Maio in luco facti et restituendum est sic:)

. . . . *ibique in tetrastylo discumbentes epulati sunt apud*
M. Arrium Re . . . . . . *mag(istrum). post epulas riciniatus soliatus cum*
|*corona pactili rosacea*
L. Iulius Mari*nus Caecilius Simplex promag(ister) summoto supra car-*
|*cares adscendit et signum quadrigis*
et desu*l*toribu*s misit. praesidentibus* . . . .
|. . . . . v*ictores palmis et coro-*
|*nis argenteis honoravit.*

Fragmentum repertum in vinea Ceccarelliorum a. 1870.

Descripsi.

Ad imperii Traiani annos priores videtur referendum esse, cum litterarum forma actorum a 101 simillima sit, Iulius autem Marinus actis certe posterioribus non commemoretur.

IMP. CAESAR TRAIANUS HADRIANUS AUGUSTUS.

*imp(eratore) Caesar*e Tr*ai*ano Ha*dr*iano a. 118
*A*ug(usto) II,
Cn. ***Pedanio*** Fusco ***Sal***inatore co(n)s(ulibus)
III non(as) I*anuar(ias)* Ian. 3
magisterio
M. V*al*eri Treb*i*ci ***D***eciani.

I *in Capitolio votorum* nuncupandorum causa *pro salute*
imp(eratoris) Caesaris divi Traiani Par*thici f(ili) divi Nervae*
*nepotis Traia*ni Hadriani ***Augusti p(atris) p(atriae) fratres***
Arvales convenerunt M. Valeri*us Treb*icius ***De-***
cianus mag(ister), Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus, Ti.
Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti. Iulius Candidus,
Ti. Iulius Alexander Iulianus, L. Antonius Albus, P.
Metilius Secundus.
isdem co(n)s(ulibus) VII id(us) Ian(nuarias) Ian. 7
in pronao aedis Concordiae ad sacrificium deae Diae indi-
cendum fratres Arvales convenerunt, ibique M. V***alerius***
Trebicius Decianus magister manibus lautis *velato*
capite sub divo, culmine contra orientem, cu*m collegis*
suis indixit: quod bonum faustum fel*ix fortu-*
natum salutareque sit
imp(eratori) Caesari divi Traiani Parthici filio divi Ner*vae nep(oti)*
Traiano Hadriano Augusto totique dom*ui*
eius, populo Romano Quiritibus fratribusque Ar*vali-*
bus, sacrificium deae Diae hóc annó erit ante diem
VI k(alendas) Iun(ias) domi, ante diem IIII k(alendas) Iun(ias) in Mai 27.29.30
|*l*uco et domi,
ante diem III k(alendas) Iún(ias) domi consummabitur. *a*dfuerunt
in collegio M. Valerius Trebicius Decianus mag(ister),
Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti. Iulius Candid*us,*

Tabula composita ex permultis frustulis perquam exiguis effossis in vinea Ceccarelliorum annis 1868 et 1869, litteris bonis altis mill. 7—9, altioribus in indice et rubricis.

Descripsimus Bormann et ego. Edidi in *Relazione* p. 65; cf. fragmenta nonnulla l. c. pp. 69 et 82, quae suis in ipsa tabula locis nunc collocavi. Accesserunt fragmenta nonnulla postmodo effossa. Litterarum formas depingendas curavi l. c. tab. 2 n. 13.

a. 118 L. Antonius Albus, P. Metilius Secundus.

Febr. 26 isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Mart(ias)

in pronao aedis Concordiae habita sollemni prec*atione* per M. Valerium Trebicium De*c*ianum mag(istrum) in locum *P.* Metili Nepotis L. Iulium Catum ex litteris imp(eratoris) C*aesaris* Traiani Hadriani Augusti fratrem Arvalem cooptaverunt et ad sac*r*a vocaverunt, ibique tabulae aperta*e signo signatae quod* exprimit kaput Augusti, *in quibus* scriptum *fuit:* imp(erator) Caesar Traianus *Hadrianus* Aug(ustus) fra*tribus Arval*ibus collegis suis *salutem. in locum P. Me*tili Nepotis col*leg*am nobis meá senten*tia coopto L.* Iulium Catum. *ad*fuerunt in collegió M. V*alerius Treb*icius Decianus mag(ister), Ti. Iulius Candidus Caec*ilius Simplex*, Ti. Iul*ius* Candidus, Ti. Iulius Alexan*der Iulianus*, *L. Iulius* Catus.

Mart. 6 isd(em) co(n)s(ulibus) pr(idie) non(as) M*art(ias)*

*i*n luco deae Diae piaculum factum ob arb*orum caeden*darum causa *(sic)*, quae tempestate vel vi maiori decide*rant* porcis et agnis, *s*truibus fertisque per M. Valerium Trebicium Deci*anu*m mag(istrum) II et publicos Arva*lium*.

imp(eratore) Caesare Traiano Hadriano Au*g(usto) II*, C. Ummidio Quadra*to co(n)s(ulibus)*

Mai 27 VI k(alendas) *I*unias

in domum M. Valeri Tr*eb*ici Deciani mag(istri) fratre*s Arvales* praetext*a*ti sacri*f*icium deae Diae ture v*ino fecerunt* ibique discumbentes toralibus albis segmen*tatis sacri*ficium ture vino fecer*un*t; puer*i* patrimi *et matrimi* senatorum fili praetextati cum publicis ad *aram* rettulerunt Statiu*s* Capitó, M. Pompeius A . . . ., Q. Gav*ius* Stat*ius* Helvius Pollio, M. Antoniu*s Pri*mus (?) Pr . . . us. adfuerunt in collegio M. Valeriu*s T*rebicius *De*cianus mag(ister), Ti. Iulius Candidus, Ti. Iu*liu*s Alexander *Iuli*anus, L. Antonius Albus, L. Iulius Ca*t*us.

Mai 29 i*s*dem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Iún(ias)

in luco de*ae Dia*e M. Valerius Trebicius Decianus magister *a*d aram immolavit porcas piaculare*s d*uas luci coinquendi et operis faciundi, *ibi*que vacc*am honorar(iam)* alb*am* *a*d foculum deae Diae imm*o*lavit; *ibique sacer*dotes in tetrastylo consederu*n*t e*t ex sacrificio epulati* sunt, sumptisque praetextis et coronis *spiceis vittatis* lucum deae Diae summoto adscenderu*nt et per mag(istrum) M.* Valerium Trebicium Decianum *e*t per Ti. Iu*lium*

II *Candidum flaminem agnam opimam* imm*o*larunt, perfectoque *sacrificio omnes ture vino* fecerunt. *dei*nde coronis in*latis signisque* un*ctis Ti. Iulium Candidum* Caecili*um* Simpli*cem ex Saturnalibus* prim*is in Saturnalia sec*unda magi*str*um an*nuum* fecerunt, ibique in *tetrastylo* d*iscumbentes* aput Trebicium Decianum magistrum epulati sun*t. post epulas* riciniatus solia*tus* corona *pactil*e rosacia Trebiciu*s Decianus mag(ister)* summo*to supra* carcere*s ascen*dit et signum q*uadri*garis *et desultoribus misit;* pra*esid*entibus Iulió Candi*do*, *A*ntonio *Albo victores palmis et coronis a*rgenteis honoravit. a*dfu*erunt in collegio isd*em q(ui) VI k(alendas) eàsd(em).* a. 118

isdem *co(n)s(ulibus)* III *k(alendas) I*un(ias) Mai 30

in domum M. Valeri T*rebici De*ciani *mag(istri)* fratres Arvales *ad consummandum s*acrum deae Diae conv*enerunt*, ibique inter *cenam Valerius T*rebicius Decianus mag(ister), Iuliu*s Candid*us, Iuliu*s Alexander Iulianus, Ant*onius Alb*us, Iul*ius Catus ture vino f*ecerunt, mi*nistr*antibus* pueris p*atrimis et mat*rimis senator*um filis* isdem q(ui) *VI k(alendas) easd(em), et* fruge*s libatas ministr*antibu*s* kalatoribus pueri *ric*iniati praetex*tati cum pu*blicis *ad a*ram re*ttuler*unt; deinde lampadibus incensis tuscani*cas con*tigerun*t*, quas per k*alatores do*mo sua miserunt. adfuer*unt in collegio i*sdem qu*i IIII k(alendas) easdem. hoc a*nno sportulis cenatum est denaris cent*enis.*

L. *Po*mponio Basso, L . . . inio B*arbar*o (?) co(n)s(ulibus) VI i*dus* . . . . .

in C*apitolio* ob advent*um* [1]) i*mp(eratoris)* Caesaris *Traiani Hadriani Aug(usti) fratres Arvales* convenerunt, ib*i*que Trebicius Decianus mag(ister) *collegi fratr(um) Arval(ium) n*omine *immol(avit) Io*vi o(ptimo) m(aximo) bovem mar(em), *Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti vacca*m, Marti ultori *taurum, Victoriae vaccam. adfuerunt in* colleg(io) Trebicius *Decianus mag(ister)* . . . ., *Ti. Iulius Alexander I*ulianus, *L.* Antonius *Albus.* *isdem* [2]) *co(n)s(ulibus)* . . . . *A*ug(ustas)

in pronao aedis Concordiae fratres Arvales convenerunt ad cooptandum *imp(eratorem)* Caesarem H*adrianum Aug(ustum) in locum imp(eratoris) Caesaris Tr*aiani Parthici p(atris) p(atriae)

Pagina 2. [1]) sacra ob adventum Augusti quod bis (cf. vv. 24 seqq et 52 seqq.) celebrata sint quo modo explicandum sit, v. comm. ad acta sacrificiorum ob causas singulares factorum p. 80.

[2]) angustiae hiatus indicant eosdem etiamtum consules fuisse.

a. 118 *cumque* ad sacra *vocaverunt*; ibique *tabulae apertae* II

. . . . . . ADSAA [3]) . . . .

(exciderunt versus nescio quot lapide fracto)

. . . .

in pronao aedis Concordiae habita sollemni precatione per Tre*bicium Decianum mag(istrum) in locum* Caecili *Strabonis* C. Vitorium Hosidiu*m Getam ex lit*teris imp(eratoris) Caes(aris) Nervae Traiani optimi Au|g(usti) Germ(anici) D*ac(ici) Parth(ici fratrem Arva*lem cooptavérunt et a*d s*acra vocaverunt, *ibique* ta*bulae apertaé* signó signatae quod *e*xprimit Marsy*am et Olympum* su*ringe ca*nentes [4]), in quibus sc*riptu*m fuit: imp(erator) Caes(ar) N*erva* Traianus op*timus Aug(ustus) Germ(anicus) |Dac(icus) Parth(icus) fratribus* Arvalib*us* collegis suis *salutem. in locum C. Caecili* Strabonis *nobis* me*a sententia collegam coopto C. Vitorium* Hosidium *Getam. adfuerunt in colleg(io) Trebicius Decianus magister*, Iulius Can*didus cet.*

(versus nonnulli exciderunt fracto lapide)

. . . . *adfuerunt in collegio?*

. . . . us, Iuli*us* [5]) . . . .

isdem co(n)s(ulibus) p*ridie* . . . . . .

*in Capitolio ad sol*venda *vota ob* . . . . *fratres Arvales* convener*unt, ibique Trebicius Decianus mag(ister) immolavit nomi*ne colleg(i) f*ratrum Arvalium Iovi o(ptimo) m(aximo) b(o|vem) m(arem), Iunoni reginae vacca*m, Minervae *vaccam cet.* . . . . . .

(fracto lapide exciderunt versus nonnulli)

. . . .

*in Capitolio iussu (?permissu?) imp(eratoris) Caes(aris) Traiani Had*riani |Aug(usti) fratres

---

[3]) litterarum reliquiae quo modo explendae sint non perspicio. Ceterum fragmentum, quod est

. . . . . ESAREMI . . . . .
. . . . AD SACRAV . . . .
. . . . ADSAA

non constat, num recte collocatum sit. At fragmenta quae sequuntur vv. 35—45, 46—52, 53—58 tribuenda quidem sunt mensi Augusto vel Iulio exeunti, cum praecedat mentio Augusti et paullo post commemoretur mensis September: certo tamen loco non adsignatur nisi fragmentum vv. 35—45, cuius frustulum exiguum habemus paginas 1 et 2 coniungens (1, 36 et 2, 39. 40. 41); cf. *Relazione* p. 68 n. 1. Quamquam igitur in eo litterae leguntur Traiani Augusti anno 117 vita functi, de loco eius non licet dubitare.

[4]) de hoc supplemento cf. comm. ad acta cooptationum p. 156.

[5]) vv. 46 seqq. fieri potest ut cum iis qui praecedunt ita cohaereant, ut litterae . . . VS IVLI*us* pars fuerint ipsius v. 45: qua de re cum nihil certi affirmari possit, fragmenta malui separatim proponere.

II Arvales convenerunt, ibique Trebicius Decianus mag(ister) ob adven- a. 118
tum eius[1]) immol(avit) nomine collegi fratrum Arvalium Iovi o(ptimo)
|m(aximo)
b(ovem) m(arem), Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti
publicae vaccam, Marti ultori taurum, Victoriae vaccam
. . . . adfuerunt in collegio Trebicius
Decianus mag(ister) cet.

(fracto lapide exciderunt versus nonnulli)

. . . .
adfuerunt in collegio Trebicius Decianus mag(ister) . . . .
. . . . Ti. Iul(ius) Candidus . . . .
. . . . T. Haterius Nepos, L. Iul(ius) Catus.
isdem co(n)s(ulibus) . . . k(alendas) Sept(embres)
allectus ad fratres Arvales in locum Gemelli Memmiani publici
fratr(um) Arval(ium) ex litteris imp(eratoris) Caes(aris) n(ostri) Iustus
|Bruttianus publicus.
imp(eratore) Caes(are) Traiano Hadriano Aug(usto) III, a. 119
|A. Platorio Nepote co(n)s(ulibus)
. . . . in luco deae Diae piac(ulum) fact(um) ob ferrum inlatum
|scriptur(ae) et scalptur(ae)
magisteri consummati Trebici Deciani porcis et agnis struib(us) fertisq(ue)
|per kalatorem eius . . . . et publicos fratrum Arvalium.
. . . . o Gallo co(n)s(ulibus) VII . . . . . .
in luco deae Diae piac(ulum) fact(um) ob ferrum elatum script(urae) et
|scalpt(urae) magisteri consummati
Trebici Deciani porcis et agnis, struib(us) fertisque per kalatorem eius
. . . . et publicos fratrum Arvalium.

. . . . . Traian . . . Hadrian . . .
immolavit? . . . .
quod imp(erator) Caesar Traianus Hadrianus Aug(ustus) . . . .
|adfuerunt in collegio
. . . . . Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus, C. Vitorius Hosidius Geta.

Fragmentum parvulum propter litterarum formam ad secundam, ut videtur, paginam tabulae huius referendum, quod propter paucitatem eorum quae remanent nec iusto loco collocari nec restitui potest.

(praecedebant acta diei primi sacri deae Diae)

a. 119 . . . .
. . . . . . T. Al . . . .
. . . . [1]) *adfuerunt in collegio*
C. Vitorius [2]) *Hosidius* [3]) Geta promag(ister), *Ti. Iulius* [4]) Cand*idus* [5]) . .
| . . . .
M. Valerius Iunianus, Volusius Saturninus, P. Corneli*us Geminus*, . . .
| . . . ., *M. Fabius Iulianus*
Heracleo Optatianus [6]). Isdem co(n)s(ulibus) *IIII k(alendas) Iun(ias)*
Mai 29 in luco deae Diae Ti. Iulius Iulianus Alexander promag(ister) [7]) *ad aram*
|*immolavit porcas piaculares duas*
luci coinquiendi et operis faciundi, ibique vaccam ho*norariam* [8]) *albam*
|*ad foculum deae Diae immolavit,*

In domo Achillis Maphaei MET. (6038). — In domo Gentilis Delphini Romae fragmentum repertum ad pontem Palatinum in Transtiberina regione PIGH. — Locum non indicant MET. (6037). LIG.

Exhibent Metellus Vatic. 6037 f. 24' et 6038 f. 26 (cui fere respondet Ligorius Neap. l. 34 p. 176) et Pighius Leid. Luzac. p. 117 (inde Smet. 35, 1 et Grut. 124, 1, ex eoque Marini tab. XXXV).

Ad annum 119 pertinere inde apparet, quod qui magister factus est in annum subsequentem C. Vitorius Hosidius Geta anno 120 magisterio functus est: cf. acta a. 120. — Dedi fere exemplum Metelli (6038).

[1]) versus tres qui praecedunt, solus Marinius dat nescio unde desumptos.

[2]) C·VICTORIVS Pigh., C·VIIORI . . . Met. (6037).

[3]) IVST . . . . Met. (6038), Lig., om. Met. (6037) et Pigh.

[4]) GETA·ET . . . . . CAND iidem, GETA·PROMAG·ET . . . . . . CAND Met. (6038), Lig.

[5]) alius est Candidus distinguendus a magistro huius anni; cf. index personarum.

[6]) OPTIANVS Grut. errore.

[7]) qui hoc loco pro magistro dicitur fecisse Ti. Iulius Iulianus Alexander, non liquet, utrum idem fuerit atque Ti. Iulius Iulianus is, qui postea proflamen dicitur. Quod si ponimus, dicendum est eum, absente Hosidio Geta ab initio sacri, huius vice functum esse: quod qui minus probat et pro duobus putat habendos esse Iulianum et Iulianum Alexandrum, pro nomine Hosidii Getae versu quoque 7 Alexandri nomen debet reponere. Cogitari etiam potest de errore sive quadratarii sive eius qui descripsit, ut v. 4 pro *pro mag.* emendetur *pro flam.*; sed sacrum in luco a magistro vel promagistro fit. Legitur autem PROMA apud Met. (6037) et Lig., PER PROMAG apud Pigh.

[8]) HOS Met. (6038), HOST Lig., HO Met. (6037), Pigh. recte.

ibique sacerdotes in tetrastylo [9]) consederunt et ex sacrifici*o epulati* a. 119 |*sunt, sumptisque praetextis et coronis* spic*eis* [10]) vit*t*atis [11]) lucum deae Diae summoto ascenderun*t et per C.* |*Vitorium Hosidium Getam promag(istrum) et per* Ti. Iulium Iulianum proflamine*m a*gnas [12]) opimas immol*arunt* [13]), *per-* |*fectoque sacrificio omnes ture et vino* fecerunt. deinde coronis inlatis signisque unctis C. V*itorium Hosidium* |*Getam ex Saturnalibus primis* in Saturnalia secunda mag(istrum) . annuum fecerunt. [14]) ibique i*n* [15]) |*tetrastylo discumbentes cet.* [16])

---

[9]) TETRASTVLO Pigh.
[10]) SPICIS omnes.
[11]) VITIATIS omnes.
[12]) FLAMINE·MAGNAS item.
[13]) IMMOLA Lig.
[14]) ANNVVM·IN . . . RVNT Pigh.
[15]) IBIQVET id.
[16]) in fine addit Lig.: . . . . SVIA . . . .

a. 119 C. Heren*nio* *Dol*abella,[1])
L . . . . l . . . , . *R*ufo co(n)s(ulibus)
*magist*erio
*C. Vit*ori Hosidi Ge*t*ae

Dec. 23 X k(alendas) Ianuar(ias)
in consecra*tionem* *M*atidiae Aug(ustae)[2]) socrus imp(eratoris) Caesaris |Traiani Hadriani Aug(usti) unguenti p(ondo) (duo) nomine collegi frat*rum* *Arvali*um per C. Vitorium Hosidium Getam mag(istrum) |missum; turis p(ondo) (quinquaginta) item nómine calátor*um*.

a. 120 L. Catilio Severo II, T. Aurélió Fulvó co(n)s(ulibus) |III no*n(as) Ian(uarias)*

Ian. 3 in Capitólió votorum nuncupandórum causa pro salute imp(eratoris) Cae- |saris divi Traiani Parthici Hadriani *(sic) fili* divi Nerváe nepotis Traiani Hadriáni Aug(usti) fratres Arváles con- |vénérunt C. Vitorius Hosidius Geta *mag(ister),* M. Valerius Trebicius Decianus, Ti. Iúlius Candidus Caecilius Simplex, |Ti. Iulius Candidus, L. Antonius *Albus,* T. Haterius Nepos, L. Iulius Catus.

Ian. 7 isdem co(n)s(ulibus) VII idus |Ián(uarias) in pronaó aedis Concordiáe ad sacrificium indicendum deae Diae fratres |Arvales convenerunt, *ibique* C. Vitorius Hosidius Geta mag(ister) manibus lautis vélató capite sub |divo, culmine contra orientem, *cum* collegis suis indixit:

Tabula magna marmorea, quae pro operculo adhibita erat in sepulcro coemeterii positi in colle vineae Ceccarelliorum, ibique effossa a. 1868: accesserunt pauca fragmenta annis 1869 et 1870. Litterae altae mill. 8—10, altiores in indice tabulae et in rubricis capitum.

Descripsi cum Bormanno et edidi in *Relazione* p. 70, exceptis frustulis nonnullis postea repertis. Formas litterarum depingendas curavi l. c. tab. 2 n. 14.

[1]) de cognomine non satis constat: eius enim non remanent nisi litterae ɪPELLɪ. Fuerunt autem consules a. 119: annus enim magisterii Hosidii Getae cum incipiat a Saturnalibus huius anni, sacra exeunte mense Decembri facta in acta debebant referri anni subsequentis.

[2]) cf. comm. ad acta sacrorum ob causas singulares extra ordinem factorum p. 88.

quod bonum faustum felix fortúnátum salutareque sit imp(eratori) Cae- a. 120 |sari divi Traiani Parthici f(ilio) divi *Nervae* nepoti Traiano Hadriano Aug(usto) pont(ifici) máx(imo) totique domui |eius, populo Románó Quiritibus fratribusque Arvalibus, sacrificium deae Diae hóc annó erit ante diem VI k(alendas) Mai 27.29.30 |Iún(ias) domi, ante diem IIII k(alendas) Iún(ias) in luco et domi, ante diem III k(alendas) Iún(ias) domi consummabitur. adfuerunt in |collegió C. Vitorius Hosidius Getá magist(er), M. Valerius Trebicius Decianus, Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, |Ti. Iulius Candidus, L. Antonius Albus.

isdem co(n)s(ulibus) VII idus Febr(uarias) Febr. 7

in pronaó aedis Concordiae habita sollemni precatióne per C. Vitorium |Hosidium Getam mag(istrum) in locum Q. Bitti Proculi P. Manlium Carbonem ex litteris imp(eratoris) Caesaris divi |Traiani Parthici f(ili) divi Nerváe nepotis Traiani Hadriani Aug(usti) fratrem Arválem cooptarunt et ad sacrá vocaverunt; |ibique tabuláe apertae signo signatae, quod exprimit *ca*put Aug(usti), in quibus scriptum fuit: imp(erator) Ca*e*sar |Traianus Hadrianus Aug(ustus) fratribus Arvalibus collégis *suis* salutem. in locum Q. Bitti Proculi collegam nobis meá |sententia coopto P. Manlium Carbonem. adfuerunt in collegió C. Vitorius Hosidius Getá mag(ister), Ti. Iulius |Candidus Caecilius Simplex, L. Antonius Albus, P. Manlius Ca*rbó*.

C. Poblicio Marcelló, T. Rutilió Propinquo co(n)s(ulibus) |VI k(alendas) Iún(ias) Mai 27

in domum C. Vitori H*o*sidi Getae mag(istri) fratres Arvales convenerunt, |ibique praetextáti sacrificium deae Diáe ture vino fecerunt; *ibi*que discumbentes torálibus albis segmentátis |sacrificium ture vinó fecerunt, quod pueri patrimi et matrim*i se*nátorum fili praetextáti cum publicis ad |aram rettulérunt C. Statius Ceriális, L. Iulius Flavianus, Q. Gavius He*lv*ius Pollió, C. Sentius Aburnianus. adfuerunt |in collégio C. Vitorius Hosidius Getá magist(er), M. Valerius Trebicius Deciánus, Ti. Iulius Candidus Caécilius Simplex, |Ti. Iulius Candidus, L. Antonius Albus, L. Iulius Catus, P. Manlius Carbó.

isdem có(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Iún(ias) Mai 29

in lucó deae Diaé C. Vitórius Hosidius Geta mag(ister) ad aram immó- |lávit porcas piaculares duas luco coinquiendo et operis faciundi, ibique vaccam honórariam albam ad foculum deae |Diae immolavit; ibique sacerdotes in tetras-

a 120 tylo consederunt et ex sacrifició epulati sunt, sumptisque praetextis et
|coronis spiceis vittatis lucum deae Diae
summoto adscen*derunt et per C.* Vitorium Hosidium Getam mag(istrum)
|et per L. Iulium Catum proflaminem agnas opi-
mas immolarunt, *perfectoque* sacrifició omnes ture vino fecerunt. de-
|inde coronis inlatis signisque unctis
T. Haterium Nepotem *ex Sat*urnálibus primis in Saturnalia secunda
|mag(istrum) annuum fecerunt, ibique discum-
bentes in tetrastyló a*pud* C. Hosidium Getam mag(istrum) epulati sunt.
|post epulas riciniatus soliatus corona pactile
rosaceá Hosidius Geta mag(ister) summoto supra carcares ascendit et
|signum quadrigis et desultoribus misit;
praesidentibus Trebicio Deciano et Antonió Albo, victores palmis et
|coronis argenteis honoravit.
ibique cum aditi essent frátres Arvales á Bittio Callistrató nomine
|Bitti Thalli calatoris Bitti Proculi,
petente ut ei ob introitum redderetur, quaereretur que an legitimi ca-
|latoris loco habendus esset, qui
*in numero calato*rum sine introitú fuerat, placuit, cum calator accessio sit
|sacerdotis, semel ob introitum inferri
*debere, licet alius ca*lator ab eodem sacerdote substitueretur [3]). adfue-
|runt in collegio idem qui VI k(alendas) easdem.

Mai 30 *isdem* co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias)
*in domum C. Vitori Hosidi Getae mag(istri) fra*tres Arvales in consum-
|mandum sacrum deae Diáe conv*enerunt* ibique inter
*cenam C. Vitorius Hosidius Geta, Trebicius D*eciánus, Iulius Candidus
|Simplex *(sic)*, Iulius Candidus, An*tonius A*lbus, Iulius
*Catus, Manlius Carbo ture vino fecer*unt, ministrantibus pueris patrimis
|et matrimis sen*atorum filis isdem*
*q*ui VI k(alendas) *easdem, et fruges libatas mi*nistrantibus calatoribus
|pueri riciniati cum *publicis ad aram*
*rettulerunt; deinde lampadibus in*censis tuscanicas contigerunt, quas
|per calatore*s domo sua miserunt.*
*ad*fuerun*t in collegio idem q*ui IIII k(alendas) easdem. hoc annó spor-
|tulis cenatum est (denaris) centenis.

a. 121 M. . . . . *F*austo, Q. Pomponio Marcello co(n)-
April. 7 |s(ulibus) [4]) VII id(us) Apr(iles)
*in luco deae Diae pi*aculu*m fact*um ob ferrum inlatum scripturae et scal-
|ptúráe magisteri con*summati C. Vitori*
Hosidi Getae porcis et agn*is,* struibus fertisque per publicos et cala-
|torem eius Hosidium Achilleum.

---

[3]) cf. comm. ad acta de substitutione calatorum p. 160.

[4]) consules sunt nundini secundi anni 121.

T. Pomponio An*ti*stiano, L. Pomponio Silvano co(n)s(u-|libus V . . . . ***Maias***[5]) a. 121
in luco deae Diáe piaculum *fa*ctum ob ferrum elatum scripturae et scal-|pt*urae magisteri consu*mmati C. Vitori Hosidi Getae *p*orcis et agnis, struibus fertisque per publicos et cala-|tórem *eius Hosidium A*chilleum.

---

[5]) consules tertii nundini anni eiusdem. Cum elatio ferri paullo post inlationem fiat, non potest excidisse nisi mensis Maius.

a—e . g.

a. 122 Ian. 7 isdem co(n)s(ulibus) VII idus Ianuar(ias)
in pronao aedis Concordiae ad sacrificium indicendum deae Diae fratres
|Arvales convenerunt, ibique
P. Cornelius Geminus mag(ister) manibus lautis, velato capite sub divo,
|culmine contra orientem, cum collegis suis indixit:
quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caesari
|divi Traiani Parthici f(ilio) divi Nervae
nepoti Traiano Hadriano Aug(usto) pontifici maximo patri pat(riae) to-
|tique domui eius, populo Romano Quiritibus, fratribusque
Mai 27.29.30 Arvalibus: sacrificium deae Diae hoc anno erit ante diem VI k(alendas)
|Iun(ias) domi, ante diem IIII k(alendas) Iun(ias) in luco et
|domi, ante
diem III k(alendas) Iun(ias) domi consummabitur. adfuerunt in collegio
|P. Cornelius Geminus, ..., M. Valerius
Iunianus, C. Vitorius Hosidius Geta . . . .
A. Larcio Macedone, ... Verre co(n)s(ulibus)
Mai 27 |VI k(alendas) Iun(ias)
in domum C. Vitori Hosidi Getae per P. Cornelium Geminum mag(istrum)
|fratres Arvales praetextati deae Diae ture
vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus segmentatis sacrificium ture
|vino fecerunt. pueri patrimi matrimi
senatorum fili praetextati cum publicis ad aram rettulerunt. adfuerunt
|in collegio P. Cornelius Geminus mag(ister), ...
. . . . us, P. Vitellius Saturninus. isdem co(n)-
Mai 29 |s(ulibus) IIII k(alendas) Iun(ias)

Fragmenta *a b c d e f* reperta in vinea Ceccarelliorum annis 1858. 1868. 1869 litteris satis bonis: *g* narrat MELCHIORRIVS ab Aloisio Biondi marchione anno 1835 in vinea paullo ultra miliarium alterum viae Cassiae effossum esse: errore, puto, cum Biondium, qui de via Campana scripsit (cf. exordium, ubi de luco Arvalium agitur p. XII), consentaneum sit vineas ad hanc sitas diligenter perscrutatum esse eoque tempore fragmentum illud repperisse. Heredes Biondii dono dederunt museo Capitolino, in quo frustra quaesivi.

Descripsimus *a b c d e f* Bormann et ego. Edidi partem fragmenti *a* in *annalibus Inst. archaeol.* 1858 p. 52, partem reliquam eiusdem et fragmentum *f* in *Relazione* p. 73, *e* ibd. p. 81: *b c d* postea effossa sunt; — *g* edidit Melchiorrius *appendice agli atti e monumenti de' fratelli Arvali, Roma* 1855 p. 35.

in luco deae Diae M. Valerius Iunianus promag(ister) a*d aram immolavit* a. 122 |*porcas piaculares II luci coinquiendi et operis faciundi, ibiq(ue) vacc(am) hono*rariam albam ad focu*lum immolavit,* |*ibiq(ue) sacerdotes in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt. sumptis*que praetextis *et coronis spiceis vittatis lucum* |*deae Diae summoto ascenderunt et per M. Valerium Iunianum promag(istrum)* et per P. Manl*ium Carbonem flaminem* |*agnam opimam immolarunt, perfectoque sacrificio omnes ture vino fecer(unt).* deinde coronis *inlatis signisque unctis* . . . | . . . . *ex Saturnalib(us) primis in Satur*|*nalia secunda mag(istrum) annuum f*ecer(unt); ibiq(ue) in *tetrastylo discumbentes apud* |*P. Cornelium Geminum mag(istrum) epulati sunt. post epulas riciniat(us) soliat(us) cor(ona) pactile rosacea M. Valerius Iunianus pro*|*mag(ister) summoto supra carcares ascendit et signum quadrigis* |*et desultoribus misit cet.*

f

isdem *co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias)* Mai 30

in domum C. Vitori Hosidi Getae fratr*es Arvales ad consummandum sa*|*crum deae Diae convenerunt, ibique inter cenam M. Valerius Iunianus promag(ister), P. Metilius S*ecundus, P. Ma*nlius Carbo* . . . . | . . . . *ture vino fecerunt, ministrantibus pueris patrimis matrimis isdem* qui VI k(alendas) eas*dem cet.*

P. Manlius [Carbo] (v. 16) cum anno 120 inter Arvales cooptatus sit, ad annum posteriorem fragmenta pertinent; contra A. Larcius Macedo, cum legatus fuerit Cappadociae a. 122 (cf. *C. I. L.* 3, 310. 313; *Bull. inst. arch.* 1862 p. 68), nequit post hunc annum fasces gessisse. Iam vero ex actis anni 120 innotuerunt consules, qui anno 121 fasces tenuerunt nundini eius, quo Macedo quoque consulatum administravit: itaque nihil restat nisi ut ipso anno 122 eum credamus consulem fuisse depositisque fascibus statim provinciam petisse. Inde corrigenda quae scripsi *Relaz.* l. c.

Fragmentum *g* coniungendum esse cum *b* mihi certe dubium non est, licet a principio vv. 3 et 4 integras Melchiorrius exhibeat litteras I et T, quarum partes supersunt in fragmento *b*.

a

a. 126 . . . . *co(n)s(ulibus)*[1]) . . . .
in luco deae Diae piaculum factum *porca et agna opima, struibus fertisque ob ferrum i*nlatum scripturae et *scalpturae magisteri consummati* . . . . | . . . .[2])

eisdem co(n)s(ulibus) . . . . *in luco deae Diae piaculu*m factum porca et agna opim*a*, *struibus fertisque ob ferrum* |*elatum scripturae et scalpturae magisteri s(upra) s(cripti)*[3]).

M. *A*nnio Vero
II*I*
. . *Eg*gio *Ambibulo co(n)s(ulibus)*.

(secuta sunt indicatio magisterii, deinde acta votorum III nonas Ianuarias solutorum et susceptorum.)

b

ıE · QVOD · NON
)R VESTER
· COS
/BLICOS · ET

c

ARII
S · EST

ARINO ·
VM /

Fragmenta reperta a. 1869 in vinea Ceccarelliorum.

Descripsi cum Bormanno.

Annius Verus fasces gessit annis 106, 121, 126. Excluditur annus 106 et numero adiuncto in fine v. 7, et litterarum forma actorum a. 105; ad quae sic referenda essent capita quae praecedunt mentionem consulatus. Item reiciendus est annus 121, cum integra anni 120 acta supersint. Restat solus annus 126, quo fasces gessit Verus tertium cum Eggio Ambibulo collega.

a [1]) consules indicati erant nundini secundi a. 126, quippe quo piacula facienda essent ob scripturam actorum a. 125.

[2]) mentio eorum, per quos piaculum factum est, videtur omissa esse, cum non sufficiat spatium ad recipiendum eam nomenque magistri.

[3]) sic restitui, quod propter angustum spatium nec nomen magistri nec mentio calatoris videtur admitti posse.

b c fragmenta sunt nimis exigua quam quae restitui possint: quamquam vv. ultimi fragmenti *b* ad piaculum videntur spectare ob inlationem ferri factum, ut ad annum referenda sint 127. Versus autem priores ad litteras vel edictum imperatoris videntur pertinere.

Q. Fabio Catull*ino*, *M. Flavio Apr*o co(n)s(ulibus) VIIII k(a- a. 130
|lendas) *Martias*[1]) Febr. 21
*i*n luco deae Diae pia*culum factum ob ferrum in*latum script(urae) et
|sca*lpt(urae)*
mag(isteri) (alterius) consumm*ati L. Antoni Albi*[2]) *porcis et* agnis, strui-
|b(us) fertis*que*
per L. Antonium . . . .[3]) *calatorem et publicos fratr(um)* Arval(ium).
. . *C*assio Agri*ppa*[4]), ... Quart*ino? c*o(n)- Mart. 18
|s(ulibus) XIIII k(alendas) *Apriles*[5])
*in luco d*eae Diae pia*culum factum ob ferrum el*atum scri*pt(urae) et* scal-
|*pt(urae)* mag(isteri) *alterius con-*
summati L. Anton*i Albi porcis et ag*nis, strui*bus fertisque per L. An-*
tonium ...lbu... *calatorem et publicos fratr(um)* Arval(ium) et a*edituom?*[6]).

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum anno 1869, litteris altis mill. 8–11.

Descripsimus Bormann et ego.

Fragmenta sunt actorum magisterii a. 129.

[1]) scripsi *Martias*, quia acta magisterii anni praecedentis prioribus mensibus anni subsequentis incidi solebant: praeterea Hadriano imperante consulatus, licet non deessent quadrimestres vel trimestres, plerumque tamen fuerunt bimestres: cf. *Ephemeris epigr.* 1 p. 196.

[2]) nomen magistri anni 129 desumpsi ex v. 7 collatis actis annorum 117, 118. 120.

[3]) magistri piacula ob incisa acta magisterii consummati per suum quisque calatorem facienda curabant (cf. acta a. 120): calatores autem cum liberti solerent esse fratrum Arvalium, magistro L. Antonio bene convenit L. Antonius calator. Ex cognomine calatoris quae v. 8 servatae sunt litterarum reliquiae IBV etsi ad cognomen Albi ducunt, non potest liberto patronoque idem cognomen fuisse.

[4]) nomina consulis incerta: commemoratur tamen Cassius quidam Agrippa procurator Augusti *C. I. L.* 2, 2212, qui potest eiusdem familiae fuisse.

[5]) mensem Aprilem hoc loco reposui, quia piaculum ob elationem paucis diebus post inlationem fieri solebat.

[6]) aedituum huic loco inserui ex actis a 91, in quibus expiandae arbori aedituus adfuisse traditur.

Post spatium, ut videtur, unius versus vacuum ex versu, qui sequebatur, non remanent nisi litterae [*cae*]SARI[*s*], ex versuque subsequenti sola superest littera I. Quae litterae non possunt pertinuisse nec ad acta a. 129 terminata piaculorum enarratione, nec ad acta a. 130, cum locus, quem vacuum relictum esse coniecimus, non possit complexus esse et consulum et magisterii et diei indicationem. Videntur igitur infra acta a. 129 posteriore tempore, cum actis incidendis marmora apta deficere coepissent, acta quaedam exarata esse aetatis recentioris, ut in tabula a. 90 inscriptum est fragmentum actorum a. 219, actis autem a 155 additam videbimus partem actorum a. 213.

IMP. CAESAR T. AELIUS HADRIANUS ANTONINUS AUG. PIUS.

a. 139 *imp(eratore) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) Pio II, C. Bruttio* |*Praesente II co(n)s(ulibus)*

Ian. 3 *III non(as) Ianuar(ias)*

mag(isterio)

Ti. Iuli Candidi Caecili[1]) *Simplicis II*[2])

per promag(istrum) Ti. Iulium *Candidum*[3])

in Capitolio votorum nuncupandorum causa[4]) *pro salute imp(eratoris)* |*Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Aug(usti) Pii*

fratres Arvales convenerunt Ti. Iulius Can[5])*didus promag(ister)*, ... |. . . . . ,

Ian. 7 L. Antonius Albus, M. Licinius Nepos. *isdem co(n)s(ulibus) VII id(us)* |*Ian(uarias)*

in pronao aedis Concordiae fratres *Arvales sacrificium deae Diae in-* |*dixerunt. Ti. Iulius*

Candidus promag(ister) manibus lau*tis velato capite sub divo, columine* |*contra orientem*,

sacrificium deae Diae cum colleg*is indixit*:

In agro Fabricii Galletti (sc. in vinea Ceccarelliorum) MANVT. postea, ut videtur, apud Fulvium Ursinum VRS. Jam periit.

Ursinus ad Caton. cet. p. 219, 11 (inde Grut. 120, 3) ex eoque Marini tab. XXVIII; anonymus apud Manutium Vatic. 5237 f. 85; interpolatum Ligorius Taur. vol. 18 f. 64, schedae Antonii Augustini f. 33 manu amanuensis Ursini, omnes, ut videtur, ab ipso Ursino.

Vv. 3 priores soli exhibent Manut. Ligor. August. Reliqui versus non plane constat utrum integri ab initio sint, ut Ligorius tradit, necne: mutilos enim litterisque primis carentes exhibet Ursinus. Sed comparatis inter se versibus 1—4 ab initio certe versus 4 nihil deesse satis manifestum est: item v. 7 ineunte si quid excidisse posueris, nimis tamen exiguum spatium erit, quam quo consulum et diei mentio contineri possit. Denique v. 10 integrum ab initio esse collato v. 9 facile intellegitur, cum in fine huius pauca deficere appareat. E contrario vv. 11 12 13 ab initio mutilos esse ipsa confirmant supplementa a Ligorio admissa.

1) CAES Manut. Aug., CAESI Lig.

2) Caecilius Simplex cum magister fuerit a. 119 (cf. a. 118), iteratum magisterium ei tribui.

3) cf. a. 155.

4) CAV Lig.

5) CAES id.

quod bonum faustum felix fortu*natum salutareque sit imp(eratori) Cae-* a. 139
|*s(ari) divi Hadriani filio*
divi Traiani [6]) nepoti divi Nervae pron(epoti) [7]) *T. Aelio Hadriano An-*
|*tonino Aug(usto) Pio p(ontifici) m(aximo)*
trib(unicia) pot(estate) co(n)s(uli) II [8]) p(atri) p(atriae), principi paren-
|tiq(ue), s(enatui) [9]), *p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), fratrib(us)*
|*Arval(ibus): sacrificium deae Diae hoc anno erit*
a(nte) d(iem) XVI k(alendas) Iun(ias) domi, a(nte) d(iem) XIIII k(a-
|lendas) Iun(ias) in luco [10]) *et domi, a(nte) d(iem) XIII k(alendas)*
|*Iun(ias) domi consummabitur. adfuerunt in collegio cet.*

---

6) DIVI TRAIANI id.

7) PRONEP id. qui inter vv. 11 et 12 inserit T. AELIO · ANTONINO · AVG · PIO . PONTIF · MAX.

8) TR · POT · COS. II. id.

9) SV.. id. de SV*o*, ut videtur, cogitans.

10) LVC · D . D. id.

a. 145 imp(eratore) Caesare T. Aelio Hadria*no*
Antonino Aug(usto) Pio IIII,
M. Aelio Aurelio Caesare I*I co(n)s(ulibus)*
Ian. 3 III non(as) Ianuarias
magister*io*
M. Aeli Aureli Cae*saris*
in Capitolio votorum nuncupandorum causa cet. [1])

Trascritto da me in un vasto cimitero esistente nella vigna Viscardi quasi in faccia a S. Lorenzo fuori le mura il maggio 1768 *REGG.*

Descripsit Reggi apud Marinium sched. Vatic. 77 et *Arv.* tab. XXIX, qui parum recte explevit.

[1]) cf. acta a. 118 et 155.

C. Iulio Severo, *M. Iunio* a. 155
Rufino co(n)s(ulibus) III n*on(as) Ian(uarias)* Ian. 3
magisterio Avilli Qua*drati*
per promag(istrum) M. Fulvium Aproniunum
in Capitolio votorum nuncupandorum causa pro salute imp(eratoris) Cae- |saris Titi Aeli *Hadriani*
Antonini Aug(usti) Pii p(atris) p(atriae) fratres Arvales convenerunt |M. *Fulvius*
Apronianus promag(istro), M. Valerius Homullus, L. Claudiu*s Modestus,*
M. Fabius Iulianus Heracleo Octavianus[1]), M. Val(erius) I*unianus,*
C. Iulius Maximus, Ti. Claudius Agrippinus.
isdem co(n)s(ulibus) VII idus Ian(uarias) Ian. 7
in pronao aedis Concordiae fratres Arvales sacrificiu*m deae*
Diae indixerunt, ibique C. Iulius M*a*ximus pro mag(istro) manibu*s lautis*
velato capite sub dio *(sic)*, cu*lmine contr*a orientem, sacrifici*um deae Diae*
cum collegis suis in*dixerunt:*
quod bonum faustum *felix fortunatumque* sit imp(eratori) Caesa*ri divi* |*Hadriani filio*
divi Traiani nepoti *divi Nervae pro*nepoti T. Ael*io Hadriano Antonino*
Aug(usto) Pio p(atri) p(atriae) pontifici max*imo tribunic(ia) pot(estate)* |X*V*III *co(n)s(uli) IIII imp(eratori) II*
et M. Aelio Aurelio Caesa*ri filio totique domui eorum et senatui, po-* |*pu*lo Romano Quiritibus, fra*tribus Arvalibus: sacrificium deae* |*Diae hoc anno*
erit a(nte) d(iem) XVI k(alendas) Iun(ias) domi, an(te) d(iem) *XIIII* |*k(alendas) easd(em) in luco et domi, a(nte) d(iem) XIII k(alendas)* |*easd(em) domi con-* Mai 17. 19. 20
summabitur. adfuerunt C. *Iulius Maximus promag(istro), Ti. Claudius* |*Agrippi-*
nus, M. Valerius Iunianus.

Tabula loco operculi sepulcro imposita, effossa a. 1868 in vinea Ceccarelliorum: accesserunt pauca fragmenta reperta a. 1869. Litterae satis bonae altae mill. 9–11.

Descripsimus Bormann et ego. Edidi in *Relazione* p. 74. 75 exceptis exiguis quibusdam fragmentis postea repertis. Litterarum formas depingendas curavi l. c. tab 2 n. 15.

[1]) sic errore quadratarii pro *Optatianus*.

a. 155 C. Aucid*io* Victor*e*, ... *co(n)s(ulibus)*

Mai 17 |*XVI k(alendas) Iun(ias)* *in domum* . . . . Primi f*ratres Arvales convenerunt, ibique* |*praetexta- ti sacrificium deae Diae tu*re vino f*ecerunt, ibique discumbentes toralibus* |*albis segmentatis ture* et vino fecer*unt; pueri patrimi matrimi senatorum fili praetextati cum publ*icis ad aram *rettulerunt* . . . . gillianus, L. Lo[2]) . . . . *adfuerunt in colleg*io M. Fulviu*s Apronianus promag(istro), M. Vale*rius *Iunianus, L. Claudi*us Modestus, C. *Iulius Maximus.*

Mai 19 isdem *co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) I*un(ias) *in luco deae Dia*e M. Fulviu*s Apronianus promag(istro) ad* aram immolavit *porcas piaculares* duas luci coin*quiendi et operi*s faciundi, ibique vac- |cam ho- *norariam albam ad* foculum deae Diae im*mo*lavit. deinde sacerdotes |in tetras- *tylo consederunt et* ex sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis et |coronis *spiceis vittatis lucum* deae Diae submoto ascenderunt, et per M. Ful- |vium Apronia- *num pro mag(istro) et per L. Clau*dium Modestum pro flamine[3]) agnam |opimam immolarunt, *perfectoq(ue) sacrifici*o omnes ture vino fecerunt. deinde coronis inlatis si- *gnisque unctis Stati*lium Cassium Taurinum ex Saturnalia prima *(sic)* |in Saturna- *lia secunda magistrum* annuum fecerunt, item imp(eratorem) Caesar(em) |T. Aelium Hadrianum *Antoninum Aug(ustum) Pium f*laminem fecerunt. ibique in tetrastylo |discum- *bentes apud Avillium Q*uadratum magistrum epulati sunt. post epulas rici- *niatus soliatus cor*ona pactili rosacia M. Fulvius Apronianus pro- *mag(ister) submoto sup*ra carceres ascendit et signum quadrigis bigis *desultoribus misit; praesi*dente L. Claudium Modestum *(sic)* pro fla- |mine victo- *res palmis et coronis ar*genteis honoravit. adfuerunt in collegio M. *Fulvius Apronianus proma*g(ister), M. Fabius Iulianus Heracleo Opta- |tianus, L. Clau- *dius Modestus, C.* Iulius Maximus, M. Valerius Iunianus.

---

[2]) nomina sunt duorum ex pueris.

[3]) cum hoc loco scriptum sit *pro flamine*, antea quoque posui legendum esse *pro magistro*, praesertim cum hinc illinc puncto separentur verba *pro* et *magister*. Postea tamen legitur *proflamen* (v. 52) et *promagistri* (66), ut utraque ratione etiam in hac tabula Arvales usi sint.

*is*dem co(n)s(ulibus) XIII k(alendas) Iun(ias) a. 155

in domum . . . . Primi fratres Arvales ad consummandum sa- Mai 20
*crum deae Diae convene*runt, ibi*q*ue inter cenam Fulvius Apronianus promag*(ister)*, *L. Claudius Mod*estus *p*roflamen, Fabius Iulianus Hera|cleo, C. Iulius *Maximus, M. Valerius Iu*nianus ture vino fecerunt, ministrantibus pueri*s patrimis et matrimis s*ena*t*orum filis isdem qui XVI k(alendas) |easdem. fruges liba*tas ministrant(ibus) ca*latoribus pueri riciniati cum publicis ad ara*m rettulerunt*, *la*mpadibus accensis sacerdotes tuscanicas con *(sic)* conti*gerunt.*

isdem co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias) Mai 30

in luco *deae Diae piaculum fact*um ob arborem expiandam, quae ve*tustate deciderat, porca*m et agnam, struibus ferctisq(ue) per M. Fulvi*um Apronianum pro*magist(rum) et publicos fratrum Arvalium.

. . . . Severo, L. Iulio Severo co(n)s(ulibus)
III idus Decembr(es) Dec. 11

*in locum Ca*rpi publici Corneliani promoti ad tabulas quaestorias transscribendas substitu*tus*[4]) est Epictetus Cuspianus publicus ex litteris M. Fulvi Aproniani promagistri.

A. Avillio Urinatio Quadrato, a. 156
Straboni *(sic)* Aemiliano co(n)s(ulibus)
pridie idus Mart(ias)[5]) Mart. 6?

piaculum factum ob ferrum inlatum scalpturae magisterio *(sic)* Avilli Quadrati consummati porca et agna, struibus fertisque per Proculum calatorem et publicos fratrum Arvalium.

isdem co(n)s(ulibus) non(is) Mart(iis)[5]) Mart. 7?

piaculum factum ob ferrum elatum scriptura*e*[6]) et scal*p*turae[7]) magisteri consummati Avilli Quadrati porca et agna, struibus fertisque per Proculum calatorem et publicos fratrum Arvalium.

(sequitur fragmentum actorum anni 213, *in eadem tabula infra acta a.* 155 *exaratum.)*

---

[4] SVBSTITVS lapis.

[5]) erratum est a quadratario aut v. 69 aut v. 73, scribendumque est aut v. 69 *pridie nonas*, aut v. 73 *idibus.* Potest etiam nota diei inlationis commutata esse cum nota ferri elati.

[6]) SCRIPTVRA lapis.

[7]) SCALTVRAE id.

ANTONINI PII A.

anni incerti.

(praecedebant acta diei secundi sacri deae Diae in luco mense Maio facti; deinde:)

adfuerunt in collegio Avillius Qua-
dratus promag(ister), ... ,
Valerius Iunianus, S*tatilius Cassius Taurinus(?)*.[1])
Mai 30 (20?) *isdem co(n)s(ulibus) III (XIII?) k(alendas) Iun(ias)*
in Palatio in divorum *fratres Arvales convenerunt ad consummandum*
sacrum deae Diae, ibiqu*e inter cenam Avillius Quadratus promag(ister),*
|. . . . . . ,
Herennius Orbian*us*, ... *ture vino fecerunt, ministrantibus*
pueris patrimis et m*atrimis senatorum filis isdem q(ui) et VI (XVI?)*
|*k(alendas) easdem; fruges libatas ministrantibus calatori-*
bus pueri riciniat*i cum publicis ad aram rettulerunt. lampadibus accensis*
|*sacerdotes tuscanicas*
con*tigerunt (quas per calatores domos suas miserunt)*[2]).

(Ad sinistram intuentis e regione versuum 8 et 9 maiores supersunt litterae hae:)

ibus

(quae paginae alius videntur fuisse, ad consulatum autem referendae sunt omnibus litteris expressum.)

Fragmentum olim apud Ursinum VRS., postea apud Farnesios MAR., nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR., ubi adhuc servatur.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Ediderunt Ursinus *ad Caton. cet.* p. 221, 13 (inde Grut. 121, 2); Marini tab. XXXVII; inscript. vet. Mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 121; Fiorelli *catal.* 68. Cf. Mommsen *I. N.* p. XXII.

Cum Avillius Quadratus commemoretur in actis a. 155, in iisdem et in actis a. 119 Valerius Iunianus, fragmentum aetati fere Antonini Pii tribuendum est. Quamquam *in Palatio in divorum* Arvales etiam aetate recentiore convenire solebant, nec obstat quidquam, quo minus prioribus annis M. Aurelii assignetur fragmentum, cum nomen Avillii in actis etiam M. Aur. A legi videatur.

[1]) cf. a. 155.

[2]) verba *quas-miserunt*, cum in actis a. 155 omissa sint, possunt etiam hic defuisse.

ANTONINI PII B.

anni incerti.

(pertinet ad carmen indictionis sacri annui)

quod bonum faustum fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caesari divi
*Ha*driani *f(ilio) divi Traiani Parth(ici) n(epoti) divi Nervae pron(epoti) | T. Aelio Hadriano*
Antonino Aug(usto) P*io pontif(ici) max(imo) trib(unicia) potest(ate) | co(n)s(uli)*
patri patriae e*t M. Aelio Aurelio Vero*
Caesari filio et *toti domui eorum et senatui populoque*
Romano Quiriti*bus, fratribus Arvalibus cet.*

Fragmentum repertum in vinea Ceccarelliorum anno circiter 1858.

Descripsit de Rossi. Edidi ex apographo Angeli Pellegrini in *ann. inst. arch.* 1858 p. 52, ex exemplo Rossii l. c. 1867 p. 282.

Rettuli olim ad cooptationem M. Aurelii: sed quae tunc exposui de admisso in carmen indictionis solo imperatoris nomine (l. c. 1867 p. 284), ea detectis actis anni 155 refutata sunt.

ANTONINI PII C.

anni incerti.

a

*d*ivu*s (vel d*ivu*m)*
*c*o(n)s(ulibus) XI . . . . . [1])
*it*em . . . . .

b

is

Fragmenta in vinea Ceccarelliorum reperta.

Descripsi.

Litterarum forma videtur referre ad tabulam a. 155: sed si hoc esset, non posset inseri nisi vv. 30. 31. 32, quibus haec non recte aptantur. Quapropter non ad ipsum annum 155, sed ad eandem fere aetatem fragmenta rettulerim.

[1]) exciderunt nomina consulum vel verbum *isdem*, deinde indicatio kalendarum mensis nescio cuius.

IMP. CAESAR M. AURELIUS ANTONINUS AUGUSTUS.

*C. Bruttio Praesent*e II, Sex. *Quinctilio Condiano co(n)s(ulibus)* a. 180
*III non(as) Ian(uarias) in Capitolio in pronao Iovis optimi m*aximi fratre*s* Ian. 3
Arvales convenerunt votorum solutorum et novorum causa pro salute imp(eratoris) Caesaris M. Aurelii Antonini Aug(usti) [1] *cet. divi Antonini Pii f(ili) divi Hadriani nep(otis) divi Traiani P*arth(ici) pro*-nep(otis) cet.*

Fragmentum repertum in vinea Ceccarelliorum anno 1869, litteris altis v. 1 mill. 40, vv. 2 et 3 mill. 10 12.

Descripsi.
De supplementis cf. a. 183.
[1]) omisi ceteros imperatoris titulos, cum nec eodem semper modo referri soleant, nec quot litteras versus continuerint definiri possit.

M. AURELII A.

anni incerti inter annos 161 et 169.

Ian. 7 *isdem co(n)s(ulibus) VII idus Ianuar(ias)*

*in pronao aedis Concordiae fratres Arva*les sacrificium *deae Diae indixe-* |*runt, ibique Avillius Quadratus*[1]) *(pro?) mag(ister) manibus lau-* |*tis velato capite sub divo, columine contra orientem*[2])*:* quod bonum faustum *felix fortu-* |*natum salutareque sit imp(eratori) Caes(ari) M. Aurelio Anto-* |*nino Aug(usto) pont(ifici) m(aximo) trib(unicia) potest(ate) co(n)s(uli) proco(n)s(uli) p(atri)* |*p(atriae) et L.* Aurelio Vero Aug(usto) trib(unicia) potest(ate) |*co(n)s(uli) proco(n)s(uli) p(atri) p(atriae), totique domui eorum, et senatui, p(opulo) R(omano) Q(uiritibus) fratribusq(ue) Arvalibus, sa-* |*crificium* sollemne deae Diae er*it a(nte) d(iem) VI (XVI) k(a-* |*lendas) Iun(ias) domi, a(nte) d(iem) IIII (XIIII) k(alendas)* |*Iun(ias) in luco et domi, a(nte) d(iem) III (XIII) k(alendas) Iun(ias) domi consum*mabitur. ad- |fuerunt Avil*lius Quadratus ceteri.*

isdem *co(n)s(ulibus)* . . . .

*in luco deae Diae per C. Vitorium H*osidium[3]) *Getam promag(istrum)* |*piaculum factum est cet.*

Fragmentum olim apud Fulvium Ursinum VRS., deinde apud Farnesios MAR., nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Ediderunt Ursinus *ad Catonem* cet. p. 221, 14 (inde Grut. 121, 3), paullo accuratius Marini tab. XXXI; inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I. n. 119; Fiorelli *catal.* 66; corr. Mommsen I. N. p. XXII.

Cum L. Verus in actis nominetur, ea constat exarata esse ante a. 169, quo decessit ille. — In restituendo fragmento acta potissimum a. 183 secutus sum.

[1]) nomen sive magistri sive eius qui pro magistro erat, desumpsi ex v. 5, in cuius fine legitur AVII. Avillius Quadratus magister fuit a. 155: si igitur in hoc fragmento idem commemoratur ut magisterio fungens, addendum est *iterum.*

[2]) addi solet: *sacrificium deae Diae cum collegis indixit:* sed omissa sunt haec verba in actis a. 183, nec videntur in his actis tot vocabula locum habere.

[3]) INIA Mar., (IDNV Momms., IDIVN Fior.; excepta tamen littera M litterarum reliquiae plane certae sunt.

M. AURELII B.

anni incerti inter annos 164 et 169.

(praecedebant vota annua III nonas Januarias concepta, ad carmenque eorum pertinebant ea quae sequuntur:)

Iuppiter o(ptime) m(axime), si imp(eratorem) Caes(arem) M. Aurelium Antoninum Aug(ustum) cet. divi Antonini pii filium, divi Hadriani nep(otem), divi Traiani Parthici pronep(otem), divi Nervae[1]) *adnep(otem) o(ptimum) m(aximum) principem cet. salvom servaveris ex periculis, si qua sunt eruntve ante eum diem,* et in eo *statu quo nunc est, aut eo meliore servaveris, et imp(eratorem) Caes(arem) L. Aurelium Verum* Aug(ustum) et Lucil*lam Aug(ustam) coniugem eius* . . . . *serv*aberis *(sic)* even*tumque*[2]) *bonum ita uti nos sentimus dicere dederis, ast tu ea ita faxsis, tum tibi* nomine *collegi fratrum Arvalium b(ubus) m(aribus) duobus auratis*[3]) *vovemus esse* futurum.

Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ubus) m(aribus) duobus auratis vovimus esse futurum, *astu ea ita faxsis, tum tibi nomine collegi fratrum Arvalium b(ubus) f(eminis) duabus auratis vovemus esse* futurum.

Minerva, quae in verba Iunoni reginae b(ubus) f(eminis) duabus auratis vovimus esse futurum, *astu ea ita faxsis, tum tibi nomine collegi fratrum Arvalium b(ubus) f(eminis) duabus auratis vovemus esse futurum.*

. . . . mori[4]) . . . .

Fragmentum olim apud Fulvium Ursinum.

Edidit Ursinus ad Caton. cet. p. 218, 8 (inde Grut. 119, 4 et Marini tab. XXX).

Ad annos 164 — 169 fragmentum refert mentio Lucillae, quae anno 164 Vero nupsit. Supplementa plane incerta sunt, nec adiunxi ea nisi ut fragmentum ad vota annua referendum esse appareret. Quamquam a formulis in his usurpatis haec quidem acta valde differre facile apparet. De singulis nota haec:

[1]) cogitari posset de *Minerva*, nisi obstaret quod soli Iovi vota omnibus verbis nuncupari solent.

[2]) EVIN . . . . lapis.

[3]) duobus bubus posui immolatum iri, quia vota pro pluribus suscipiebantur.

[4]) quid hoc versu scriptum fuerit non perspicio. Nam etsi videtur post Minervae mentionem Salutis publicae non posse defuisse, litterae quae remanent MORI minime conveniunt.

M. AURELII C.

anni incerti post a. 169 et ante a. 177.

. . . . *co(n)s(ulibus)*

Ian. 3 *III non(as) Ianuar(ias)*

. . . . *(pro)mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine* |*victimis immolatis in Capitolio*

*quae superioris anni magister voverat, persol*vit et in pr*oximum annum* |*nuncupavit,*

praeeunte . . . . *in eadem verba quae inf*ra scripta sunt [1]):

I(uppiter) o(ptime) m(axime), si r(es) p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiri- |*tium), imperium Romanum, exercitus, socii,* [2]) *nationes*, quae sub |dicione [3]) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) sunt, inco*lumes*

erunt a(nte) d(iem) III non(as) Ian(uarias) quae proximae p(opulo) R(o- |*mano) Q(uiritibus), r(ei) pu*blicae p(opuli) R(omani) Quiritibus [4]) |erunt, et im*p(eratorem)*

Caes(arem) M. Aurelium Antoninum Aug(ustum) cet. p(ontificem) m(axi- |*mum) trib(unicia) p(otestate)* . . . *imp(eratorem)* . . *co(n)*s(ulem) |III p(atrem) p(atriae), divi Antonini Pii fili*um* [5]), d*ivi*

Hadriani n(epotem), divi Tr*aiani Parthici pronep(otem), divi Nervae* |adnep(otem), o(ptimum) m(aximum) principem,

quem nos sentimus dicere, ex periculis si qua sunt, erunt, servaveris |salvom incolumemque [6]) cu*m*

Fragmentum effossum in vinea Ceccarelliorum anno 1867, litteris inaequalibus altis mill. 10.

Descripsi et edidi in *Ann. inst. arch.* 1867 p. 285.

Pertinet ad aetatem M. Aurelii (cf. v. 6), consulis tertium a. 161. Qui cum solus nominatus sit (cf. v. 8), fragmentum non potest exaratum esse ante a. 170, cum anno 169 decesserit L. Verus, nec post a. 177, quo Commodus tribunicia potestate ornatus est. De supplementis, collato fragmento M. AUR. D, fere constat: de singulis nota haec:

[1]) differt formula ab iis, quae a Flaviorum fere aetate in usu erant, nec dissimilis videtur fuisse earum, quae antea adhiberi solebant: aliter enim reliquiae versuum 1 et 2 non videntur restitui posse.

[2]) supplementa haec desumpta sunt ex M. AUR. D.

[3]) DECIONE lapis.

[4]) QVIRITIBVS scriptum est pro *Quiritium* ut M. AUR. D.

[5]) FILIÓ lapis.

[6]) QVAE id.

*uxore ac liberis totaque domu Augusta ante eum diem eventum*q(ue) bo-|num *ita uti*[7]) nos *sentimus dicere, dederis, ast ita*[8]) *faxsis, tum tibi b(ubus) m(aribus) II* |*au*ratis[9]) bovemus esse *futurum. Iuno et Minerva,*[10]) *quae in verba I(ovi) o(ptimo) m(aximo) b(ubus) m(ari-*|*bus) II aur(atis) vovimus esse futurum, quod hodie* vovimus, |ast ita *feceritis, tum vobis in eadem verba b(ubus) f(eminis) II aur(atis) vove-*|*mus esse futur*um. Salus p*ublica cet.*

[7]) VTI·ITA id.

[8]) cf. v. 11.

[9]) ORATIS lapis. Cum Iovi plures victimae voveantur, sequitur una cum M. Aurelio coniugem nominatam fuisse.

[10]) Iunonem et Minervam, utpote deas Capitolinas, una nominatas fuisse angustiae ostendunt spatii, cum versu subsequenti Salus publica commemoretur, nec locus vota duabus deabus concepta complectatur nisi uno capite comprehensa. — In fine v. 12 litterae supersunt ¯IA, quae quid sibi velint non perspicio, nisi forte scriptum erat II A, sc. *bubus feminis* II *Auratis.*

M. AURELII D.

anni incerti post a. 169.

. . . . *co(n)s(ulibus)*
Ian. 3 *III non(as) Ianuar(ias)*
. . . . *magister collegii fratrum Arvalium nomine victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, persolvit et in proximum annum nuncupavit, praeeunte* . . . .
in eadem verba quae infra scripta sunt:
*Iuppiter opti*me maxime, si r(es) *p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiritium),*
*imperium Roman*um, exsercitus, so*cii, nationes*
*quae sub d*icion m *(sic)* p(opuli) R(omani) Q(uiritium) su*nt, incolumes*
*erunt a(nte) d*i(em) III non(as) Ianua*r(ias), quae proximae*
p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), r(ei) p(ublicae) p(opuli) R(omani) Qui-
|ritibus *erunt cet. cf. M. AUR. C.*

Fragmentum effossum in vinea Ceccarelliorum a. 1869.

Descripsi

Cum et litterae similes sint fragmenti C, et in utroque fragmento adhibita sit formula insolita quae est *sub dicione populi Romani Quiritium*, non videtur dubium esse quin ad eandem fere aetatem fragmenta referenda sint. De supplementis cf C.

M. AURELII E.

anni incerti.

isdem co(n)s(ulibus) IIII (XIIII) k(alendas) Iun(ias)
in luco deae Diae Ti. Iulius Frugi promag(ister) *ad aram im*mola*vit por-*
|*cas* [1]) *piaculares duas luci*
coinquiendi et operis faciundi, ibique vaccam honorariam albam ad
|foculum *deae Diae immolavit. deinde*
*sacerdotes in te*trastylo consederunt *et* [2]) ex sacrificio epulati sunt,
|sumptis*que praetextis et coronis*
spiceis vittatis lucum deae Diae submoto ascenderunt et per Ti. Iulium
|*Frugi promag(istrum) et* . . . . . .
. . . . m proflam(inem) agnam opimam inmolarunt; perfectoque
|sacrificio *omnes ture vino fece-*
*runt. dein*de coronis inlatis signisque un*ctis* [3]) C. Catelium Modestinum
|ex Sat*urnalibus primis in Sa-*
*turnalia s*ecunda mag(istrum) annuum fecerunt, et Cl(audium) Modestum
|flam(inem) nominav*erunt*, *ibique in te-*
*trastylo dis*cumbentes aput Egnatium Capitonem [4]) mag(istrum) epulati
|sunt. post epul*as riciniatus soliatus corona pactili*
submoto supra [5]) carcares ascendit et sig*num*) quadrigis bigis desul-
|tori*bus* [7]) *misit*, *praesidente ad cretam*
*L. Claudio Mo*destino [8]) victores palmis et coronis arg(enteis) honoravit.
|adfuerunt in *collegio cet.*

Fragmentum litteris pessimis: in museo collegii Romani PP. Iesuitarum MAFF. MAR BRVN. Ibi adhuc servatur.

Descripsi collata imagine lapidis a Marinio edita. Edd. Maffei *M. V.* 321, 4 (inde Donati 77, 5); Marini *Arv.* tab. XXXVI; Brunati *Mus. Kirch.* IV. Accuratam imaginem exhibet Marinius l. c.

Pertinere fragmentum ad aetatem fere M. Aurelii haec indicant: Bigae, quae commemorantur v. 9, in actis Arvalium primum reperiuntur a. 155. Eodem anno Claudius Modestus (v. 7.) pro flamine fuit. Egnatium autem Capitonem magistrum probabiliter Marinius (p. 492) suspicatus est esse virum illum consularem, qui a. fere 182 a Commodo interfectus est (Lamprid. Comm. 4).

De supplementis cf. a. 155. In singulis nota haec:

[1]) supplementa v. 1 non prorsus certa sunt.

[2]) IT lapis.

[3]) VNCLIS id.

[4]) CAPITONIM id.

[5]) SVIRA id.

[6]) SIGMVM id.

[7]) DESVLTQRIB id.

[8]) . . O ⁝ ESTINI id.

M. AURELII F.

anni incerti.

. . . . *co(n)s(ulibus)* . . . .
|*A*pril(es)
piaculum factum ob ferri inlationem scripturae et scalpturae mag(isteri)
|peracti porca et
agna, struibus fertisque per . . . . *calatorem et publicos fra-*
|*t*r(um) Arvalium.

Mai 3 . . . . *co(n)*s(ulibus) V non(as) Mai(as)
*piaculum factum ob ferri elationem script(urae) et sca*lp*t*(urae) mag(isteri)
|peracti porca
et agna, struibus fertisque per . . . . calat(orem) et publicos.

Fragmentum effossum in vinea Ceccarelliorum anno 1867, litteris similibus litterarum fragmenti H.

Descripsi et edidi in *Ann. inst. arch.* 1867 p. 291.

Ut formula *magisteri peracti*, quae in actis a. 183 primum occurrit, non multo ante hoc fragmentum exaratum esse ostendit, ita non multo post conscriptum esse indicant nomina consulum (4), quae in documentis saeculi tertii non inscribuntur nisi semel ab initio. Praeterea cum litterae similes sint fragmenti H, probabiliter aetati M. Aurelii hoc frustulum tribuitur.

M. AURELII G.

anni incerti.

Iuppiter o(ptime) m(axime), si r(es) p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiri-
|tium) cet. . . . . . incolumes erunt a(nte) d(iem) III non(as)
|Ian(uarias) quae proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), rei
pub*licae p(opuli) R(omani) Q(uiritium) erunt*, ...
|. . . . . servaveris salvom . . . . imp(eratorem)
|Caes(arem) M. Aur(elium) Antoninum Aug(ustum) cet.
pontifice*m max(imum) trib(unicia) pot(estate) . . imp(eratorem) . . co(n)-*
|s(ulem) . . . p(atrem) p(atriae), divi
Antonini *Pii filium, divi*
Hadria*ni nepotem, divi Traia-*
ni Par*thici pronepotem cet.*

Fragmentum in vinea Ceccarelliorum repertum a. 1869.

Descripsi.

Litterarum forma plane similis fragmenti M. AUR. D. ad eandem fere aetatem hoc quoque ostendit referendum esse. Pertinet ad vota annua. Cum tamen non plane conspiret cum carminibus huius aetatis, restitui nequit. Nota longiores fuisse versus priores, multo breviores eos qui sequuntur.

M. AURELII II.

anni incerti.

quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Cae-
*|s(ari) M. Aurelio Antonino Aug(usto) cet. eius*que liberis
*. . . . . senatui, populo R*omano Q(uiritibus), fra-
*tribus Arvalibus, sacrificium d*eae Diae hoc
*anno erit VI k(alendas) Iun(ias) do*mi, IIII k(alendas) Iun(ias)
in luco et domi, III k(alendas) Iun(ias) con-
*summabitur domi. adfuerunt in co*llegio Cn.
Catilius Severus? . . . .

Fragmentum litteris parum bonis, altis mill. 9, effossum in vinea Ceccarelliorum a. 1867.

Descripsi et edidi in *Ann. inst. arch.* 1867 p. 290.

Formula *consummabitur domi* non legitur in actis ante a. 183. Qui autem v. 1 commemorantur liberi imperatoris, ad aetatem M. Aurelii videntur fragmentum referre. Id confirmat etiam praenomen Gnaei (v. 6), quod cum rarum sit aetate Antoniniana, non sine probabilitate refertur ad Cn. Catilium Severum: cf. a 183. Litterarum formam similem esse fragmenti F antea diximus.

IMP. CAESAR M. AURELIUS COMMODUS ANTONINUS AUGUSTUS.

imp(eratore) Caes(are) M. Aur*elio Commodo* Antonino Aug(usto) IIII, C. Aufidio Victorino II co(n)s(ulibus) a. 183

III non(as) Ianuar(ias) Ian. 3

I in Capitolio Q. Licinius *Nepos mag(ister) collegi fra*trum Arvalium votorum solutorum et no*vorum*[1]) causa pro salute imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli !!!!!!! Antonini *Aug(usti) Pii Sar*m(atici) Germ(anici) maxim(i) p(atris) p(atriae) co(n)s(ulis) IIII fratre*s* Arvales convenerun*t Q. Licin*ius Nepos mag(ister), Cn. Catilius Severus, M. Ulpius Astius pr(actor), M. *Antonius* Iuvenis; hoc die immolavit Q. Licinius Nepos mag(ister) Iovi o(ptimo) m(aximo) bo*vem* marem, Iunoni reg(inae) bovem feminam, Minervae bovem feminam, *Sa*luti publicae p(opuli) R(omani) bovem feminam.

isdem *co(n)s(ulibus)* VII idus Ianuar(ias) Ian. 7

in pronao *ae*dis Concordiae fratres Arvales sacrificium deae Diae indix*erunt*, ibique Q. Licinius Nepos mag(ister) velato capite contra ori-

---

Tabula magna marmorea reperta una cum tabula actorum a. 80. 81, ubi vide de loco quo effossae sint (p CV). Fuit deinde in museo Albaniorum BIANCH. ex eoque in museum Capitolinum illata est GVASC. MAR. Ibi adhuc servatur. Litterae parum bonae.

Descripsi praeter ea quae ab initio paginae 1 et in fine versuum paginae 3 tectorio teguntur. Ediderunt Philippus a Turre *mon. vet. Antii* p. 388 seqq. cf. p. 94 inde Murat. 340, 2. 341. 342, 1); Guasco *M. C.* 72; Marini tab. XXXII (inde partes nonnullas desumpsit Orelli 1798. 2270).

In indice tabulae cum nunc non remaneant nisi verba *Antonino Aug* et quae sequuntur, incertum est utrum nomen Commodi abrasum fuerit, ut pag. 1 v. 3 et 12, an illaesum manserit, ut pag. 3 v. 15.

Paginae 1 vv. 1—12 tectorio oblita iam non leguntur, et a solo Turrio, ut videtur, descripta sunt verba haec: 1 *in Capitolio Q. Licinius N*, 2 *votorum solutorum et no*, 3 *M. Aureli . . . . . . Antonini*, 4 *fratre[s] Arvales conveneru*, 5 *M. Ulpius Astius pr*, 6 *Nepos mag. Iovi o m bo*, 7 *vae bovem feminam*, 8 *isdem*, 9 *in pronao*, 10 *indix*, 11 *entem*, 12 *tare*.

[1]) ET NO exhibet Turrius: probabiliter tamen coniecit Marinius p. 354 legendum esse NV*ncupandorum*, quod videtur confirmari numero litterarum.

a. 183 entem *sub* divo, columine: quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caes(ari) M. Aurelio *///////* Antonino Aug(usto) pio Sarmat(ico) Germ(anico) maximo p(ontifici) m(aximo) p(atri) p(atriae) co(n)s(uli) IIII, optimo maximoque principi, divi M. Antonini fil(io), divi Antonini nepoti, divi Hadriani pronepoti, divi Traiani Parthici abnepoti, divi Nervae *ad*nepoti [2]), senatui, p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), fratribusque Arvalibus, sacrificium deae Diae hoc anno erit ante diem XVI kal(endas) Iunias

Mai 17. 19. 20 Romae, ante diem XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco et domi, XIII k(alendas) Iun(ias) consummabitur domi. adfuerunt in coll(egio) Q. Licinius Nepos mag(ister), Cn. Catilius Severus, M. Ulpius Astius pr(aetor), M. Antonius Iuvenis.

Febr. 8 L. Tutilio Pontiano Gentiano co(n)s(ule) [3]) VI id(us) Februar(ias) in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag(ister) operis inchuandi causa, quod in fastigio aedis deae Diae ficus innata esset, eruendam et aedem reficiendam, immolavit suovetaurilibus maioribus; item ad aedem deae Diae boves feminas II, Iano patri arietes II, Iovi berbeces II altilaneos, Marti arietes altilaneos II, Iunoni deae Diae oves II, sive deo sive deae oves II, Virginibus divis oves II, Famulis divis verbeces duos, Laribus verbeces duos, Matri Larum oves duas, sive deo sive deae, in cuius tutela hic lucus locusve est, oves II, Fonti verbeces II, Florae oves II, Vestae oves II, Vestae matri oves II; ite*m* [1]) Adolendae Conmolandae Deferundae oves II; item ante Caesareum Divis n(umero) XVI [2]) verbec(es) immolavit n(umero) XVI. M. Herennio Secundo, M. Egnatio Postumo

Mai 13 co(n)s(ulibus) III id(us) Mai(as) in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag(ister) operis perfecti causa, quod arboris eruendae et aedis refectae, immolavit suovetaurilibus maioribus; item ad aedem deae Diae boves feminas II, Iano patri arietes II, Iovi verbeces II altilaneos, Marti

---

[2]) ABNEPOTI lapis.

[3]) consul est in locum imperatoris suffectus, qui solus nominatur, quod alter consul fasces retinebat.

Paginae 2 [1]) ITEN lapis.

[2]) divorum nomina enumeravimus in comm. ad piacula maiora extra ordinem facta p. 148.

ariet(es) altilan(eos) II, Iunoni deae Diae oves II, sive deo sive deae |oves II, Virginibus a. 183
divis oves II, Famulis divis verbeces II[3]), Laribus verbeces II, Matri |Larum oves II,
sive deo sive deae, in cuius tutela hic lucus locusve est, oves II, Fonti |verbeces II,
Florae oves II, Vestae oves II, Vestae matri oves II, item Adolendae |Commolendae De-
ferundae oves II; item ante Caesareum Divis n(umero) XVI verbeces |immolavit XVI.

isdem co(n)s(ulibus) XVI k(alendas) Iun(ias) in domum *(sic)* Licini Ne- |potis mag(istri) fratres Arvales praetextati Mai 17
sacrificium deae Diae ture et vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus
segmentatis, ministrantibus pueris patrimis et matrimis senatorum filis
Acilio Aviola et Acilio Severo et M. Ulpio Boetho et Cl(audio) Sul- |piciano, cum publicis
ad aram retulerunt. adfuerunt in collegio Q. Licinius Nepos mag(ister), |Cn. Catilius
Severus, T. Fl(avius) Sulpicianus, M. Antonius Iuvenis, P. Pescennius |Niger, M. Ulp(ius) Astius pr(aetor).

isdem co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco deae Diae Q. Li- |cinius Nepos mag(ister) ad aram immolav(it) Mai 19
porcilias piaculares II luci coinchuendi et operis faciendi; ibique bac- |cham *(sic)*
honorariam albam ad foculum immolavit. sacerdotes in tetrastulo
consederunt et ex sacrificio epulati sunt, sumtisque praetextis et
coronis spiceis bittatis lucum deae Diae summoto ascenderunt et per
Q. Licinium Nepotem et Catilium Severum proflaminem agna*m* opima*m*[4]) |immo-
laverunt, perfectoq(ue)[5]) sacrificio omnes ture et vino fecerunt;
deinde coronis inlatis signisque unctis Petronium Priscum ex Satur- |nal(ibus)
primis in Saturnalia secunda mag(istrum) fecerunt et Fl(avium) Sul- |picianum flaminem
nominaveru*nt, ibique in tetrastulo discumbentes apud Licinium Nepotem* |*mag(istrum)*
epulati sunt; post ep*ulas riciniatus soliatus corona pactili rosacea sum-* |*moto*
supra carceres ascendit et sig*num quadrigis*, *bigis*, *desultoribus misit;* |*praesidente*

---

3) VERBECESIISII lapis.

4) AGNAOPIMA lapis; correxi et propter formulam ordinariam, et quia in ipsa hac tabula quartus ubique casus adhibetur.

5) PERFECTQ lapis.

a. 183 Catilio Severo proflamine victores *palmis et coron(is) arg(enteis) hono-* III
|*ravit. adfuerunt in coll(egio)*
Q. Licinius Nepos mag(ister), Cn. Catilius Severus, T. Fl(avius) *Sul-*
|*picianus, M. Antonius Iuvenis, P. Pescen-*
Mai 20 nius Niger, M. Ulpius Astius praetores [1]). isdem co(n)s(ulibus) XIII
|*k(alendas) Iun(ias) in domum*
Q. Licini Nepotis mag(istri) fratres Arvales ad consummandum s*acri-*
|*ficium deae Diae convenerunt*
ibique inter cenam Licinius Nepos mag(ister), Catilius Severus, *Fl(a-*
|*vius) Sulpicianus, Antonius*
Iuvenis, Pescennius Niger, Ulpius Astius discumbent*es toralibus seg-*
|*mentatis*
albis ture et vino fecerunt; ministrantibus pueris patri*mis et matrimis*
|*senatorum*
filis eisdem qui et XVI kal(endas) Iun(ias) easdem; fruges inlibatas
|*ministrantibus calatoribus*
pueri riciniati cum publicis ad aram retulerunt; dein*de lampadibus*
|*incensis tus-*
canicas contigerun*t* [2]), quas per calatores domos suas m*iserunt. hoc*
|*anno cenatum*
est sportulis (denaris centenis). T. Pactumeio Magno, L. Septimio
|Fla*viano? co(n)s(ulibus)* . . . .
in Capitolio pro salute imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli Commodi An-
|to*nini Aug(usti) Pii Sarm(atici) et Germ(anici) max(imi)*
fratres Arvales convenerunt, et immolavit Cn. *Catilius Severus pro-*
|*flamen Iovi*
o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reg(inae) bovem feminam,
|M*inervae bovem feminam,*
Saluti bovem feminam, Providentiae deorum *bovem feminam, Genio*
|*ipsius (?) taurum* [3]).
a. 184 L. Cossonio Eggio Marullo, Cn. Papirio Aeliano *co(n)s(ulibus)* . . . . . .
|*piaculum factum*
ob ferri inlat*ionem* [4]) 'scripturae et scalpturae mag*isteri peracti porca*
|*et agna*
struibus fertisque per M. Ustio Narcisso *(sic)* kalat*ore et publicos fra-*
|*tr(um) Arval(ium).*

Paginae 3. [1]) PRAETORES errore, ut videtur, quadratarii scriptum: nam solus Ulpius Astius alibi praetor dicitur.

[2]) CONTIGERVN lapis.

[3]) supplementum desumpsi ex actis a. 186 (*b* pag. 2), in quibus cum mentio maneat tauri immolati, de genio imperatoris vel de Marte videtur cogitandum esse: cf. comment. ad vota annua singularia pro salute imperatoris suscepta p. 112.

[4]) FERRI INLATVM lapis.

III C. Octavio Vindice XV k(alendas) Iun(ias) et . . . . a. 184
|. . . . . . .[5]) *co(n)s(ulibus)* Mai 18

piaculum factum ob ferri elatione *(sic)* scriptu*rae et scalpturae ma-* |*gisteri pe-* racti porca et agna, struibus fertisque *per M. Ustium Narcissum* kalatorem et publicos fratrum Arvalium.

---

[5]) nota indicationem diei errore inter nomina consulum insertam.

a

(acta incipiunt votorum III nonas Ianuarias solutorum: cf. a. 183*)*

a. 186 Ian. 3 *in Capitolio T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) cet. . . . . fratres Ar-|vales convenerunt T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) cet. |. . . . . M. Antonius Iuvenis. hoc* [1]) *die immo-|lavit T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem,* Iunoni re-|*ginae bovem feminam, Minervae bovem feminam, Saluti publicae bovem feminam. is*dem co(n)s(ulibus)

Ian. 7 *|VII id(us) Ian(uarias) in pronao aedis Concordiae fratres Arva*l(es) sacrific(ium) deae Diae in-|*dixerunt, ibique T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) velato* capite contra orientem *sub |divo, columine:*

---

a Fragmentum effossum a. 1855 in monte Aventino ad S. Sabinae, ubi adhuc servatur. — *b* olim in museo Borgiano Velitris MAR. nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR. Lapis est valde detritus.

a ediderunt de Rossi in *Bull. inst. arch.* 1855 p. LII (inde Henzen 7419 *a*) qui restituit, et Descemet *fouilles exécutées à Santa Sabina* (Paris 1863) p. 14 qui diagramma accuratissimum exhibet p. 37; — *b* descripsi ex ectypo chartaceo: ediderunt Marini tab. XXXIII; inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 120; Fiorelli *catal.* 67; cf. Mommsen *I. N.* p. XXII.

a et *b* eiusdem esse anni inde probabile, quod in utroque fragmento peraeque commemorantur et Flavius Sulpicianus promagister et ultimo loco Antonius Iuvenis. Iam cum in fr. *a* 7 Commodus dicatur consul quintum, is autem quintum consul fuerit a. 186, sextum a. 190, Rossius his annis aetatem actorum circumscribi statuit. Cum vero sacrum Arvalium VI, IIII, III kalendas Iunias celebretur, excluduntur anni 187 et 189, ut fragmenta non possint tribui nisi anno 186 vel 188. Ex quibus maiore cum probabilitate ad a. 186 referentur propterea, quod qui nominantur in *a* 17 pueri Acilius Aviola et Acilius Severus iam in actis a. 183 commemorantur, nec probabile usque ad a. 188 eos officio functos esse.

a [1]) IISI Ross., IIV S Desc., cuius in diagrammate parum liquet litterarum reliquiae quid significent. Rossii lectionem secutus cogitavi de [*mag*]IST; at neque eo loco videtur verbum *magister* posse collocatum fuisse, et constanter usurpatur forma breviata quae est *mag.* — Litterae tamen IS commode referuntur ad nomen Antonii Iuvenis, quem praeterea ultimo loco semper nominatum esse antea diximus. Quod si recte posui, linea, quae praecedit, ad N litteram videtur pertinere posse; ea autem quae sequitur, litterae H potest esse pars inferior.

*quod bonum faustum felix fort*unat(um) salutareq(ue) sit imp(eratori) |Caes(ari) M. *Aurelio Commodo* a. 186
Antonino Aug(usto) Pio Sarm(atico) Germ(anico) max(imo) p(ontifici) |*m(aximo)* p(atri) p(atriae) co(n)s(uli) V, optimo maximoq(ue) |princ*ipi, divi*
*Marci Antonini f(ilio), divi Anto*n(ini) Pii nepoti, divi Hadriani pro- |*nepoti, divi*
Traiani Parthici abnepot(i), divi Nervae adnepoti, senatui, p(opulo) |R(omano) Q(uiritibus) *fratribusque*
Arvalibus, sacrificium deae Diae hoc anno erit ante diem VI k(alendas) |Iun(ias) *Romae*, Mai 27. 29. 30
*ante diem IIII k(alendas) Iun(ias) i*n luco et domi, III k(alendas) Iu- |n(ias) consumm(abitur) domi. ad*fuerunt*
*in collegio T. Fl(avius) Sulpici*anus promag(ister), C. Arrius Antoni- |nus, M. Anto*nius Iuvenis.*
. . . . vo, L. Novio Rufo co(n)s(ulibus) |VI k(alendas) Iun(ias) Mai 27
in domum . . . . *mag(istri)* per promag(istrum) Fl(avium) |Sulpicianum fratr(es) Ar*val(es) prae-*
*textati sacrificium deae Dia*e ture et vino fecerunt,[2] ibique d*iscumbentes*
*toralibus albis segmen*tatis[3]) ministrantib(us) pueris patr*imis et ma-*
*trimis senatorum fil*is Acilio Aviola et Acilio Severo e*t M. Ulpio Boetho?*
*et Helvio Pertin*ace iun(iore) cum public(is) ad aram re*tulerunt.*
adfuerunt in collegio T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) cet.

b

isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Iun(ias) Mai 29
in luco deae Diae T. Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) cet. cf. a 183.
deinde coronis inlatis signisque unctis . . . . *ex*
Saturnalibus primis in Saturnalia secunda magistrum fecerunt et . . . .
. . . . *flaminem no*min(averunt)[1]),
ibique in tetrastylo apud T. Fl(avium) Sulp*ician*(um) promag(istrum)
*epulati sunt; post epulas rici*niat(us) soliatus coronat(us)
*corona pactili rosacia summot*o supra carcar(es) ascend(it)
et signum quadrigis, bigis, desultoribus misit; praesidente Anto-
nio Iuvene victores palmis et coron(is) arg(enteis) honorav(it).
*adfuerunt in coll(egio) T. Fl(avius) Sulpicianus prom*ag(ister), Antonius |Iuvenis.

*isdem co(n)s(ulibus) I*II k(alendas) Iun(ias) Mai 30
in domum . . . . *mag(istri) fratres* Arval(es) conven(erunt) |ad sacrum

---

[2]) cf. a. 122.
[3]) . . ETATIS lapis.

b Pag. 1. [1]) AIN Marini perperam.

a. 186 *deae Diae consummandum ibiq*ue inter cenam Fl(avius) Sul*picianus promag(ister), ... fl*am(en), Licinius Nepos dis*cumbentes toralibus segmenta*t(is) albis ture et vino *fecerunt; ministrantibus pueris* patrimis et matrim(is) *senatorum filis eisdem qui et VI k(alendas) Iun(ias) cet.* I

. . . . ***co(n)s(ulibus)*** . . . . . .

in Cap*itolio pro salute* [1]) *imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelii Commodi Antonini* II

pii fel(icis) Aug(usti) *Sarm(atici) Germ(anici) Britt(annici) max(imi) p(ontificis) m(aximi)*

p(atris) p(atriae) fratr(es) Arva*les conven(erunt) et immol(avit) Fl(avius) Sulpicianus promag(ister) Iovi o(ptimo) m(aximo)*

bovem marem, *Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Sa*luti vaccam, *Providentiae deorum vaccam, Genio ipsius*

taurum. *isdem co(n)s(ulibus)* . . . .

in prona*o aedis Concordiae per Fl(avium) Sulpicianum promag(istrum) in locum*

Bitii *(?) . . . . ex litteris imp(eratoris) Caes(aris) M. Aur(elii) Commodi Antonini Aug(usti)*

frat*rem Arvalem cooptarunt* [2]). *adf(uerunt) in coll(egio) Fl(avius) Sulpicianus promag(ister), An*tonius Iuvenis.

C. Sab*ucio Maiore (?)* . . . . *co(n)s(ulibus)* . . . .

in . . . .

c . . . .

---

b. pag. 2 [1]) *pro natali* Marin. Collatis tamen omnibus, quae hucusque innotuerunt, actis natales Augustorum constat a Flaviorum inde aetate desiisse ab Arvalibus celebrari. Est potius sacrum idem quod describitur in actis a. 183 pag. 3 vv. 15 seqq.

[2]) paucas quae supersunt litteras pertinere apparet ad cooptationis formulam, quae breviata tamen exhibetur, omissis sc. verbis *habita sollemni precatione* et *et ad sacra vocarunt*: cf. comment. ad acta cooptationum p. 152.

COMMODI A.

anni incerti.

isde*m co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias)* Mai 29

in domum Polleni Auspic*is* . . . .[1]) *mag(istri) fratres Arvales* ad consummandum *sacrum deae Diae convenerunt, et inter* cenam Licinius Nepos pr*omag(ister)*, ... *P. Pescenniùs* Niger discumben*tes toralibus segmentatis ture et vino* fecerunt, ministran*tibus pueris patrimis et matrimis senatorum* filis eisdem qui et V*I k(alendas) easdem*, *et fruges inlibatas cum* calatoribus pu*eri riciniati cum publicis ad aram retulerunt; deinde la*mpad*ibus incensis tuscanicas contigerunt quas cet.*

Fragmentum tabulae marmoreae. In museo Albano MVR. — In museo Capitolino GVASC. MAR. ubi adhuc servatur.

Descripsi. Edd. Murat. 342, 2; Guasco *M. C.* 975; Marini tab. XXXIV.

Fragmentum esse aetatis Commodi inde constat, quod et A. Pollenius Auspex legatus Moesiae sub Septimio Severo in nummis Nicopolitanis commemoratur, et nomina Q. Licinii Nepotis et P. Pescennii Nigri in actis a. 183 leguntur, a Severo autem deleta est Pescenniorum familia; cf. Borghesius *Decad.* XV p. 345 seqq., *opp.* 2 p. 233.

[1]) Pollenius Auspex altero usus esse cognomine mihi videtur, quod aliter hiatus non expletur.

IMP. CAESAR P. HELVIUS PERTINAX AUGUSTUS.

a

a. 193 *isdem co(n)s(ulibus) VII id(us) Ianuar(ias)*

Ian. 7 *in pronao aedis Concordiae fratres Arvales sacrificium indixerunt, ibique Q. Clodius Rufinus mag(ister) manibus lautis velato capite sub divo, columine contra orientem sacrificium deae Diae cum collegis suis indixer*(unt):

*quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit im*p(eratori) Caes(ari) |P. Helvio

Pertinaci Aug(usto) tribunic(ia) potest(ate) co(n)s(uli) II p(ontifici) m(a- |*ximo), principi senatus, p(atri)* p(atriae), imperio potesta-

b *tique eius, et senatui, populo Romano Quiritibus, fratribus Ar*valibus,

sacrificium deae Diae hoc anno erit ante diem XVI k(alendas) Iu*n(ias)* |*domi, ante di*em XIIII k(alendas) Iun(ias) in luco

et domi, ante diem XIII k(alendas) Iun(ias) domi. adf(uerunt) in collegio |Q. Clod*ius R*ufinus mag(ister), T. Fl(avius) Sul-

picianus, ... enius Axius, M. . . . ., |P. Petron(ius) Priscus.

Ian. 12 *isdem co(n)s(ulibus)* pr(idie) id(us) *Ia*n(uarias)

in Capitolio (ante cellam Iunonis reginae)[1]) *fratres Arvales convenerunt* |*ad vota annua su*scipienda *pro salute i*mp(eratoris) Caes(aris) |P. He*l*-

vii Pertinacis Aug(usti) trib(unicia) potest(ate) co(n)s(ulis) II p(ontificis) |*m(aximi) pr*incip(is) senat*us p(atris) p(atriae). item vota de-* |*cennal*ia eum co(n)s(ulibus)

Fragmenta effossa in vinea Ceccarelliorum *a* anno 1868, *b c d* anno 1869. Litterae altae mill. 10—12.

Descripsi cum Bormanno: edidi *a* in *Relazione* p. 79; litterarum formas depingendas curavi tab. 2 n. 16.

[1]) haec verba videntur omissa esse, quamquam leguntur in actis a. 218, ex quibus restitui caput de votis annuis. — De mense, quamquam reliquiae litterarum v. 8 ad *apr*IL videri possunt referendae esse, inde constat, quod postea v. 13 non potest indicatus esse nisi *Ia*N(uarius); ipse enim Pertinax a. d. V kalendas Apriles interfectus est.

susceperunt?[2]) . . . . *adfuerunt in collegio Q. Clodius* |*Ru*finus mag(ister), P. . . . ., *T.* Fl(avius) Sulpi*cianus*, ... eni*us*[3]) Axius, M. . . . . |. ., *P. Petronius* Priscus, ... Q. Licinius Nep*os*. *isdem co(n)s(ulibus)* |. . . . . *Ia*n(uarias) *in pronao aedis Concordiae fratres Arvales ad coopt*andu*m* imp(eratorem) |Caes*arem P. Helvi*um Pertinacem *Aug(ustum) trib(unicia) pot(estate), co(n)s(ulem)* II p(ontificem) *m(axi*|*mum), principem senatus, p(atrem) p(atriae)*, convenerunt. a. 193

c

imp(erator) Ca*es(ar) P. Helvius Pertinax cet.*
*princeps sena*t(us) p(ater) p(atriae) *cet.*
ı|⸌

d

. . . . re . . . . .
. . . as . p II . . . .

---

[2]) IACVM COS lapis: supplementa sunt plane incerta, quamquam cf. a. 218 et 238.

[3]) ENIS lapis.

IMP. CAESAR M. AURELIUS SEVERI F. ANTONINUS AUGUSTUS.

a. 213 Mai 19 *XIIII kal(endas) Iun(ias) in luco deae Diae L. Armenius Peregrinus prae- |t(or) pro mag(istro) ad aram immolavit porcilias piaculares* n(u- |mero) II luci coinquiendi et operis faciundi, ibique baccam *(sic)* |honorariam immolavit. sacerdotes in tetrastulo praetextat*i* conseder*u*nt [1]) et porcilias piaculares epulati sunt, et postea ad lucum |deae Diae adscenderunt et per L. Armenium Peregrinum praet(orem) pro mag(istro), T. Statilium Silianum pro flamine, |agnam opimam immolaver(unt), perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt. deinde coronis inlatis signisque unctis |M. Iul(ium) Gessium Bassianum mag(istrum) fecerunt et Statilium Silianum flam*i*nem [2]) fecerunt, ibique in tetrastylo |discumbentes aput No*v(ium)* [3]) Severum Pium mag(istrum) iterum epulati sunt. post epulas Armenius Pe- |regrinus praet(or) pro mag(istro) riciniatus soliatus coronatus supra carceres ascendit et signum quadrigis vigis *(sic)* desulto- |ribus misit; praesedente ad creta*m* [4]) Aelio Coerano victores palm*i*s et coron*i*s argente*i*s [5]) honoraverunt. deinde |Romae in domo Aeli Coerani discumbentes ture et vino fecerunt, ministrantibus pueris matrimis et patrimis |quibus supra. adfuerunt L. Armenius Peregrinus praet(or) pro mag(istro), Cn. Catilius Severus, T. Statilius Silianus, |C. Sulpicius Pollio, P. Aelius Coeranus, L. Caesonius Lucillus.

Mai 20 XIII kal(endas) Iun(ias) in domum Aeli Coerani fratres Arvales ad con- |summandum sacrum deae Diae convenerunt, ibique inter

---

Fragmentum actorum inscriptum infra acta a. 155 in tabula effossa a. 1868 in vinea Ceccarelliorum.

Descripsi cum Bormanno et edidi in *Relazione* p. 75. Litterarum formas depingendas curavi ibid. tab. 2 n. 15.

In lapide errore quadratarii minus recte exarata sunt haec:

[1]) CONSEDERINT.

[2]) FLAMENEM.

[3]) NOM, sed cf. a. 218, *b* v. 8.

[4]) CRETA.

[5]) PALMAS ET CORONAS ARGENTEAS.

cenam Armenius Peregrinus praet(or) et promag(ister), Catilius Seve- a. 213
|rus, Stati*l*ius [6]) Silianus, Sulpicius Pollio, Aelius Coeranus, Caesonius Luci*l*lus [7]) discumbentes toralibus segmentatis ture et vino |fecerunt, ministrantibus pueris patrimis et matrimis senator(um) filis praetexta*tis* [8]) q(ui) s(upra). fruges liban- |tes [9]) cum calatoribus et public(is) ad aram retulerunt. deinde lampadibus incensis pariter tuscanicas con*ti*gerunt, [10]) quas per kala- |tores domus suas miserunt. hoc anno cenatum est in diebus singulis (denaris) centenis XVI XIV XIII kal(endas) |Iun(ias), et adclamaverunt: fe*li*cissime [11])! felicissime! te salvo et victore felicissime! o nos felices qui te imp(eratorem) vi- |demus! de nostris ann(is) augeat t(ibi) I(uppiter) a(nnos)! |Germanice max(ime), d(i) t(e) s(ervent)! Brit(annice) max(ime), d(i) t(e) s(ervent)! te salvo salvi et securi sumus! te imp(e- |ratore) fe*l*ix [12]) senatus! Aug(uste), d(i) t(e) s(ervent) in per- |petuo! iuvenis triumphis, senex imp(erator)! maior Aug(usto), d(i) t(e) s(ervent)! Aug(uste), Aug(usta)! Iuliae Au- |g(ustae) matri Aug(usti) feliciter! ex te, Aug(usta), Aug(ustum) |videmus! d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo, Aug(usta), Aug(uste)!

III id(us) Aug(ustas) in Capitolio ante cella*m* [13]) Iunonis reg(inae) fratres Aug. 11
|Arvales co*n*venerunt [14]), quod dominus n(oster) imp(erator) |sanctissim(us) pius M. Aurellius Antoninus Aug(ustus) pont(ifex) max(imus) per limi- |tem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum *terram* [15]) introiturus est, ut ea res ei prospere feliciterque cedat, et immolaverunt per |L. Armenium Peregrinum. isdem co(n)s(ulibus)

pr(idie) non(as) Oct(obres) in Capitolio ante cellam Iunonis reg(inae) ob Oct. 6
|salute*m* [16]) victoriamque Germanicam imp(eratoris) Caes(aris) |M. Aurelli Antonini pii felic(is) Aug(usti) Part(ici) *(sic)* max(imi) Brit(annici) max(imi) |Germanici max(imi) pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pote- |st(ate) XVI imp(eratoris) III co(n)s(ulis) IIII proco(n)s(ulis), |et Iuliae Aug(ustae) piae fel*ic(is)* [17]) m(atris) imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri), se- |natus, castrorum et patriae, fratres Arvales co*n*venerunt [18]) et |immolaverunt

---

6) STATITIVS.

7) LVCILIVS.

8) PRAETEXTATI.

9) cum in ceteris actis omnibus LIBATAS scriptum sit, hic quoque idem videtur restituendum esse.

10) CONTEGERVNT.

11) FERCISSIME.

12) FETIX.

13) CELLA.

14) COMVENERVNT.

15) cf. comm. p 81.

16) SALVTE.

17) FEL · Io.

18) COMVENERVNT.

Annum, cui acta tribuenda sint, tituli

a. 213 per L. Armenium Peregrinum pro mag(istro) vice Flavi Alpini ma- 26
|g(istri) collegi fratrum Arvalium I(ovi) o(ptimo) m(aximo) b(o-
|vem) m(arem) a(uratum), Iunoni
reg(inae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Minervae b(ovem) f(eminam)
|a(uratam), Saluti publ(icae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Marti
|ultori taurum a(uratum), Iovi victori b(ovem) m(arem) a(ura-
|tum) et Victoriae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Laribus
militaribus taurum album, Fortunae reduci b(ovem) f(eminam) a(uratam),
|Genio imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri) taurum album,
|Iunoni Iuliae
Piae matris Antonini Aug(usti) n(ostri), senat(us), castror(um) et pa-
|tr(iae) b(ovem) f(eminam) a(uratam). adfuerunt Cn. Catilius
|Severus, T. Statilius Silianus.

---

imperatori inditi satis indicant. Quod autem imperator tertium in nummis demum anni 214 Antoninus appellatur (Eckhel 7, 210 seqq. et 223), haec appellatio videtur ad ipsam victoriam Germanicam referenda esse, cf. p. 81.

a

. . . . *in Capitolio ante cellam Iunonis reginae fratres Arvales convenerunt et immolaverunt per C. Sulpicium Pollionem promag(istrum)*[1]*,* a. 214
quod dominus noster imp(erator) Caes(ar) M. Aurellius Anto[2]*)ninus pius felix Aug(ustus) cet.* . . . . *Iovi o(ptimo) m(aximo) cet.* . . . . . . *F*elicit(ati) Aug(ustae) b(ovem) f(eminam) *cet.* . . . .
|. . . . *adfuerunt*
C. Sulpicius Pollio promag(ister), ... *A*grippinus, P. Ael*ius*
|*Coeranus iun(ior) cet.* . . . .

Fragmenta *a* et *b* olim apud Ursinum VRS. postea *a* Velitris in museo Borgiano, *b* in aedibus Farnesiis MAR. nunc ambo in museo Neapolitano MOMMS. FIOR. Litterae altae mill. 6 — 10.

Descripsi ex ectypis chartaceis. Ediderunt Ursinus ad Caton. cet. p. 223, 17; 222, 15 (inde Grut. 122, 3 et 1; Marini tabb. XXXVIII et XXXVIIII; inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 122. 123; Fiorelli *catal.* 69 et 70. Cf. Mommsen *I. N.* p. XXII.

Fragmentum *a* perperam tribui anno 213 (cf. *Relazione* p. 77); nam forma litterarum tam similis est ut quin *a* et *b* ad eundem annum pertineant dubium esse nequeat; *b* autem ad a. 214 referendum est tam propter nomina consulum, quam propter Caracalli tribuniciam potestatem XVII (cf. Eckhel 7, 211) et magisterium Gessii Bassiani (cf. a. 213 v. 5). Pertinere *b* ad anni 214 menses ultimos cum piacula ostendunt ob ferri inlationem et elationem facta, quae in fine tabularum signari solent, tum confirmat mentio hibernorum Nicomedensium, in quibus tempore Saturnalium imperatorem commoratum esse Dio narrat (78, 8; cf. 77, 18). Quod autem praecedunt nomina consulum, qui kalendis Ianuariis magistratum inierant, id ostendit etiam Arvales illa aetate in actis conscribendis nomina suffectorum neglexisse. Sane mirum, quod ipsa nomina repetita sunt, cum, postquam neglegi coepta est suffectorum memoria, ordinariorum nomina semel ineunte anno adnotari solita sint: cf. acta a. 213 eaque quae infra proponentur. Sed simile est, quod per exceptionem etiamtum formula *isdem consulibus* adhibita est: cf a. 213 v. 23, ubi non possunt significati esse nisi consules ordinarii, cum ea aetate iidem suffecti nequeant per menses sex (a Maio sc. usque ad Octobrem) fasces gessisse. Item in primis capitibus actorum a. 218 consulatum memoratum fuisse ostendit hiatus, qui non aliter videtur expleri posse.

De singulis nota haec: *a* [1]) de formula cf. a. 213, 20 seqq., ubi tamen verba *et immolaverunt per illum* inserta sunt post commemoratam causam, propter quam sacrum factum erat, in actis autem a 214 ordinem alium fuisse ostendit *a* v. 8, ubi proxime post mentionem causae deorum nomina secuta esse apparet. Coniecit Marinius natalem imperatoris celebrari, quia natali quoque Neronis Felicitati immolatum est (cf. a. 59. 60): sed cf. ad a. 186 pag. 2, 1.

[2]) ANTI Momms. minus bene: ultima enim linea frustulum est litterae O.

a. 214 . . . . *detulit Primus Co*rnel(ianus) public(us) a com- 4
|m(entarii) *fratrum Arvalium* [3]).
. . . . *in Capitolio ante cellam* Iun(onis) reg(inae) fratr(es) Arva- 5
|l(es) *convenerunt et immolaverunt per C. Sulpicium Pollionem*
|*promag(istrum),*
quod dominus noster imp(erator) Caes(ar) M. Aurellius Antoninus *pius*
|*felix Aug(ustus) Parth(icus) max(imus)*
Brit(annicus) max(imus) Germ(anicus) max(imus) p(ontifex) m(aximus)
|*trib(unicia) pot(estate) XVII* imp(erator) III co(n)s(ul) IIII pro-
|co(n)sul) . . . .
. . . . *ex naufragii periculo* [4]) *s*alvus servatus sit,
|*Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem) cet.* . . . .
. . . . *Genio Antonini Aug(usti) taur(um)*, Iun(oni) [5])
|Iuliae Aug(ustae) b(ovem) *f(eminam) cet.* . . . .
*adfuerunt promag(ister) C. Sulpici*us Pollio, P. Aelius Coe*ranus iun(ior)*, 10
|. . . . .
. . . . *detulit Primus Cornelian*us public(us) a comm(entariis)
|*fratrum Arvalium* [3])
. . . . *in Capitolio ante cellam Iu*n(onis) reg(inae) fra*tres Ar-*
|*vales convenerunt cet.*

b

. . . . *Mess*alla et Sabino co(n)s(ulibus) 1
. . . . . . *in Capitolio ante cellam Iunonis reginae* fratres Arvales con-
|venerunt ad
vota solvenda et nuncupanda (?) [1]), *quod domi*nus n(oster) imp(erator)
|Caes(ar) M. Aurellius Antoninus pius
felix Aug(ustus) Parth(icus) max(imus) Brit(annicus) max(imus) Ger-
|*m(anicus) ma*x(imus) p(ontifex) m(aximus) t(ribunicia) p(o-
|testate) XVII imp(erator) III co(n)s(ul) IIII p(ater) p(atriae)
|proco(n)s(ul) salv*us* [2])
*atque incolumis pro securitate provin*ciar(um) felicissime ad *h*iberna Ni- 5
|comediae ing*r*- [3])

---

[3]) de supplemento cf. a. 218 *b*, 29 et comment. ad acta cooptationum p. 157.

[4]) supplementa quamquam incerta probabilitate tamen non carent, cum paullo post sacrum signatum sit ob ingressum principis in hiberna Nicomedensia factum. De re cf. comment. ad sacra extra ordinem facta p. 81.

[5]) AIVN Mar., . . IIVN Momms., . . VIIVN ego, meamque lectionem confirmarunt et Fiorelli et interrogatus a me Iulius de Petra Neapolitanus. Ante Iunonem Iuliae Augustae Genius principis necesse est memoratus fuerit eique taurus immolabatur, unde emendavi.

b versus extremi integri sunt, nisi quod v. 5 littera deest una, v. 4 plures; cf. etiam Momms.

[1]) de supplementis incertis cf. comment. ad vota extra ordinem facta p. 117.

[2]) SALV||||| de Petra.

[3]) INC Mar., INC|| Momms.; littera tamen G satis clara est, quod etiam Petra testatur.

6 *essus sit, et immolavit C. Sulpicius Poll*io promag(ister) vice M. Iuli |Gessi Bassiani mag(istri) a. 214
Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem) a(uratum), Iunoni reg(inae |b(ovem) f(eminam) a(uratam), Minervae b(ovem) f(eminam) |a(uratam), Saluti imp(eratoris) Antonini b(ovem) f(eminam) |a(uratam), Fort(unae) duci [4]) b(ovem) *f(eminam) a(uratam)*, ... *Lari v*iali (?) [5]) t(aurum) a(u- |ratum), Genio Antonini Aug(usti) t(aurum) a(uratum), Iun(oni) |Iuliae *Aug(ustae) b(ovem)* f(eminam) a(uratam) . . . . *adfuerunt* C. Sulpicius [6]) Pollio, P. Aelius Coeranus |iun(ior), M.

10 . . . .

*piaculum factum f*erri inferend(i)
*agna*m et porcil(iam)
*calato*r(em)

piaculum factum
ferri effer(endi) per
et pub*licos.*

---

[4]) DVCIS omnes, perperam, ut confirmavit idem.

[5]) sic coni. Marinius.

[6]) O SVLPICIVS omnes.

IMP. CAESAR M. AURELLIUS ANTONINUS |PIUS FELIX AUGUSTUS (ELAGABALUS).

a adversa.

a. 218 . . . .

in luco deae Diae L. Alfenius Avitianus promag(ister) operis inchuandi |causa, quod . . . . |*immolavit suove*taurilibus maiorib(us) deae Diae *b(oves) f(e-|minas) n(umero) II*,

*Iano patri arietes n(umero) II, Iovi verveces n(umero) II, Marti arietes |n(umero) II, Iunoni d*eae Diae oves n(umero) II, sive deo sive |deae ov(es) n(umero) II,

Virginibus divis ov(es) n(umero) II, Famulis divis verveces n(umero) II, |Laribus verveces n(umero) II, Matri Lar(um) oves n(umero) II, |Fonti verbeces n(umero) II, Florae oves n(umero) II,

Vestae oves n(umero II, Vestae matri oves n(umero) II; item Adolendae |Commolendae Deferundae oves n(umero) II; item ante Caesa-|reum divis n(umero) XX verbec(es) n(umero) XX [1]).

. . . . . [2]) *operis perfecti causa coll(egium) frat(rum) Arval(ium) f*ecit si-|militer q(uod) s(upra) f(actum) e(st) per e*un*dem [3]) Avitianum |promagistr(um).

Mai 27 *isdem co(n)s(ulibus)* [4]) *VI kal(endas) Iun(ias) in Palatio* [5]) *in* divor(um) per |Alfenium Avitianum promag(istrum) fratr(es) Arv(ales) prima

---

Tabula marmorea utroque latere scripta, quae in luco Arvalium subsellii vel mensae loco videtur fuisse, effossa a. 1778, cum fundamenta iacerentur sacrarii Vaticani MAR. nunc servatur in aditu sacrarii eiusdem.

Descripsit Bormann. Edidit Marinius folio singulari inscripto *acta fratrum Arvalium sub imp. M. Aur. Antonino Elagabalo ex marmoribus modo in urbe repertis descripta*, deinde in *Arv.* tabb. XLI *a* et XLI *b* (inde *a* Or. 2271 et 5054, ex *b* solos vv. 21—26 id. 2268, 31—34 id. 947). De carmine fratrum Arvalium scripsit ultimus Mommsenus *C. I. L.* I n. 28, apud quem primarii memorantur auctores qui de eo antea egerunt.

a [1]) numinum nomina restitui ex a. 183 pag. 1, 21 — pag. 2 14. — De divis cultis ab Arvalibus cf. comm. ad acta piaculorum maiorum p. 148.

[2]) propter angustiam hiatus non potest commemoratus fuisse locus, nec deest nisi indicatio diei.

[3]) EODEM lapis.

[4]) consules indicatos esse certum est propter hiatum, quamquam est contra morem huius aetatis.

[5]) cf. acta diei tertii Antonini Pii A.

luce ture et vino fecerunt et frug(es) arid(as) et virid(es) contiger(unt) a. 218
|et panes laureatos, et deam Diam
*unguentaverunt, et fratres Arv*al(es)[6]) cathedris conseder(unt) *p*raetex-
|tati[7]) et ibi praetextas deposuerunt
Alfenius Avitianus promag(ister), Catil(ius) Severus, Statil(ius) Silianus,
|Sulpic(ius) Pollio, Fl(avius) Archelaus, Armenius
Peregrinus, ... us, Fl(avius) Alpinus. item post meri-
|d(iem) a balneo cathedris consederunt; deinde
manibus lautis cenatoria alba sumser(unt) et in tricliniarib(us) discu-
|buer(unt) et epulati sunt. item pueri
*praetextati pat*rimi et matrimi senator(um) fili n(umero) IIII in cathe-
|d*ris*[8]) consederunt et epulati sunt.
*fratres Ar*vales *post*[9]) epula*s*[10]) super toralibus segmentatis discu-
|buer(unt) et t(ure) v(ino) f(ecerunt) et per pueros praetext(atos)
*senat*orum filios et public(os) a*d*[11]) aram pertul(erunt) et unguent(a)
|et coronas acceperunt et in mantelis
*pulm*enta[12]) r*ursus*[13]) contigerunt. item mensa secunda bellarior(um)
|divisa est, et sportulas acceper(unt) sacerdotes
imp(eratoris) Aug(usti) et ceteri sacerdotes q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt),
|et rosa*m* soluta*m*[14]) diviser(unt), ibique felic(ia) dixer(unt).
|item IIII kal(endas) Iunia*s*[15]) Mai 29
in luco deae Diae Alfenius Avitianus promag(ister) ad aram immo-
|l(avit) porcil(ias) piacul(ares) II luci coinq(uiendi) et operis
faciund(i); ibi vacc(am) honor(ariam) imm(olavit) et inde in tetrastylo re-
|vers(us) subsellis consed(it). deinde reversus ad aram
ext*as*[16]) reddidit porcili*a*r(es)[17]). item in circo in foculo arg(enteo) ce-
|spiti ornato extam vacc(inam) redd(idit), et in tetrastylo
reversus est, et in codice cavit, et praetextam deposuit, et in papilione
|suo reversus. promeridie autem
fratres Arvales praetextas acceper(unt) et in tetrastylo convener*unt*[18])
|et subsellis consederunt et ca*v*erunt[19])
se adfuisse et sacrum fecisse, et porcilias piaculares epulati sunt et
|sanguem postea. inde praetextati

---

[6]) in lapide non supersunt nisi L et ante eam frustulum litterae quod ad litteram C videtur pertinuisse. In scriptura tamen recentiore nec accurata cogitari potest etiam de littera A.

[7]) TRAETEXTATI lapis.

[8]) CATHEDIVS neglegenter id.

[9]) TOST id.

[10]) EPVLAP id.

[11]) AF id.

[12]) [*fru*]*menta* Marin.: sed cf. *pultes contigerunt* a. 219, 1.

[13]) RS lapis.

[14]) ROSA SOLVTA id.

[15]) IVNIAP id.

[16]) EXTN id.

[17]) PORCILLAR id.

[18]) CONVENERVM id.

[19]) videtur in lapide esse CACERVNT.

a. 218 capite velato vitt*is* [20]) spiceis coronati lucum adscenderunt et per Alfe- |n*i*um [21]) Avitianum promag(istrum) agnam opimam imm(olarunt) et hostiae litationem inspexer(unt). perfecto sa- |crif*icio* [22]) omnes ture et vino fecerunt. deinde reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt o*ll*is [23]) et ante aedem in |cespite promag(ister) et flam(en) sacr(um) fecer(unt). item foras ad aram reversi thesauros dederunt; item flam(en) et pro- |mag(ister) scyfos arg(enteos) cum sumpuis *(sic)* vino repletis ante osteum *et* [24]) acerras *ferentes* ture et vino [25]) fecer(unt), |et ante osteum restiter(unt) et [26]) duo ad fruges petendas cum public*is* [27]) desciderunt et reversi dextra dederunt, laeva recepe- |runt; deinde a*d* [28]) alterutrum sibi redd(iderunt), et public(is) frug(es) tradider(unt). deinde in aedem intraver(unt) et |ollas precati sunt, et osteis apertis per clivum iacta- verunt, [29]) deinde subsellis marmoreis consed(erunt) et panes laureat(os) |per public(os) partiti sunt: ib*i* [30]) omn(es) lumemulia cum rapinis acceperunt et deas unguentaverunt, et aedes clusa e(st); |omnes for*a*s [31]) exierunt. ibi sacerdotes clusi, succincti, libellis acceptis, carmen descindentes tripodaverunt in |verba haec: enos Lases iuvate, *e*nos Lases iuvate, enos Lases iuvate! neve lu*e*rve [32]) Marma*r* [33]) sins |incurrere in pleores, neve luerve Marmar *si*ns incurrere in pleor*es* [34]), neve luerve Marmar s*in*s [35]) incurrere in |pleor*es* [36])! satur fu, *f*ere [37]) Mars! limen *sal*i, sta berber! satur fu, fere Mars! limen sali, sta berber! satur fu, |fere Mars! limen sa*li*, *st*a [38]) berber! *sem*unis alternei advocapit conctos, semunis alternei advocapit conctos, |s*e*munis [39]) altern*ei* [40]) advocapit *conct*os! enos Marmor iuvato, enos Marmor iuvato, enos Ma*r*mor [41]) |iuvato! triumpe, triumpe, triumpe, trium- *pe, tri*umpe! — post tripodationem deinde signo dato publici introie- |r(unt) et libellos receperunt.

---

20) VITTAS lap.
21) ALFENVM id.
22) SACRIFLRO id.
23) OTIIS id.
24) *et* om. id.
25) ACERRAS TVRE ET VINO id.
26) RESTITERIET id.
27) PVBLICOS id.
28) AB id.
29) IACVERVNT errore Marinius.
30) IBE lap.
31) FORIS id.
32) LVAERVE id.
33) MARMA id.
34) PLEORIS id.
35) SERS id.
36) PLEORIS id.
37) FVRERE id.
38) SAIISIA id.
39) SIMVNIS id.
40) ALTERNIE id.
41) MAMOR id.

b aversa.

et ante ianuam deae Diae adsteterunt et coronas derectas cet. calatoribus singulorum inferentibus aras contigerunt; et deae coronatae sunt, et de Saturnalibus primis P. Aelium Secundinum magistrum[1]) *creaverunt et* a. 218

M. Fla*vium Alpinum (?) flaminem nominaverunt*[2]) . . . . |. . . . . . .

noaie [3]) . . . . *ibique felicia dixerunt. et desciderunt lu*-|*cum. depositis*

praetex*tis cenatoria alba acc(eperunt) et* in tetra*stylo epulati sunt. fer*-|*cula cum campanis et urnalibus mulsi singulorum*

more *pompae*[4]) *in tetrastylum* transier*unt. post epulas singuli praesentes* |*acceperunt*

sportulas *(denarios centenos) et rosam* solut(am) acc(eperunt) et par*titi* |*sunt(?). deinde L. Alfenius Avitianus promag(ister) latum*

sum*sit*[5]) et rici*nium; superaccepit coron*am pac*t*ilem[6]) r*oseam, et* |*summoto super carceres ascendit*

signumque *quadrig(is) big(is) desul*toribus misit, praesid*entibus* . . . . |. . . . . *Catilio*

Severo, Armen*io Peregrino, Caesonio* Luci*l*lo,[7]) . . . . t . ., No-|vio *Severo Pio*[8]) . . . . *ad cretam.*

deinde perac*tis circensi*bus[9]) Romae *reversi*, [10]) et in domu . . . . . . |. . . . . . *mag(istri) cenatoria*

alba acceper(unt) et *discumbentes toralibus segmentatis ture* et vino fe-|cer*unt, ministrantibus pueris*

patrim(is) et mat*rimis senatorum filis q(ui)* supra; et sacrifici*o peracto* |*unguenta* et *coronas*

accep(erunt) et mantel*is pulmenta rursus con*tiger(unt)[11]) et sportulas |singu*li acceperunt (denarios centenos).*

mensam secun*dam bellariorum diviserunt* et rosam solutam acceperu*nt* |*ibique felicia dixerunt.*

---

b [1]) cf. acta a. 219.

[2]) reliquiae videntur remanere litterarum LA, quae possunt pertinere aut ad vocabulum flaminis, aut ad nomen Flavii cuiusdam. Excluditur autem Flavius Archelaus eo, quod anno 218 flamen fuit: itaque cogitavi de M. Flavio Alpino.

[3]) sic videtur legi in tabula; cogitaveram de NOMI*naverunt*, idque ad creationem flaminis referebam; sed nimis videtur distare a litteris quae praecedunt LA, quas ad flaminem nomenve eius pertinere coniecimus.

[4]) TO . . . . lapis

[5]) SVM . . I id.

[6]) TACILIEM id.

[7]) LVCIALO id.

[8]) NOVO id.; cf. acta a. 213 v. 5.

[9]) cf. comm. ad acta diei secundi sacri Arvalium p. 39; quamquam de supplemento non plane constat.

[10]) ROΛ ΛEI . . . . . I lap.; supplementum *reversi* respondet dicendi rationi ei, qua antea quoque scriptum esse vidimus *reversus in tetrastylo* (*a*, 19), *in papilione* (*a*, 20).

[11]) de supplementis, quae licet certa

a. 218 Mai 30 III kal(endas) Iun(ias) in domum . . . . *mag(istri)* |fratres Arvales ad consummand*um sacrum deae Diae* convener(unt); in*ter cenam L. Alfenius Avitianus* promag(ister), Fl(avius) |Archelaus flam(en), Sulpic(ius) Po*llio,* Armen(ius) Pereg*rinus* . . . . *di*scumbentes toralibus |segmentat*is ture et vino fecerunt;* min(istrantibus) puer(is) pat*rimis et matrimis senatorum filis isdem* q(ui) |s(upra). frug(es) libat(as) cum calat(oribus) et public(is) ad |aram *retulerunt.* deinde lampa*dibus incensis pariter tuscanicas* contiger(unt) et per ka|lator(es) suos domi miserunt. *item* mens(am) sec(undam) bell*ariorum diviserunt et coronas et* ung(uenta) |et sportul(as) acc(eperunt) sing(uli) (denarios centenos). hoc |anno cenat(um) est *in* dies sing(ulos) (denaris centenis) *VI, IIII, III kal(endas) Iun(ias);* pueri |cenav(erunt) senator(um) fil(ii) n(umero) IIII et sport(ulas) ac|c(eperunt) in d(ies) sing(ulos) (denarios) X . . [12]) et felic(ia) dixer(unt). *pr*ecatio cooptationis:

quod b(onum) f(austum) felix fortu*natum*q(ue) sit imp(eratori) Caes(ari) |divi Mag(ni) Antonini fil(io) divi Severi nep(oti) M. Aurellio Antonino pio felici Aug(usto) p(ontifici) m(aximo) tr(ibunicia) pot(estate) |co(n)s(uli) p(atri) p(atriae) proco(n)s(uli), et Iuliae Maesae Au|g(ustae) aviae Aug(usti) n(ostri), tot*i*que [13]) domo divin(ae) eor(um), senatui populoq(ue) Rom(ano) Quiritib(us), fr*a*|tr(ibus) Arval(ibus), parentib(us), liberis coniugibusque nostris, fratrem Arvalem *ex s(enatus) c(onsulto)?* [14]) *domin(um) n(ostrum)* imp(e|ratorem) Caes(arem) M. Aure*llium A*ntoninum pium felicem |Aug(ustum) collegam nobis cooptamus fel(iciter). e*t* . . *id(us) Iulias* [15]) ante p*ronaum a*edis Concord(iae) |fratr(es) Arval(es) convener(unt) ad cooptandum imp(eratorem) Caes(arem) M. Aurellium Antonin*um pium* fel(icem) Au|g(ustum) p(ontificem) m(aximum) tr(ibunicia) pot(estate) co(n)|s(ulem) p(atrem) p(atriae) proco(n)s(ulem). adfuerunt L. Al|fen(ius)

---

non sint, probabilitate tamen non carent, cf. acta diei primi p. CCIII v. 15.

12) X[XV] Marinius; sed numerus plane incertus: cf. comm. ad acta diei tertii sacri deae Diae p. 45.

13) TOTAQVE lap.

14) de supplemento hoc cf. comm. ad acta cooptationum p. 154.

15) FELFEI . . . . ΓII lap. — Fortasse bis erat positum FEL*(iciter)* FEL*(iciter)*. Postea verba *et ad sacra vocamus* ne inserantur obstat hiatus, qui tot litteras continere nequit, praesertim cum dies cooptationis non possit non indicatus esse. Is videtur fuisse paullo ante idus Iulias, cum pridie idus illas inter sodales Antoninianos (Henzen 6053) et sacerdotes in aede Iovis propugnatoris consistentes (ibd. 6058) Elagabalus cooptatus sit, eodem autem fere die in collegia sacer-

Avitianus, Cn. Ca*tilius* [16]) *Severus*, *T. Statilius* Silianus, C. Sulpic(ius) a. 218
|Pollio, T. Fl(avius) Archelaus, L. Armenius
Peregrinus, L. Cae*sonius Lucil*lus, M. Fl(avius) Alpinus, ibique adcla-
|mantes felicia *dix*erunt. detulit
Primus Corne*lianus pub*l(icus) *a* comm(entariis) fratr(um) Arv(alium).
|imp(eratore) Anton*ino* Aug(usto) *et A*dvento [17]) co(n)s(ulibus)
pr(idie) id(us) Iul(ias) in Capit(olio) ant(e) cell(am) Iun(onis) reg(inae) Iul. 14
|fratr(es) Arv(ales) conv(enerunt) ad vota an*nua* suscip*ienda*
|pro salute
et incolum(itate) imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelli Antonini pii fel(icis)
|Aug(usti) p(ontificis) m(aximi) *trib(unicia)* pot(estate) co(n)-
|*s(ulis) p(atris)* p(atriae) proco(n)s(ulis), et Iuliae
Maesae Aug(ustae) aviae Aug(usti) n(ostri) totaq(ue) dom(o) divin(a)
|eor(um); item ad vo*ta dece*nn(alia) [18]) su*s*cipiend*a* imp(eratoris)
|Caes(aris) M. Aur(elli)
Antonini *pii* [19]) felicis Au*gust*(i) *p(ontificis)* [20]) *m(aximi)* tr(ibunicia) po-
|*t(estate)* co(n)s(ulis) p(atris) *p(atriae) proco(n)s(ulis); item ad*
|lud(os) vo*ti*vos committend(os) conven(erunt).
secui . . t sca [21]) . . . . di . . [22])
|fratr(es) Arval(es) in Capitolio
sue . . . . *et adclamaverunt* feliciss(ime)! [23]) saepe de no-
|str(is) ann(is) augeat
tibi *I*up*piter annos!* . . . . *sis p*ius et felix, M(arce) A(n-
|tonine) im(perator) C(aesar) Aug(uste)! di te serv(ent)!
tu re . . . . *imp(eratore) Antonino Aug(usto) II et S*acer- a. 219
|dote II co(n)s(ulibus)
. . . . . . *piaculum factum mag(isteri)* . . . . *in luco*
|*deae Diae o*b ferri inlationem scripturae
et scalpturae marmoris porcam piacularem, struibus, fertis et agnam per
|*Secundinum (?)* tab(ularium) rat(ionis) k(astrensis)
et public(os) fratr(um) Arv(alium) [24]). . . . . *piaculum factum*
|*ob* ferri *elationem scripturae*
et scalpturae operis perfecti porca et agna, struibus fertisque per Secun-
|dino *(sic)* tab(ulario) rat(ionis) s(upra) s(criptae) et *p*er . .
. . . . *publicos* fr(a-
|trum) Arv(alium).

---

dotum cooptari soliti sint principes novi. Ipso vero illo die Arvales cooptasse non videntur, cum in iis quae sequuntur dicantur eo die votorum annuorum causa convenisse: nam si utraque res eodem die facta esset, repetita non esset nota diei.

[16]) CAI . . . . lap.

[17]) AVGF . . . DVENTO id.

[18]) cf. a. 238.

[19]) I . . lap.

[20]) AV . . IT . . . id.

[21]) SECVI . . TSC/ . . . id., quae litterae quid significent minime assequor.

[22]) DT id.

[23]) . . . FEJI . . . S id.

[24]) restitui ex actis a. 220.

(praecedebat in alia tabula actorum diei secundi sacri Arvalium pars prior)

a. 219 . . . . *ollas pre*cati sunt, cum pultes conteger(unt), et pre- |cati sunt, et osteis apertis per clivum iactaverunt. deind(e) subsell(iis) marm(oreis) consed(erunt) et panes laur(eatos) per |public(os) partiti sunt, et deas unguentaverunt. et aed(es) clusa e(st): omn(es) foras exier(unt). ibi sacerdotes clusi, suc- |cinct(i) libellis acc(eptis) carm(en) dic(entes) tripodaver(unt). deinde signo dato publ(ici) introier(unt) et libell(os) recep(erunt) et ante |ianuam deae Diae adsteterunt et co- rona*s* [1]) derectas per COMMCITANTE [2]) singulor(um) inferentibus aras |contegerunt; et deae corona- tae sunt; et de Saturnalibus primis Flavium Archesilaum mag(istrum) |creaverunt, ibique felicia dixer(unt). et desciderunt lucum. depositis praetextis cenatoria alba acc(eperunt) et |in tetrastylo epulat*i* [3]) sunt; mor*e* [4]) pompae in tetrastylum fercula cum campanis et urnalibus mulsi |singulorum tran-

Fragmentum actorum inscriptum infra acta anni 90 in tabula reperta in vinea Ceccarelliorum a. 1868. Litterae satis neglegenter exaratae altae sunt mill. fere 7.

Descripsi cum Bormanno et edidi in *Relazione* p. 53. Litterarum specimen delineandum curavi ibid. tab. 1 n. 9 *a*.

Acta haec, cum Flavius Archesilaus sive Archelaus, qui a. 220 iterum magisterio functus est, v. 6 dicatur magister creatus esse, nec in creatione iteratio indicari soleat, puto fuisse ipsius anni qui praecessit 219. Nam ceteri anni priores fere excluduntur ut 218 214 213, quod eorum et supersunt acta et noti sunt magistri, et 216 212, quod iis sacrum Arvalium faciendum erat a. d. VI IIII III kal. Iunias. Restant anni 217 et 215. Sed illi obstat, quod parum probabile est eundem hominem a. 218 et 220 magistrum fuisse, utrique forma actorum: nam cum usque ad annum certe 213 sacrum eodem modo enarrari soleat (a. 214 ea pars servata non est), diversissimus modus primum in actis a. 218 apparet, ut Elagabalus videatur morem mutasse; acta autem de quibus agitur simillima sunt a. 218. Eandem ob causam anni, qui sunt priores a. 212, excludendi sunt. Accedit, quod ipse Flavius Archesilaus in actis tantum annorum 218 220 224, P. Aelius Secundinus et Saenius Donatus annis 224 et 231 commemorantur, nec antea ulla eorum mentio invenitur. Fieri tamen potest ut sit anni posterioris.

[1]) CORONAP lapis.

[2]) de lectione cum plane constet, neque tamen intellegi possint litterae in tabula exaratae, quadratarii neglegentia nonnulla omissa esse ostendit Mommsenus, qui restituit sic: *et coronas derectas per comm(entariensem) citante singulor(um)* [nomina magistro, calatoribus singulorum] *inferentibus aras contegerunt:* cf. *Relazione* p. 55,2. De singulis cf. comm. ad acta diei secundi sacri deae Diae p. 33.

[3]) EPVLATC. lapis.

[4]) MORAE id.

sierunt. post epulas sportulas accep(erunt) singul(i) praes(entes) *dena-*|*rios* c(entenos)[5]) et rosam solut(am) acc(eperunt) et felicia |dixer(unt). a. 219

deinde mag(ister) Ael(ius) Secundinus latum sumsit et *r*icinium[6]); su-|peraccep(it) coron(am) pactilem roseam et super carceres adscendit et sign(um) quadrig(is), big(is), desul-|t(oribus) *mi*sit[7]), praesid(entibus) *Fl*(avio)[8]) Archesilao et Saenio Donato ad cretam.

XIII k(alendas) Iun(ias) Mai 20

in domum P. Aeli Secundini mag(istri) fratr(es) Arval(es) ad consum-|m(andum) sacrific(ium) deae Diae convenerunt et epulati sunt et ture et vino fecerunt, ministrantib(us) puer(is) pa-|trim(is) et matrim(is) senator(um) filis, qui supra. fruges livatae *(sic)* sunt. per calatoribus ministrantibus |*(sic)* et per pueros praetextatos cum publicis ad aram retulerunt: deinde lampadibus incensis |pariter tusc*anic*as[9]) *contigerunt cet.*

---

5) PRAESIC id.
6) IRICINIVM id.
7) AVSIT id.
8) EL. id.
9) TVSCMIAS id.

a. 220 hoc anno cenaverunt singuli
dies singulos ad Fl(avium) Archelaum mag(istrum) (iterum)
Mai 27.29.30 (denaris) centenis in VI IIII III k(alendas) Iun(ias).
adfuerunt T. Statilius Silianus,
M. Iunius Hermogenes, M. Fl(avius) Alpinus.
a. 221 Grato et Seleuco co(n)s(ulibus) VII id(us) Mai(as)
Mai 9 piaculum factum mag(isteri) (secundi) Fl(avi) Archelai
in luco deae Diae ob ferri inlatione *(sic)*
scripturae et scalpturae marmoris
per Fl(avium) Archelaum c(larissimum) v(irum) fratrem Arval(em)
et public(os) et a sacris, porcam piacular(em),
struibus fertis, et agnam, quorum
extae redditae sunt.
isdem co(n)s(ulibus) piaculum
factum ob ferri elationem scripturae
et scalpturae operis perfecti per eos
quos supra, et per Primum Cornelia-
num comm(entariensem) et public(os) fratr(um) Arval(ium).

Tabula marmorea, quae in luco Arvalium fulcrum videtur fuisse lateris subsellii vel cathedrae, effossa anno 1778 una cum tabula actorum a. 218, cum fundamenta iacerentur sacrarii Vaticani MAR. Nunc extat in aditu eiusdem sacrarii.

Descripsit Bormann. Edidit Marini in folio singulari inscripto *acta fratrum Arvalium sub imp. M. Aur. Antonino Elagabalo ex marmoribus modo in urbe repertis descripta*, et *Arv.* tab. XLII.

Anni esse 220 ostendunt consules anni subsequentis, qui fasces gerebant, cum acta in luco in marmore exarabantur. — Primo capite continetur extrema pars actorum sacri mense Maio facti.

a

. . . . . fratres Ar*rales* . . . . a. 221
. . . . . libus con*venerunt* . . .
. . . . . Statilius Se*verus* . . .
. . . . . Statilius Sil*ianus* . . . .
. . . . . anus prae*tor* . . . . .
. . . . . L. Armeni*us Peregrinus* . . . .

b

XIII k(alendas) Iun(ias) cet. (sequuntur acta sacri die tertio ab Arvalibus in domo consummati) deinde lampadibus incensis pariter tuscanicas contigerunt, quas per calatores domos *suas miserunt. hoc anno cenatum est in dies sing(ulos) (denaris centenis) XVI XIIII XIII k(alendas) Iun(ias); pueri cenav(erunt) n(umero) IIII et sportulas acc(eperunt) in dies sing(ulos) (denarios) . . et fel*icia dixeru*nt. illo die in pronao aedis Concordiae per Ael(ium) Secundinum (?) mag(istrum) in* loc(um) Domiti Ane . . . . *ex litteris imp(eratoris) Caes(aris) M. Aur(eli) Antonini Pii felicis Aug(usti) illum fratrem Arvalem cooptarunt* [1]).

imp(eratore) Caes(are) M. Aur(elio) Antonino Aug(usto) IIII, M. Aur(elio) a. 222 *Severo Alexandro Caesar*e Aug(usto) co(n)s(ulibus) XVI kal(endas)

Fragmenta reperta in vinea Ceccarelliorum *a* anno 1867, *b* anno 1868, *c* anno 1869, litteris parum bonis altis mill. 9.

Descripsi cum Bormanno et edidi *a* in *Annalibus instituti archaeol.* 1867 p. 289, *a* et *b* in *Relazione* p. 80.

Fragmenta aetatis fere Caracalli vel Elagabali esse cum nomina declarent Statilii Siliani et Armenii Peregrini (cf. a. 213. 218. 220), notam consulatus quae extat *b* v. 4 . . . *e Aug. 'cos.* rettuli ad a. 222, quo fasces ordinarios gesserunt Elagabalus et Alexander Caesar (*Relaz.* p. 80). Nam quod contra dixit Mommsenus (l. c. p. XIV), Caesarem nominari non potuisse Augustum, Alexander ipso hoc anno, quo consul erat, factus est Augustus. Arvales igitur, qui eo tempore non signabant in actis nisi consules ordinarios, cum acta a. 222 inciderent, nomini Alexandri titulum Augusti adscribere debebant. At quod Mommsenus proposuit legendum [*fratr*]*e Aug(usti)* et referendum ad Getam consulem a. 203, eo refellitur, quod cum tum iterum consul esset, iterationis nota omitti non poterat.

b c de supplementis fragmentorum quamquam fere constat, non constat de divisione versuum.

[1]) de cooptatione fratris agi verba quae supersunt LOC·DOMITIANLL manifesto ostendunt. Nomen magistri desumpsi ex actis inlationis ferri, ubi vide.

a. 222 c Mai(as) piac*ulum* *fact*um mag(isteri) *Aeli Secundini II (?) in luco deae Diae ferru*m inferendi scripturae et scal*ptur*ae[2]) *mar*m(oris) per Ael*ium Secundinum (?) c(larissimum) v(irum) fratrem Arvalem*[3]) *et per* . . . . Aug(usti) lib(ertum) struib(us) e*t* fert(is), porciliam alb*am* piacular(em) *et agnam quarum extae redditae sunt.* VII k(alendas) Mai(as) piacul(um) f*actum in luco deae Diae ferrum efferendi scripturae et scalpturae* magisteri peracti. ea omnia quae *supra*, *fac*ta sunt.

---

[2]) SCAPTVR lapis.

[3]) piaculum ob ferri inlationem scripturae magisterii peracti hac aetate fieri solebat ab ipso magistro eius anni, cuius acta incidebantur (cf. a. 220 225). Itaque cum inter Arvales annis 219, 224, 234 P. Aelius Secundinus commemoretur, eundem hoc quoque loco nominatum esse conieci: quod si recte feci, magister anno 221 fuit iterum, cum primum anno 219 magisterio functus sit.

IMP. CAESAR M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER PIUS FELIX AUGUSTUS.

adfuerunt . . . . a. 224
1 T. Fl(avius)[1]) *Archelaus* . . . . *M.* *ab*
Saenius Donatus, L. Fabius Fortunatus. VII id(us) Nov(embres)[2]) Nov. 7
fratres Arval(es) in luc(o) d(eae) D(iae) via Camp(ana)[3]) apud lap(idem)
|(quintum) conv(enerunt) per C. Porc(ium) Priscum
mag(istrum), et ibi imm(olaverunt), quod vi tempestat(is) ictu fulmin(is)
|arbor(es) sacr(i) l(uci)[4]) d(eae) D(iae) attact(ae)

Tabula marmorea Romae effossa anno 1570 SCAL. olim apud Fulvium Ursinum VRS. (inde constat eam repertam esse in vinea Ceccarelliorum cum Ursinianis ceteris). Anno 1704 in aedibus Farnesiis ad campum Florae eam fuisse tradit MAR.(em. ad Grut.). Postea in plures partes rupta est: *a* nescio quomodo sibi comparaverit FEA, eiusque partem inferiorem possidebat nuper Pierius rerum antiquarum institor: a quo emit rerum antiquarum Romae curator Petrus Rosa. Complectitur partem tabulae quae intuenti sinistra est, versuum autem singulorum litteras plus minus vicenas; — fragmentum *b* partis alterius versus priores 10 magna ex parte complexum iam periit; — *c* reliquam tabulae partem continens in aedibus privatis Romae quidem descripsit, sed quo tempore opus de Arvalibus conscriberet, Casertae in museo Francisci Danielis servari tradidit MAR. (Arv.): postea in museum publicum Neapolitanum illatum est MOMMS. FIOR. ibique adhuc servatur. — Litterae altae mill. 9—10.

Totum fragmentum exhibet Ursinus *ad Caton.* cet. p. 220, 12 (inde Grut. 121, 1 nescio unde correctum, et ab ipso, ut videtur, Ursino Ligorius Taur. vol. 18 f. 65, Victorius cod. Monac. Lat. 743 f. 131, Scaliger *sched. Paris. fonds Dupuy* 461 f. 76, Lipsius auct. p. 16, cod. Papenbr. Leid. 6 f. 93, Busbequius apud Pighium in Grut. corr. 1); *a* descripsit Fea *fasti* n. 44, eiusque partem inferiorem inde a v. 18 ipse descripsi; — *c* descripsi ex ectypo chartaceo. Totum fragmentum exhibent Marinius *Arv.* tab. XLIII, inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 124, Fiorelli *catal.* n. 71 (e Marinio Or. 961); contulit Mommsenus *I. N.* p. XXII.

Ea quae iam perierunt ex Ursino fere desumpsi: in parte superiore fragmenti *a* Feam secutus sum. Subiunxi variam lectionem eius partis quam non vidi.

1) solus Fea exhibet, qui sic habet: ɪʟʟ.

2) VII ID NOV (AVG Ligor.) supra totum documentum posuit Urs.

3) CAMPANA Urs. fragm.

4) LVC id. ibd., L Ligor. Papenbr. Grut., LVCI Lips. Vict.

a. 224 arduer(int), ear(um)q(ue) arbor(um) eruendar(um), ferr(o) *f*endenda- |r(um) adolendar(um),[5]) commolendar(um), item aliar(um) restituendar(um) causa operisq(ue) inc*h*oandi [6]) ara*s* |temporal(es) sacr(as) [7]) d(eae) D(iae) reficiend(i), eius rei causa lustr(um) miss(um) suovetaurilib(us) maio- |r(ibus); item ante aed(em)

a c d(eae) D(iae) b(oves) f(eminas) a(uro) i(unctas) n(umero) II, item ad |ar(as) tempor(ales) dis inf(ra) s(ub) s(criptis): Ian(o) patr(i) |ariet(es) II, Iovi verbec(es) II, Marti patri ult(ori) ar(ietes) n(umero) II, sive deo sive deae |verb(eces) [8]) II, Iun(oni) d(eae) D(iae) ov(es) n(umero) II, Virginib(us) div(is) ov(es) n(umero) II, Fam(ulis) div(is) verb(eces) n(u- |mero) II, Larib(us) verb(eces) n(umero) II, Matri [9]) Lar(um) |ov(es) n(umero) II, Font(i) [10]) verb(eces) n(umero) II, Flor(ae) ov(es) n(umero) II, Sum- |ma(no) pat(ri) verb(eces) atros II, Vestae matri ov(es) II, Ves*tae* deor(um) de*a*r(um)q(ue) [11]) ov(es) II; item Adolend(ae) Coin- |q(uendae) ov(es) II; et ante Caesar(eum) Genio d(omini) n(ostri) Severi Alexandri Aug(usti) t(aurum) a(uratum); [12]) |item divis n(umero) XX verbec(es) XX.

Dec. 10 IIII id(us) Dec(embres) fratres Arval(es) in luco deae Diae via Campana |apud lap(idem) (quintum) convener(unt) per C. Porc(ium) Priscum mag(istrum), et ibi immolav(erunt), quod |ab ictu fulminis arbores luci sacri d(eae) D(iae) attactae arduerint, earumq(ue) arborum adolefacta- |rum et coinquendarum, et *quod* in eo luco [13]) sacro aliae sint repositae et arae tem- |poral(es) refectae, ferri effer(endi), *h*uius [14]) oper(is) perfecti causa lustrum missum suovetau- |rilib(us) maioribus

---

[5]) PENDENDAR Urs., PONENDAR ex arbitrio Ligor; FENDENDAR pro *findendarum* coniecit Gesnerus: cf. Marinius (p. 679) qui quod ipse de poena arboribus pendenda proposuit (p. 680), id nemini eum persuasurum esse puto: in ipsa tabula scripsit *perdendarum*. — COLENDAR Lig. Vict. Lips. Papenbr. Busbeq. pro ADOLENDAR.

[6]) INCROANDI Urs., INCHOANDI Lips. Busb., INCKOANDI Vict.

[7]) ARAE omnes; credi possit scribendum esse *arae temporalis .... reficiendae*, sc. causa; sed de pluribus aris agi ostendit v. 17, ideoque correxi. Marinius post verbum *sacr* verbum LVCI inserit, dubitans num explicandum sit SACR(arii); fortasse *sacras*?

[8]) VERBEC Urs. fr., VERB ceteri.

[9]) MATR Urs. fr., MATRI ceteri.

[10]) FONT. VER Urs. fr

[11]) VESEOR·DEOR·DEORQ lapis.

[12]) verba ITEM·ADOLEND·COINQ·OV·II·ET·ANTE CAESAR GENIO D·N̄·SEVERI ALEXANDRI AVG·T·A·ITEM om. Ligor. Vict. Lips. Papenbr.: inde et ex falsa lectione COLENDAR (5) ab uno exemplo eos pendere constat.

[13]) ET IN EO LVCO lap.

[14]) EFFERRVIVS id.

et cetera q(uae) s(upra). adfuer(unt) P. Ael(ius) Secundinus, T. Fl(a- |vius) Arc*h*esilaus, [15]) M. Fab(ius) Fortuna- tus, M. Saen(ius) [16]) Donatus. a. 224

Fusco II et Dextro co(n)s(ulibus) XIIII [17]) k(alendas) Mai(as) in luco deae |Diae p(iaculum) f(actum) mag(isteri) [18]) L. Porci Prisci ob ferri inlationem scriptur(ae) et scalptur(ae) marmor(is) causa, immo- |l(ante) ipso mag(istro) porcam et agnam, struib(us) e*t* fertis, [19]) et extas/reddid(it) ad aram, |ministran- tibus public(is) et pr*ae*sentibus [20]) a sacr(is) d(omini) n(ostri) Aug(usti); |item immolavit ob ferri elationem scripturae et scal*p*tur(ae) [21]) et operis perfecti III non(as) |Mai(as) per Porc(ium) P*h*ilolog*um* [22]) calat(orem) et per public(os) fratr(um) |Arvalium. a. 225 April. 18 Mai 5

In aversa tabulae litteris maximis legitur

Septimius
Antoninus

ut solus Marinius notavit.

---

15) ARCRESILAVS id.

16) SAENIVS Urs. (fr.) Ligor. Lips.

17) XIII Urs. (fr.) Ligor. Vict. Lips. Busb., XIIII Papenbr. Grut.

18) *magisterio* perperam Mar.; terminatum enim erat magisterium Porci Prisci Saturnalibus anni 224.

19) EFFERTIS lap.

20) PRELENTIBVS id.

21) SCALCTVR id.

22) PRILOLOGO id.

a. 231 . . Claudio Pompeiano et T. Fl*avio Peligniano*[1]) *co(n)s(ulibus)*

Ian. 3 III non(as) *Ianuar(ias)*

*fratres Arva*les in Capitolio ante cellam Iunonis reginae convenerunt ad |vota annu*a solvenda et suscipienda pro salute imp(eratoris)* |*Caes(aris)* *divi Sever*i Pii nepotis, divi Magni Antonini Pii fili, M. Aur(elli) Severi |////////i[2]) pii *felicis Aug(usti) p(ontificis) m(aximi) trib(unicia)* |*pot(estate) X co(n)s(ulis) III p(atris) p(atriae) proco(n)s(ulis),* |*et Iuliae* *Mammaeae matris* Aug(usti) n(ostri) et castrorum, senatus ac patriae |totiusque domus divina*e* eoru*m, hoc die immolavit*[3]) *C. Por*- |*cius Priscus mag(ister)* *Iovi b(ovem) m(arem) a(uratum)* Iunoni reginae b(ovem) f(eminam) a(u- |ratam), Minervae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Saluti publi- |cae p(opuli) R(omani) *b(ovem) f(eminam) a(uratam). adfue-* |*runt C. An-* *nius Percen*nianus, L. Lorenius Crispinus, L. Fab(ius) Fortunatus, L. |Alfenius Avi*tianus.*

Ian. 7 VII idus *Ianuar(ias)*

*in pronao aedi*s Concordiae fratres Arvales convenerunt ad indicendum

Mai 17.19.20 |*sacrificium deae Diae in XVI XIIII XIII kal(endas) Iun(ias).* |*adfuerunt C. Por-* *cius Priscus m*ag(ister), P. Ael(ius) Secundinus, M. Saenius Donatus, |C. Annius Percennian*us* . . . .

Fragmentum effossum anno 1778 in villa Justinianea prope S. Ioannis in Laterano, postea in aedibus Iustinianeis MAR.

Descripsit Marinius et edidit una cum actis a. 218 et 220 in folio singulari inscripto *acta fratrum Arvalium sub imp M. Aur. Antonino Elagabalo ex marmoribus modo in urbe repertis descripta*, ed. 2; postea in *Arv.* tab. XLIIII. Eiusdem restitutionem fere secutus sum.

[1]) De cognomine alterius consulis dubitavit Marinius (p. 700; cf. p. 821); sed. cf. nunc *Chronogr. anni* 353 in fastis et Brambach *I. Rh.* 1034

[2]) nomen Alexandri scalpro deletum.

[3]) de supplementis cf. a. 183.

11 III kal(endas) . . . . a. 231
fratres Arvales in Capitolio ante cellam Iunonis reginae convenerunt per |C. Porc*ium Priscum mag(istrum) pro salute et reditu et victoria*[4]) *imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurellii Severi Alexandri pii felicis Aug(usti)* |*p(ontificis) m(aximi) trib(unicia) pot(estate) X co(n)s(ulis)* III |p(atris) p(atriae) proco(n)s(ulis) *cet.*

---

[4]) hoc caput referendum fortasse est ad expeditionem Parthicam hoc anno, ut videtur, ab Alexandro susceptam; cf. Eckhel 7 p. 273 seq.

ALEXANDRI A.

anni incerti.

. . . . *foculi orn*ati [1]) caespite ante ia*nuam* . . . . . .
. . . . coniunct lacte iocinfa [2]) . . . .
. . . . anis super caespite fecer(unt). ite*m* . . . .
. . . . tis irib praepant. [3]) deinde in a*edem intraverunt et ollas praecati sunt et contigerunt pu*ltes. praecati [4]) colleg(ae) et mag(ister) |et *flamen* . . . .
. . . . *ollas* accep(erunt) [5]) et ianuis a*p*ertis [6]) per |clivu*m iactaverunt* . . . .
. . . . *dei*nde osteis reclusis su*b*se*ll*(is) [7]) mar*moreis con*|*sederunt, et panes laureatos per fa*mil(iam) et offic(ium) divis(erunt); item de aede |exi*erunt et reversi ad aram thesauros dederunt e*t flam(en) Donatus duos colleg(as) |su*mptis* [8]) . . . . *ad fruges petendas misit et* . . . . *m*ag(ister) et flamen cum scyphis |vin*o repletis et acerris*

Fragmentum litteris altis mill. 7—8, repertum anno 1867 in vinea Ceccarelliorum, nunc apud Angelum Pellegrinium.

Descripsi et edidi in *Ann. inst. arch.* 1867 p. 292.

Donatus flamen (v. 9) cum videatur esse Saenius Donatus qui in actis a. 219, 224, 231, ALEX. B. commemoratur, fragmentum referendum est ad aetatem fere Elagabali vel Alexandri, cui etiam formae litterarum respondent. Neque tamen spectat ad a. 218 et 219, ex quorum actis idem caput superest, nec anno 220 videtur tribui posse propter formam litterarum et lapidis. Actorum autem a. 221 litterae valde quidem similes sunt neque tamen ita, ut ad hunc annum fragmentum tuto referri possit. Quae cum ita sint, ad imperium potius Alexandri referendum erit, licet de anno nihil enucleare contigerit.

De singulis nota haec: [1]) \II lap.

[2]) Litterae ut clarae sunt, ita quid sibi velint non perspicio, videntur enim verba nimis breviata esse.

[3]) hic quoque mihi omnia obscura.

[4]) PRAECAII lapis.

[5]) ACCIP id.

[6]) A. ERTIS id.

[7]) SVRSEIL id.

[8]) SV: potest etiam fuisse *summoto*.

11 *ante osteum ture et vino fecerunt, et reversi collegae dextra dederunt,* |*l*aeva frug(es) acc(eperunt); deind(e) car*men descindentes tripodaverunt* . . . . fec(erunt); deinde corbul. |cum [9]) . . . . *de*inde in aede reversi . . . . *si*gn(o) offic*io dato publici introierunt cet.* . . . .

---

[9]) lectio certa; quid subsit assecutus non sum. — Supplementa petita sunt ex actis a. 218 et 219.

ALEXANDRI B.

anni incerti.

. . . . I . . . .

*fratres Arvales ante pro*naum *aedis Concordiae convenerunt et M. Saenium Donatum magistr*um annuum *in locum* . . . . *demortui nominaver*unt.[1]) M. Saenius D*onatus magister* . . . . diem sacris indixit qu[2]) x

. . . . . non(as) Mai(as)

*fratres Arvales in l*uco deae Diae via Campa*na apud lap(idem) (quintum)* |*convenerunt per M. Saenium Donatum* mag(istrum). operum luci sacri *inchoandorum causa* | . . . . *lustru*m missum. Prastina[3]) . . . . *immolavit* . . . . s suovetaur*ilibus maioribus*[4]).

Fragmentum repertum anno 1858 in coemeterio Callisti inter vias Appiam et Ardeatinam, litteris parum bonis altis mill. 6 — 8.

Edidit de Rossi *Ann. inst. arch.* 1858 p. 74 et aeri incidit ibd. tab. D: de restituendo fragmento disputavit l. c. p. 74—79, supplementaque eius, etsi non omnia certa sunt, paucis mutatis recepi.

Saenius Donatus cum in actis annorum 219, 224, 231 commemoretur, hoc quoque fragmentum ad aetatem Elagabali vel Alexandri videtur referendum esse. Iam vero ex actis annorum imperii Elagabali omnium fragmenta supersunt, eaque neque scripturae plane respondent frustuli de quo agimus, et locis effossa sunt a via Appia longe distantibus, nec probabile christianos, cum acta Arvalium ad contegendos coemeteriorum loculos adhiberent, fragmenta detulisse. Itaque cum fragmentum imperio Elagabali tribui non posse videatur, ad imperium Alexandri referri tuto poterit.

[1]) caput hoc spectare non potest ad magistrum mense Maio e lege creatum, cum nec dies nec formula satis respondeant. Itaque cogitavi de magistro suffecto in locum mortui.

[2]) litterae tam incertae sunt, ut dubitet Rossius, utrum legendum sit INDIXITQV, an INDIXERV*nt*: hoc posito, addendum erit *cum collegis*.

[3]) erat fortasse promagister.

[4]) supersunt versus subsequentis vestigia quaedam litterarum dimidiatarum, quas Rossius in imagine aeri incisa signat, omittit in titulo restituto.

ALEXANDRI C.

anni incerti.

VII id(us) Ianuar(ias)

in pronao aedis Concordiae fratres Arvales sacrificium deae Diae indixe- Ian. 7
|*runt, ibique* . . . . *mag(ister) cet. sacrifi-*
|*cium deae Diae cum fratribus* Arval(ibus) *in*dic(it): [1]) q*uod*
|*bonum faustum*
felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caes(ari) M. Aur(ellio) Se-
|*v*ero Alexandro *Aug(usto) p(ontifici) m(aximo) trib(unicia) po-*
|*t(estate)* . . .
co(n)s(uli) . . *p(atri) p(atriae) proco(n)s(uli), divi Magni An*tonini p(ii)
|f(ilio), divi S*everi nep(oti), et*
*Iuliae Mammaeae Augustae m*atr(i) Aug(usti) n(ostri) et cas*trorum et*
| *senatus*
5 *et patriae, totique* d(omui) eorum, s(enatui) p(opulo)q(ue) R(omano)
|*Q(uiritibus), fratribusque*
*Arvalibus: sacrificium deae Diae h*oc anno erit an(te) d(iem) [2]) *XVI*
|*(VI?) k(alendas) Iun(ias)*
domi, ante d(iem) XIIII (IIII?) k(alendas) Iun(ias) luco et d*omi, ante*
|*d(iem) XIII (III?)*
k(alendas) Iun(ias) domi. adfuerunt cet.

Fragmentum olim apud Ursinum VRS. (repertum igitur videtur in vinea Ceccarelliorum) postea Velitris in museo Borgiano MAR. nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR. Litterae parum accuratae, altae mill. 10—12.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Ediderunt Ursinus *ad Caton. cet.* p. 223, 18 (inde Grut. 122,4); Marini *Arv.* tab. XXXXV: inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 125; Fiorelli *catal.* 72. Cf Mommsen *I. N.* p. XXII.

[1]) ARVALDIC lapis: Marinius restituit sic: *adstantibus fratribus Arvalibus* . . . . *magister cet. fratribus*] *Arval(ibus) dic(ens)*, perperam. Pro [*in*] DIC*it* potest scriptum fuisse [*in*]DIC*unt*; cf. comm. ad acta indictionis p. 7.

[2]) AN Urs , ANI Momms., AND Mar. Fior. ego.

ALEXANDRI D.

anni incerti.

(praecedunt acta sacri die tertio in domo consummati)

pueri cenaverunt senatorum fili n(umero) IIII qui supra. in dies singul(os) |(denarios)

(. . . .) acceperunt et felicia dixerunt. illo die in pronao aedis Con- |*cordiae per* . . . . *mag(istrum) in locum illius ex* |litteris

imp(eratoris) Caesaris illius illum fratrem Arvalem cooptarunt. illo die

. . . . |. . . . . *mag. et*

. . . . |. . . . *im*mola*vit? cet.*

Fragmentum repertum in vinea Ceccarelliorum anno 1869, litteris parum bonis, altis mill. 9.

Descripsi.

Litterae perquam similes sunt scripturae actorum a. 221, cum autem fragmentum neque his tribui possit propter diversa versuum intervalla, nec in actis annorum qui praecedunt ei locus sit, ad imperium Alexandri videtur tuto referri posse. Reliquiae vv. 4 et 5 spectant fortasse ad piaculum ob ferri inlationem factum, nimis tamen exiguae sunt quam quae restitui possint.

IMP. CAESAR M. ANTONIUS GORDIANUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

. . . . a. 238
ni . . . .
VI idu*s Iun(ias) in Capitolio an-* Iun. 8
te cellam Iunonis r*eginae vota annua suscepta*
in III non(as) Ian(uarias) quae *proximae p(opulo) R(omano) Q(uiri-* Ian. 3
tibus) erunt;
item decennalia sus*cepta pro salute*
et incolumitate imp(eratoris) *Caes(aris) M. Antonii*
Gordiani pii felicis A*ug(usti). fratres Arvales*
convenerunt per M. M. . . . .

Fragmentum olim apud Ursinum VRS. (repertum igitur videtur in vinea Ceccarelliorum); deinde in aedibus Farnesiis MAR. nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR. Litterae satis bonae, altae mill. 7—10.

Descripsi ex ectypo chartaceo. Ediderunt Ursinus *ad Caton.* p. 222, 16 (inde Grut. 122, 2; Marini tab. XXXXVI; inscript. vet. mus. Borb. (Neap. 1857) I n. 126; Fiorelli *catal.* 73: cf. Mommsen I. N. p. XXII.

Pertinet ad vota annua et decennalia suscepta, postquam interfectis Pupieno et Balbino Gordianus imperium auspicatus est: id quod ante diem 22 mensis Iunii factum esse ipsius Gordiani ostendit rescriptum a. d. X kalendas Iulias factum (cod. II, 10, 2; cf. Borghesi *Bull. nap. n. s.* VII p 45). Itaque v. 2 scribendum erit VI *Idus Iunias*, non *Augustas*, ut proposuit Marinius, quem in explendo fragmento secutus sum. Ceterum cf. comm. ad acta votorum pro salute novi principis susceptorum p. 106 seq.

a. 241 . . . .

in locum GIIINN . . . . VSIS [1]) . . . . |. . . . .

IIII . . . . [2])

fratres Arvales in Capitolio an*te* [3]) cell*am Iun(onis) reg(inae) convene-|r(unt) ad vota suscipien*da, quod im*p*(erator) [4]) Caes(ar) M. Anton(ius) Gordian*us* [5]) *p(ius) f(e-|lix) Aug(ustus) p(ontifex) m(aximus) trib(unicia) pot(estate) |IIII co(n)s(ul) II p(ater) p(atriae)*

HVMMIGVADMDIPIOCAGMILAQVE [6]) *Furiam Sabiniam Tranquil-|linam*

Aug(ustam) liberorum creandorum cau*sa* [7]) *duxerit. adfuerunt Iasdius* Aemilianus Hono*r*atianus [8]) magis*ter* . . . . *L. Fabius*

Fragmentum effossum anno 1744 in regione Transtiberina, cum fundamenta iacerentur aedis conservatorii S. Paschalis; deinde apud Marangonium MARANG. qui dono dedit ecclesiae S. Mariae Transtiberinae MARIN. Ibi hucusque servabatur in sacrario, nunc visitur muro insertum in porticu ante ecclesiam. — Litterae pessimae lectuque difficiles, altae mill. 6.

Descripsi ex ectypo chartaceo et ipsum lapidem diligenter contuli. Ediderunt et in aere inciderunt Marangoni *cose gentilesche* p. 488 (inde Irico in Calogerà *raccolta* t. 38 p. 225) et Marini tab. XL, parum accurate.

Vv. 2—8 ad vota pertinere ob matrimonium principis concepta verba ostendunt quae sunt *liberorum creandorum causa* (v. 6). Itaque cum de nomine Gordiani constet, fragmentum tribuendum est anno 241, quo Furiam Sabiniam Tranquillinam ille duxit (Eckhel 7, 311. 318), eiusque nomina in fine v. 5 restituenda sunt.

Fragmentum lectu difficillimum, cum et summa neglegentia exaratum sit, ut saepe vix distinguantur litterae I et T, P et C, G et Q, et scateat verbis ac formulis breviatis, quae ne collatis quidem documentis aliis satis explicentur. Subiunxi variam lectionem Marinii.

[1]) INLOCVN...... IIIAII VI M Mar. diagr., om. in tabula typis expressa. Versus videtur pertinere ad acta cooptationis.

[2]) om. Mar.

[3]) ANIECELL lapis, MNÉTIIO Mar. diagr., MAETILI id. tab.

[4]) IMG lap., IMG Mar. diagr., IMP id. tab.

[5]) MANTON · COMOA id. diagr., MANTOCONIN tab. Interpretatus est *M. Antoninus pontifex maximus*.

[6]) quid hoc versu lateat non perspicio, nisi forte litteris 6 prioribus significatum est HVM[an]I G(*eneris*). De litteris certe constat, nec differt Marinius nisi eo, quod pro CAG habet GAG.

[7]) C.. Mar.

[8]) HONOOATIANVS lapis, HONOCATIANVS Mar.

Fortunatus[9]) Victorinus, P. Manilius[10]) . . . . a. 241
XVI k(alendas) Iun(ias) Mai 17
in domum Iasdi[11]) Aemiliani Paulus Ic[12]) . . . . *promag(ister)*
|*ture et vino*
sacrificium deae Diae concepit prim*a luce et fruges ar(idas) et vir(ides)*
|*contigit*
et panes[13]) laureatos, et deam[14]) unguent*avit. item fratres Arvales*
ture et vino fecer(unt) et fruges virides *et aridas contigerunt*
et deam[15]) unguentaver(unt) et in ca*thedris*[16]) *consederunt. item post meri-*
die mag(ister) lo*tus*[17]) cenatorio albo ac pueri[18]) *praetextati patri-*
mi et matr*i*mi[19]) senatorum filii, Bo . . . .
Iulianus, L. Ale(ius) Ver(us),[20]) Avit(ius) Avitian*us in cathedris*
conseder(unt) et epulati sunt. postea *cenatoria alba fratres*
*Ar*v(ales)[21]) acc(eperunt) et toralem segmentatu*m*[22]) *et epulati sunt*
|*(vel et ture et vino fecerunt),*
ministr(antibus) puer(is) praetextatis, et cu*m*[23]) *publicis ad aram ret-*
|*tuler(unt), et unguenta*
acc(eperunt) et coron(as) convival(es); mante*lis pultes?*[24]) *contige-*
|*r(unt) et co-*
ronas, et sport(ulas)[25]) acc(eperunt) sing(uli) (denarios) (vicenos quinos)
|. . . . . *per*
Arescontem Manilianum com*m(entariensem)* . . . .
INIRIVNIDVPLQ · EA COMM · AED . . . .
IITR · XIIN · XXIII SING · ✕ XLV ET C . . . .

---

[9]) FOCTVNATVS lapis, Mar.; nomen L. Fabii desumpsi ex a. 224 et 231.

[10]) MANILI Mar.

[11]) IASÞI id., perperam; cf. *C. I. L.* 3, 797. 798 et *Ann. inst. arch.* 1852 p. 315 n. 39.

[12]) IL Mar. fortasse recte.

[13]) FIDNES id. diagr., FIPANES id. tab.

[14]) DEM id. tab.

[15]) EIDEMA id. diagr., EIDEAM id. tab.

[16]) INCAI IIE lapis, INCAIHP Mar. diagr., INCAIN id. tab.

[17]) LÓIVS lapis, Mar.

[18]) PVB. Mar.

[19]) MATRMI lapis, Mar.

[20]) VIR iidem.

[21]) MAV lapis, AMV Mar. diagr., ARVAL id. tab.

[22]) SEGMENTAM Mar. diagr.

[23]) ETO id. diagr., ETC id. tab.

[24]) nescio num recte hoc loco *pultes* inseruerim; cf a. 218 *a*, 12 et 219.

[25]) SCORT Mar.

vv. 24 seqq. divisiones indicari ministris Arvalium factas intellexit Marinius p. 520: singula plane obscura.

FRAGMENTA AETATIS INCERTAE.

A.

Pagina I.

. . . . . . *P. Pet*ronius
Priscus.
. . . . *C. Aufidio Vic*torino có(n)s(ulibus)
VI (XVI) k(alendas) Iun(ias)
in domo . . . . *mag(istri) fratres Arvales pra*etextati
*sacrificium deae Diae ture et vino fecerunt, ibique di*scumb*entes tora-*
|*libus segmentatis cet.*

Pagina II.

i . . . .
in l*uco*
tor. c . . . . .

Fragmentum litteris pessimis, altis mill. 10 in vv. 1, 3, 4, mill. 18 in v. 2, repertum anno 1867 in vinea Ceccarelliorum.

Descripsi et edidi in *Ann. inst. arch.* 1867 p. 288.

Verbum *pra*]*etextati* (v. 5) ad primum diem sacri deae Diae fragmentum referendum esse ostendit: sequitur consules commemoratos v. 3 suffectos esse, nec cogitari posse aut de anno 200, quo Aufidius quidam Victorinus fasces ordinarios gessit, aut de anno 183, quo iterum consul fuit alius Aufidius Victorinus. At potest indicatus esse huius consulatus prior, de cuius anno nihil constat: et, quamquam parum bene litterae exaratae sunt, apex tamen in voce *cós* positus ad aetatem paullo antiquiorem bene convenit. Frustulum quod superest paginae 2 nimis parvum, quam quod possit restitui: videtur referri posse ad piaculum in luco factum.

B.

ex pagina priore non remanet nisi littera I; in pagina altera leguntur haec:

. . . . *co(n)s(ulibus) IIII (XIIII?) k(alendas)* |*Iun(ias) in*
luco deae D*iae* . . . . *(pro?)magister ad aram immola-*
vit porcil*ias piaculares II luci coinquiendi et operis faciendi*
ibique bacc*am honorariam album ad foculum immolavit cet.*

Fragmentum repertum anno 1869 in vinea Ceccarelliorum, litteris alterius, ut videtur, saeculi, altis mill. 11—12.

Descripsi.

Spectat ad diem alterum sacri deae Diae, nec ante aetatem Commodi videtur exaratum esse: verbum enim *porcilias* primum legitur in actis a. 183, ex quibus supplementa desumpsi. Potest tamen etiam restitui ex actis a. 213.

C.

post epulas (pro)mag(ister) riciniatus soliatus cet. signum quadrigis et desultoribus misit praesid*ente (— dentibus?)* . . . .
victores palmis et coronis argenteis honor*avit.*

Fragmentum ibidem repertum anno 1868, litteris altis mill. 10—12.

Descripsi.

Spectat ad diem alterum sacri deae Diae, et recentius esse videtur anno 81 et prioribus Domitiani annis, quibus nondum commemorantur praesidentes ludis, qui primum laudantur a. 87.

D.

a.

\ — II
me sacr(ificio *vel* sacro) facto

---

b.

*pro*pterea
ab

---

c.

. . . . aug . . . .
. . . . . s . h

---

d.

bonas preces posco uti *sies volens propitius* . . . .
. . . . . . imo iisque qui . . . . pre-
cari vo*lo*

Fragmenta haec a consueta actorum ratione recedunt, nec quomodo restitui possint intellegitur.

a. rep. a. 1868, litteris pessimis aevi recentioris altis mill. 10—12. Descripsi.
b. rep. a. 1869. Descripsi.
c. rep. a. 1869, litteris magnis. Descripsi.
d. Fragmentum optimis litteris MAR. olim apud Ursinum VRS. deinde in aedibus Farnesiis MAR.

Edd. Ursinus ad Caton. 223, 19 (inde Grut. 122, 5) et Marini tab. XLVII, qui vidit.

Inter acta Arvalium refertur utpote ab Ursino cum ceteris eorum fragmentis editum. De restituendo fragmento cf. Marini p. 705, qui laudat Catonem *r. r.* 134 et 139, Gruterum 229, titulum Salonitanum C. I. L. 3, 1933.

FRAGMENTA FASTORUM ANNI IULIANI FASTORUMQUE MAGISTRATUUM IN LUCO FRATRUM ARVALIUM REPERTA.

A. FASTI IULIANI.

Fragmenta haec effossa sunt annis 1867 1868 1869, alia prope aedificium rotundum, alia inter sepulcra in colle sita, litteris pulchris et magnis aetatis Augusti, similibus scripturae fastorum Maffeianorum, qui inter annos 746 et 757 u. c. exarati sunt (cf. Mommsen *C. I. L.* I p. 294).

Descripsimus Bormann et ego: edidi particulam fastorum mensis Novembris in Annalibus Instituti archaeologici 1867 p. 295, fragmenta omnia ante a. 1869 effossa in *Relazione* p. 86. 87: pauca quae postea accesserunt, tacite locis suis inserui. Litterarum imaginem proposui in *Relazione* tab. 3*c*. Nuper denuo protulit et illustravit Mommsenus *Ephem. epigr.* 1872 p. 33 seqq.

Fastos fratrum Arvalium ante a. 767 conscriptos esse et eo apparet quod ludos non agnoscunt divo Augusto et Fortunae reduci mense Octobri celebratos, quos in fastos relatos esse constat post mortem Caesaris Augusti (cf. Mommsen *C. I. L.* I p. 404), et quod is, ubicumque nominatur aut *imp(erator) Caesar* (Sept. 2) aut *Caesar Augustus* (Sept. 3) aut *imp(erator) Caesar Augustus pontifex maximus* (Sept. 23) dicitur, ut in vivis etiamtum fuisse intellegatur. At incisi sunt post annum 742, quo pontifex maximus Augustus factus est. Faciendos eos curavit magister quidam fratrum Arvalium. Ex indice autem cum remaneant haec:

MP · MAG · FRAT · ARVAL

vocabulum autem imperatoris ultimo loco positum nec ad Caesarem Augustum nec ad Tiberium referri possit, nec post constitutam anno 727 rem publicam videatur concessum esse nisi proxime coniunctis cum domo imperatoria, Mommsenus Germanicum Caesarem operis auctorem fuisse statuit. Quod videtur recte fecisse. Quamquam enim Tacitus (*Ann.* 3, 74) id vocabulum a Caesare Augusto quibusdam datum et postremum etiam a Tiberio concessum esse narrat Iunio Blaeso Seiani avunculo, in inscriptionibus tamen privati imperatores non commemorantur nisi prioribus annis Caesaris Augusti vel potius aetate triumvirum, ut Appius Claudius Pulcher cos. a. 716 (*? I. N.* 2404 = Or. 3417); M. Nonius Gallus cos. a. 718 (Or. 3419 cf. Borghesi *opp.* 4 p. 52 n. 3); C. Calvisius Sabinus cos. a. 715 (*I. N.* 6244, Henzen 6742); T. Statilius Taurus cos. a. 717 et 728 (*C. I. L.* 2, 3556); Q. Laronius cos. a. 721 (Henzen 6743); cf. *Relazione* p. 84. Quo igitur tempore fasti Arvalium exarati sunt, exceptis iis, qui rebus praeerant, vix ullus alius imperatoris honore ornatus superfuit praeter Germanicum Caesarem imperatorem appellatum bis, qui vivo etiamtum Augusto inter Arvales cooptatus erat (cf. a. 14). Itaque satis certum videtur ipsi Germanico extremisque Augusti annis hos fastos tribuendos esse. Excipiendum tamen esse Augusti annum postremum recte monet Mommsenus (l. c.): anno enim 14 Cornelius Lentulus magisterio functus est (cf. a. 14). Germanicum autem putandum est vivo Augusto primum imperatorem

dictum esse, ut acclamatio post excessum Augusti facta, de qua Tacitus *Ann.* I, 58 dicit, ad eius honoris iterationem pertinuerit (cf. Mommsen l. c.).

Lituras, quas multas in monumento reperimus alias rescriptas, alias relictas Mommsenus neglegentiae tribuit quadratarii, cuius errores credit statim ita emendatos esse (l. c. p. 34). Neque tamen id mihi persuasit, cum in monumento nitide et eleganter exarato, quod in verbis exprimendis diligentia minime careat, tot integra capita vix videantur potuisse locis non suis posita esse: in paucis enim, quae ex solis quattuor mensibus remanent, fragmentis liturae apparent non minus octo, in ipsis autem verbis superstitibus non est emendatus nisi locus unus (*Sept. 2*), in quo verba *ex s. c.* supra lineam addita sunt, nec errores relicti sunt nisi ad diem eundem omissum verbum *apud* et ad Oct. 9 *Geni publici* pro casu tertio scriptum. Quae cum ita sint, etiamnunc magis mihi probatur id, quod olim proposui (*Relazione* p. 84), fastos scilicet vivente Augusto incisos varie postmodum commutatos esse. Id quod C. Caesari potissimum tribuendum esse conieci. Quem fastis addidisse apparet inferias Germanici die 10 Octobris celebrandas, quae non leguntur in fastis Amiterninis sub Tiberio exaratis (cf. *C. I. L.* I p. 295 et 325), leguntur in Antiatibus sub Claudio incisis (l. c. p. 295 et 329). Ad diem igitur VI idus Octobres cum in fastis Arvalium litura observetur, notam inferiarum Germanici ad eum diem iussu Caligulae adscriptam post ipsius Claudiive mortem deletam esse mihi probabile est. Similiter autem Caligula alia in honorem familiae Augustae innovasse videtur, quae post mortem eius abolita sunt. Ut cum *Actiacas Siculasque victorias* Augusti *ut funestas populo Romano et calamitosas vetuerit sollemnibus feriis celebrari* (Suet. Cal. 23), quamquam non ubique delevit earum mentionem, fieri potest, ut ob coniunctam cum ea mortem Antonii, a quo magis quam a Caesare Augusto gloriabatur se descendisse (Dio 59, 20), adnotatam ad kalendas Augustas expugnationem Alexandriae abradendam eiusque loco reponendum curaverit natalem Claudii Germanici, cum deesset in fastis spatium, quo huius nota collocari poterat. Postea, cum imperium adeptus esset Claudius, qui memoriam divi Augusti maxime colebat (Suet. Claud. 11), et reponi debebat mentio victoriae Alexandrinae, nec tolli poterat indicatio natalis principis. Quod si recte posui, explicatur inde quod litteris minoribus et in litura scripta sunt ea quae dubitari nequit quin inde ab initio in tabula inscripta fuerint (cf. *Relazione* p. 85 et tab. 3, *c*). — Has igitur ob causas mihi magis placet opinio olim proposita; sed certum iudicium proferre non audeo, cum Mommseni sententia confirmari videatur forma litterarum, quae, quamvis diversae magnitudine, valde tamen similes in litura visuntur ac in monumento non raso (cf. *Relazione* tab. 3 *c*). — In fastis Arvalium cum notae occurrant dierum NP et NP, hanc Mommsenus (*Ephem.* p. 34) pictam esse posuit pro ea quae formari solet NP, NP autem scriptam esse pro N simplici. Fallitur tamen, cum notam NP superesse negat nisi kalendis Octobribus, quibus re vera nota N solet adpicta esse; nam legitur NP etiam ad Aug. 23. 25. 27, quibus diebus nota eadem in fastis omnibus constanter redit. Quae enim in fastis Pincianis fuisse traduntur litterae N descriptoris neglegentia videntur ortae esse (*C. I. L.* I p. 298). Itaque si recte iudicavit Mommsenus, in fastis Arvalium dierum notae nonnumquam paullo neglegentius incisae sunt.

Supplementa desumpta sunt ex fastis potissimum Amiterninis, licet non semper respondeant notae fastorum Arvalium. Fragmenta autem supersunt haec:

Apr. 23 *a* *Vin(alia) f. V*eneri Eruc*in(ae)*
*extr*a port(am) Collin(am)

De feriis Veneri Erycinae in aede ei deae extra portam Collinam dedicata celebratis cf. Ovid. *fast.* 4, 871 seqq. de iisque egerunt nuper Prellerus *Myth. Rom.* ed. 1 p. 391 et Mommsenus *C. I. L.* 1 p. 392 et 399. — In eodem fragmento reliquiae supersunt litterarum nundinalium D, E, F ad mensem Maium pertinentes.

Aug. 1 *e* *k(alendae) Aug(ustae)* NP
natalis Claudi Germ(anici)? Spei in foro holit(orio). f(e-
|riae) ex s(enatus) c(onsulto)
*q(uod) c(o) d(ie) imp(erator) Caesar rem pub*lic(am)
|tristiss(imo) periculo
*libera*vit.

De explendo hoc capite cf. supra; natalis Claudii num ad fastos adscriptus sit, incertum est. Punctis signavi litteras in litura repositas. — Sacrum Spei factum in solis fastis Vallensibus legitur, notaque loci omissa in fastis Antiatibus. De aede Spei in foro olitorio cf. Becker *topogr.* p. 601 et *Relazione* p. 88. Caesar Augustus, quamquam Octavianus ad d. 3 Septembr. dicitur, etsi de bello Siculo ibi agitur, malui accuratiorem notam sequi ad d. 2 mensis eiusdem adscriptam.

Aug. 2 *f np feriae ex s(enatus) c(onsulto) C. Caes*aris h(onoris) c(ausa)
|Hisp(ania)
citeriore devicta
et quod in Ponto regem
Pharnacem devicit.

Cf. fasti Amit.: *fer[iae q]uod eo die C. Caesar C. f. in Hispan(ia) citer(iore) et quod in Ponto eod(em) die regem Pharnacem devicit.* Sunt Caesaris dictatoris victoriae de Afranio et Petreio a. 705 et de Pharnace a. 707; cf. Mommsen l. c. et Drumann 3, 464 et 558. — De siglis H. C recte explicandis v. *Relazione* p. 88 ibique citatus Mommsenus ad *C. I. L.* 3, 252 et 298

. . . .

Aug. 12 *h c* *Herculi* Victori.

Hoc loco posui frustulum exiguum quod est VICTORI· cum probabiliter videretur referri posse ad unum ex mensibus quattuor, ad quos fere omnia fragmenta pertinent hucusque effossa. Hercules est notissimus in foro boario ad aramque maximam, invictus fastis Amiterninis dictus; cf. *C. I. L.* 1 p. 324 et 399.

. . . .

Aug. 23 *c* *Volcan(alia).* NP Volcano
*in circo Flam. Iuturnae et Nymp*his in camp(o). Opi opifer(ae)

ad lacum Iuturnae, Quir(ino) in colle, Volk(ano) *in* comit(io).

Aedem Volcani in campo ponit Livius 24, 10, 9, extra urbem Plut. *q. R.* 47; eandem Iordanus *Ephem.* 1872 p. 230 vidit indicari a Cicerone *Verr*, 2, 61, 151 et 69, 167. — De aede Iuturnae in campo Martio a. Q. Lutatio Catulo facta cf. Becker *topogr.* p. 630. — Nomen *opiferae* Iordanus *Eph.* 1872 p. 229 probavit reponendum esse apud Plinium *n. h.* 11, 174. Idem docuit aedem eius dedicatam esse a L. Caecilio Metello Delmatico cos. a. 635, cens. a. 639.

Aug. 25 *e* *Opic(onsiva)* NP feriae Opi. *Opi cons(iviae)* in regia.

Feriae Opi, sc. in Capitolio (Vall. et Mommsen *C. I. L.* 1 p. 400. 408), mihi videntur distinguendae esse a sacro in regia facto, de quo Varro (l. l. 6, 21): *Opeconsiva dies ab dea Ope consiva, quoius in regia sacrarium, quod ita actum, ut eo praeter virgines Vestales et sacerdotem publicum introeat nemo.* Mommsenus quidem explet sic: *feriae Opi* [*Consiviae*] *in regia* (*Ephem.* l. c. p. 37), neque tamen satis attendit verborum positionem litterarumque diversitatem. Nam et maioribus litteris perscripta sunt verba *in regia*, et verba *feriae Opi* relicto spatio distincta ab illis et ita collocata ut post vocabulum Opi magna pars versus vacua relicta sit. Accedit, quod in fastis Vallensibus Opi additur *in Capitolio.*

Aug. 27 *g* *Volt(urnalia)* NP feriae Volturno.

De Volturno dicto pro Tiberi cf. Mommsen *C. I. L.* 1 p. 400.

. . . .

Sept. 1 d k(alendae) Sept(embres) f Iovi tonanti in Capitolio. Iovi Libero, Iunoni reginae in Aventino.

Versus punctis distinctus in litura restitutus est. — Feriae Iovi tonanti post aedem a. 732 dedicatam fastis additae: cf. Mommsen l. c. p. 377 et Amit. Ad sacra Iovis Liberi sive Libertatis et Iunonis reginae in Aventino cf. Becker *topogr.* p. 452 457 721; Mommsen ad *mon. Ancyr.* 4, 7 (p. 54) et *Ephem.* l. c.

Sept. 2 c NP feriae ex s(enatus) c(onsulto) imp(eratoris) Caesaris h(onoris) c(ausa) quod eo die vicit Actium.

Verba *ex s(enatus) c(onsulto)* omissa posteaque adiecta a quadratario, qui ante *Actium* praetermisit verbum *apud.* Cf. fasti Amit. et Mommsen *C. I. L.* l. c. p. 401; *Relazione* p. 89.

Sept. 3 f NP feriae et supplicationes
ad omnia pulvinaria
q(uod) e(o) d(ie) Caesar August(us) in Sicilia vicit.

Nota nomen Augusti perperam Caesari datum et cf. fast. Amitern. et Mommsen l. c. p. 401, *Ephem.* p. 38; *Relazione* l. c.

Sept. 4 g C *ludi magni*
*R*om(ani) committunt*ur*.

Negat Mommsenus (*Ephem.* p. 38) verbum *magni* recte a me restitutum esse (*Relazione* p. 86): at in fastis Amiterninis scriptum est *ludi Romani magni committuntur*, nec verbum illud in fastis Arvalium potest defuisse propter hiatum ampliorem quam qui solo verbo *ludi* expleatur. De ipsis ludis cf. *C. I. L.* l. c. p. 401.

Sept. 5 *h* *no*n(ae) f ludi.

. . . .

Sept. 13 *h* *eid(us) np f*eriae Iovi
*I*ovi epul(um).

Ferias Iovi in fastis ad idus omnes adnotatas fuisse cum antea suspicatus esset, Arvalium fastis plene comprobavit Mommsenus *Ephem.* p. 34. — *Iovis epulum* cum non fieret nisi ludis Romanis et plebeiis (cf. tamen de his Mommsenus *C. I. L.* 1 p. 401. 406), horum autem servata sit indicatio, de loco huic fragmento adsignando constat.

Sept. 23 b NP merk(atus). f(eriae) ex s(enatus) c(onsulto) q(uod) e(o)
|d(ie) imp(erator) Caesar Aug(ustus) pont(ifex)
ma*x(imus)* natus est. Marti, Neptuno in campo;
Apo*l*lini ad theatrum Marcelli.

Templa Martis et Neptuni alibi dicuntur in circo Flaminio sita fuisse, aedificata illud a D. Iunio Bruto Callaico, hoc a Cn. Domitio (Plin. *n. h.* 36, 26; cf. Becker *topogr.* p. 619; *Relazione* p. 90; *Ephem.* p. 38). — Apollinis aedes ea est, quam Asconius (*ad Cic. in tog cand.* p 91 ed. Or.) dicit fuisse *extra portam Carmentalem, inter forum olitorium et circum Flaminium*, Plinius (l. c. 34) *ad Octaviae porticum*. Eam Beckerus (*topogr.* p. 606) prope theatrum Marcelli fuisse recte perspexit.

Sept. 24 c C */ / / / / / / / / / / / / / / / / /*

Cogitavi de natalis divi Augusti die altera, cum duobus diebus Arvales id sacrum celebraverint: quod postquam fortasse cessavit bis fieri, nota secundi diei potest abrasa esse.

Sept. 25 d c

Sept. 26 e C *Veneri genetrici* in foro
Caesaris.

Cum fastis Arvalium consentiunt fasti Pinciani; Vallenses ad diem VII kalendas Octobres referunt; cf. Mommsen *Eph.* p. 39.

. . . .

Oct. 1 b k(alendae) Oct(obres) NP Fidi
in Capitolio. tigillo soror(io)
ad compitum Acili.

De *Fide populi Romani* cf. fasti Amit. et Ost., de eiusque templo egerunt Becker *topogr.* p. 403 et Mommsen *Ann. inst. arch.* 1858 p. 202. — Notat Mommsenus (*Ephem.* l. c.) ostendere tertium casum tigillo sororio ipsi sacrum oblatum esse. De eo cf. *schol. Bob. ad Cic. pro Milone* 3 p. 277 ed. Or. et Dion. H. 3, 22. Fuit autem prope eum locum, ubi postea amphitheatrum Flavium factum est: cf. Becker *topogr.* p. 529 et Schwegler *R. Gesch.* 1 p. 572. Inde constat fere de loco, ubi fuerit compitum Acilii, commemoratum etiam a Plinio *n. h.* 29, 12; cf. Iordan *topogr.* 2 p. 100; Mommsen l. c.; *Relazione* p. 91; Hirschfeld *Götting. gel. Anzeigen* 1869 p. 1514.

Oct. 2 c f

Oct. 3 d c

Oct. 4 e c / / / / / / / / / / / / / / / / /

In solo hemerologio Amiternino legitur ieiunium Cereris.

Oct. 5 f c

Oct. 6 g c

Oct. 7 *h* *non*(ae) f Iovi fulguri,
*I*unoni Curriti in campo.

Iuppiter fulgur est apud Festum (s. v. *provorsum* p. 229), *Iuppiter fulgur fulmen* apud Henzen 5629. — De *Iunone Currite* sive *Quirite* cf. *Relazione* p. 91 et Mommsen *Ephem.* l. c.

. . . .

Oct. 9 *b* *c* Geni publici. Faustae Felicitat(i).
V(eneri) v(ictrici) in Capit(olio). Apollin(i) in Palat(io).

Errore quadratarii pro *Genio publico* scriptum est *Geni publici.* Litterae punctis distinctae in litura repositae. Cf. fasti Amit. et Becker *topogr.* p. 310. 344. 360, Mommsen *C. I. L.* 1 p. 403, *Relazione* p. 91.

Oct. 10 *c* *c* / / / / / / / / / / / / / / / / /

De litura cf. quae antea dixi (p. CCXXXIV) de inferiis Germanici.

Oct. 11 *d* *Med(itrinalia) feriae Iovi.*

De Meditrinalibus verba faciunt Varro (l. l. 6, 21) et Paul. Diac. (p. 123 ed. M.); cf. Mommsen l. c. p. 404, qui ferias eius diei Iovi sacras fuisse ex hemerologio Amiternino recte collegit. Inde in fastis Arvalium restitui.

. . . .

Oct. 14 g

Oct. 15 h *eid(us)* NP feriae Iovi.

Cf. Sept. 13.

. . . .

Oct. 19 *d* arm(ilustrium).

Cf. Mommsen l. c.

Oct. 20 e c

Oct. 21 *f* c

Oct. 22 *g* c

Oct. 23 h *c*

. . . .

Oct. 25 b c

Oct. 26 c c ludi Victoriae Sul*l(anae)*.

Oct. 27 *d* *c* ludi.

Oct. 28 e *c* ludi.

Oct. 29 *f* *c* *l*udi.

Oct. 30 *g* *c* *ludi.*

Oct. 31 *h* *c* *ludi.*

Nov. 1 a k(alendae) Nov(embres) f l(udi) in cir*c(o)*.

! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !

De ludis Victoriae (Maff.) vel Victoriae Sullanae (Sab. cf. Velleius 2, 27) cf. Mommsen *R. Münzw.* p. 625 n. 464, *C. I. L.* 1 p. 405, et *Relazione* p. 92. Instituti sunt ob victoriam a Sulla reportatam ad portam Collinam a. 672, eorumque dies primarius fuit extremus, propric scilicet victoriae anniversarius (Vell. l. c.). — In liturae loco quid ab initio positum fuerit, non liquet.

Nov. 2 b f

Nov. 3 c c

Nov. 4 d c *ludi plebei committuntur.*

Ludi plebei non perspicitur utrum signati fuerint inde a die quarto (Antiat.) an a sexto (Amit.) Novembris; cf. Ritschl *Parerga* 1 p. XXV et p. 309; *Relazione* p. 92. — De eorum institutione cf. Mommsen *R. Gesch.* 1 p 822 ed. 4 contra Pseudo-Asconium p. 143 ed. Or. disputans; *Relazione* p. 92.

Nov. 5 e *non(ae) f ludi.*

Nov. 6 f f *ludi.*

Nov. 7 g c *ludi.*

Nov. 8 h c *ludi.*

Nov. 9 a c l*udi.*

Nov. 10 *b* c *ludi.*

Nov. 11 *c* *c* *ludi.*

Nov. 12 d c ludi.

Nov. 13 c eid(us) NP feriae Iovi
Iovi epul(um).

De feriis Iovi cf. ad Sept. 13. — Epulum Iovis proprie dictum fuisse id, quod in ludis plebeis fiebat, exposuit Mommsen *C. I. L.* 1 p. 406.

Nov. 14 f f Feroniae in *ca*mp(o). Fortun(ae) prim(igeniae) in c(olle).
|Equorum probatio.

Nec de cultu urbano Feroniae nec de sacro Fortunae primigeniae in colle mense Novembri facto quidquam aliunde compertum; constat tamen de sacro die 25 Maii Fortunae primigeniae in colle facto: cf. fasti Venus. et Esqu.; Ovid. *fast.* 5, 729; Mommsen l. c. p. 394; Becker *topogr.* p. 580; *Relazione* p. 93. — Equorum probatio spectat ad ipsos ludos plebeios, qui terminabantur ludis circensibus diebus 15 16 17 Novembris, qui in fastis signati sunt sic:

Nov. 15 g c in circ(o).

Nov. 16 h c in circ(o).

Nov. 17 *a* c in circ*(o).*

Cf. Maff. Amit. Ant. et Mommsen l. c. p. 406.

Nov. 18 b c mer*k(atus).*

Nov. 19 c c merk*(atus)*.

. . . .

Accedunt fragmenta duo inter se conexa, quae ubi collocanda sint non perspicio:

f c

g c

h

quae possunt pertinuisse tam ad Aug. 10 11 12, quam ad Sept. 19 20 21 et 27 28 29. — Non minus incertum iudicium est de frustulo

b c

c c

quod potest spectasse ad Sept. 7 8 et 15 16, Oct. 17 18, Nov. 10 11.

B. FASTI MAGISTRATUUM.

Fragmenta haec effossa sunt annis 1867—1869. Descripsimus Bormann et ego. Edidi particulam unam in *Annalibus Instituti archaeologici* 1867 p. 294, ceteras alias in *Relazione* p. 94, alias in *Bullettino Instituti archaeol.* 1869 p. 121 seqq. Specimen litterarum dedi in *Relazione* tab. 3, *b*.

Fragmenta sunt fastorum annorum 752—790 u. c., quibus praeter consulum etiam praetorum urbanorum et peregrinorum nomina signata sunt. Quae non uno tempore, sed singulis annis inscripta esse, diversitas ostendit et litterarum formae et ipsarum formularum: consulum enim nomina cum plerumque primo casu notata sint, annis 11 12 31 37 sexto casu proponuntur. Litterae autem, in prima pagina satis similes inter se, a scriptura paginae alterius plane differunt: in hac vero vv. 4 priores a sequentibus admodum diversi. Non minus differunt vv. 1—6 paginae tertiae ab eiusdem vv. 7—9, vv. autem 11—14 a vv. 15—18 et vv. 19—22, eademque litterarum varietas in ceteris paginis clare apparet. — Paginas sex, quarum fragmenta supersunt, utrum aliae praecesserint et secutae sint, non perspicitur: cum tamen fastos credi possit inde ab restituto collegio Arvalium incidi coeptos esse, nec Arvales videantur reformati esse ante pontificatum maximum a Caesare Augusto susceptum a. 742 (cf. p. II), ab initio certe una summum pagina defecisse potest.

Pagina I.

752 u. c. *imp(erator) Caesar XIII, M. Plautius.*
suf(fecti) Q. Fabricius, L. Caninius.
. . . . *urb(anus),*
. . . . s Reg(ulus) per(egrinus).

753 *Cossus Corne*lius, L. Piso.
. . . . *urb(anus),*
. . . . *per(egrinus).*

1 p. C. deficit lapide fracto.

2 *P. Vinicius, P. Alfenus.*
suf(fecti) P. Lentulus Scipio,
T. Quinctius Crispinus.
. . . . cala urb(anus),
. . . . Plaut(ius) per(egrinus).

3 *L. Lami*a, M. Servilius.
suf(fecti) P. Silius P. f.,
L. Volusius.
. . . . rius urb(anus),
. . . . . . ius per(egrinus).

4 p. C. *Sex. Aelius,* C. Sentius Sat(urninus).
suf(fecti) C. Clodius Licin(us),
Cn. Sentius.
. . . . *urb(anus),*
. . . . *per(egrinus).*

5, 6 deficiunt lapide fracto.

Pagina II.

7, 8, 9, 10 deficiunt lapide fracto.

11 M'. Aemilio, *T. Statilio.*
suf(fectus) L. Ca*ssius.*
C. Norbanus *u*rb(anus),
Sex. Caecina per(egrinus).

12 Germ(anico) C(aesare) *C. Fonte*io co(n)s(ulibus).
*suf(fectus) C. Vise*llius Varro.
. . . . urb(anus).
. . . . per(egrinus).

13 *L. Munatio, C. Silio* co(n)s(ulibus).
suf(fectus) . . . . . . cus.
. . . . *urb(anus),*
. . . . *per(egrinus).*

14 deficit lapide fracto.

Pagina III.

15, 16 deficiunt lapide fracto.

17 *L. Pomponius Flacc(us),*
*C. Caeli*us Rufus.
*suf(fecti) C. Vibi*us Mars*us,*
*L. V*olunseius.
. . . . . lius urb(anus),
. . . . . . s Cor (?) per(egrinus).

18 *Ti. Caes(ar) Au*g(ustus) III,
Germanic(us) Caes(ar) II.
*suf(fecti) L. Sei*us Tubero,
L. Valerius Acisculus,
Q. Marcius Barea,
T. Rustius Gallus.
. . . . *urb(anus),*
. . . . *per(egrinus).*

19 p. C. *M. Iunius, L. N*orbanus.
suf(fectus) P. Petronius.
M. Satrius Valens urb(anus),
M. Claudius Marcell(us) per(egrinus).

20 M. Valerius Messallinus,
M. Aurelius Cotta.
C. Antistius Vetus urb(anus),
C. Asinius Pollio per(egrinus).

21 consules fuerunt Ti. Caesar Augustus IIII et Drusus Caesar II, quorum nomina omissa erant.

22 *D.* Haterius Agrip*pa,*
*C. Sulpici*us Galb*a.*
suf(fecti) C. Vibius Rufus?
M. Cocceius Nerva?
. . . . *urb(anus*
. . . . *per(egrinus).*

Pagina IV.

23 *C. Asinius Po*llio,
*C. Antistius V*etus.
*suf(fectus) M. Sanquinius M*axim(us).
. . . . urb(anus).
*Cn. L*entulus Ga*etulic*(us) per(egrinus).

24 *Ser. Co*rnelius Cethegus,
*L. Vis*ellius Varro.
suf(fecti) C. Calpurn(ius) Aviol*a*
P. Scipio.
M. Plautius Silvanus urb(anus),
suf(fectus) M. Licinius Cras(sus) Frugi,
C. F*u*lcinius Trio per(egrinus).

25 Cossus Cornelius Lentulus,
M. Asinius Agrippa.
*suf(fectu*s) *C. Petronius Umbrinus.*
. . . . *urb(anus),*
. . . . *per(egrinus).*

26 Cn. *Cornelius Gaetulicus,*
C. Cal*visius Sabinus.*
suf(fecti) . . . . ,
T. (vel P.) . . . .
A. . . . . *urb(anus),*
L. Sext*ius per(egrinus).*

27 p. C. L. Calpur*nius Piso*,
M. Crass*us Frugi*.
s*uf(fecti)* P. Le*ntulus?*
C. Sall*ustius?*
. . *Cars*idius S*acerdos urb(anus)*,
*Se*x. Papini*us per(egrinus)*.

28 *C. Appius* Iunius S*ilanus*,
P. Silius Nerva.
suf(fecti L. Iunius Silanus,
C. Vellaeus Tutor.
. . . . *urb(anus)*,
. . . . *per(egrinus)*.

Pagina V.

29 L. Rubell(ius) *Geminus*,
C. Fufius G*eminus.*
suf(fecti) A. Pla*utius*
L. Aspr*enas.*
C. Splattius *urb(anus)*,
L. Sulla *per(egrinus).*

30 L. Cassius, M. *Vinicius.*
suf(fecti) L. Naevius, *C. Cassius.*
P. Trebel*lius urb(anus)*,
Ser. . . . . rus p*er(egrinus)*.

31 Ti. Caesare Aug(usto) V
suf(fecti) Faustus Sulla, Sex. Teidi*us.*
L. Fulcinius, P. Memmius.
Cn. Fla*v*ius Strab(o) urb(anus),
Q. Mar*i*us Celsus per(egrinus).

32 Cn. Domitius, Camillus Arrun*tius.*
suf(fectus) A. Vitellius.
C. Laecanius ur*b(anus)*,
. . . . p*er(egrinus)*.

33 }
34 } lapide fracto deficiunt.
35 }

Pagina VI.

36 lapide fracto deficit.
37 *Cn. Acerronio Proculo,*
C. Petronio Pontio *Nigrino.*

suf(fecti) C. Caes(ar) Aug(ustus) Germ*an(icus)*,
*Ti. Claud*ius Nero Ger*m(anicus)*.
*Cn. Saturn*inus *urb(anus)*,
. . . . . . *Gracchus per(egrinus)*.

a. 752 753 cf. fasti collegii cuiusdam (*C. I. L.* 1 p. 473, XI).
a. 2 3 4 cf. fasti Gabini (l. c. p. 473, XII) quaeque adnotavi ad eos.
a. 11 12 13 cf. fasti Capitolini et Antiates (l. c. p. 442 et 475).
a 17 18 cf fasti Antiates (l. c.).
a. 19 cf. titulus Scirti agitatoris (l c.); item *Ann. Inst. arch.* 1849 p. 57 seqq. et 1855 p. 14.
a. 22 cf. fasti Lunenses (l. c. p. 476) titulusque Scirti.
a. 23 cf. titulus Scirti et *Ann. Inst. arch.* 1855 p. 15. Suffectum conieci fuisse Sanquinium Maximum, cui Borghesius fasces a. 26 tribuerat (*Giorn. arcad.* t. 49 p. 294, *opp.* 3 p. 326), cos. iterum a. 39 (Dio 59, 13). Nomen praetoris peregrini restitui collatis fastis a. 26.
a. 24 nomen suffecti alterius in *Bull. Inst. arch.* 1869 p. 123 errore expressum est sic: L. SCIPIO.
a. 25 de suffecto cf. Borghesi *Giorn. arcad.* t. 54 p. 94 seqq., *opp.* 3 p. 362 seqq.
a. 27 suffectos Silanum et Vellaeum Tutorem fuisse putavit Borghesius (*Ann. Inst. arch.* 1849 p. 45 seqq., *opp* 5, p. 204 seqq.) quos propter reliquias litterarum, quibus Lentulus quidam et Sallustius videntur indicari, ad a. 28 transtuli; cf. *Relazione* p. 97. — Nomen Carsidii desumpsi ex Taciti *ann.* 4, 13 et 6, 48.
a. 29—32 cf. fasti Nolani *I. N.* 1968. Anno 31 consulatum ordinarium gessit Ti. Caesar cum L. Aelio Seiano, cuius nomen in fastis praetermissum est. —
a. 37 cf. Fabr. 673, 13 = Or. 3665 et Sueton. Claud. 7.

SUMMARIUM ACTORUM FRATRUM ARVALIUM EORUMQUE COMMENTARII.

A. SACRA A FRATRIBUS ARVALIBUS CELEBRATA.

I. DE DEAE DIAE SACRO ANNUO.

Sacrum deae Diae indictivum erat, celebrabatur autem mense Maio ternis quotannis diebus, qui dies semper fere erant aut a. d. XVI XIIII XIII kalendas Iunias aut a. d. VI IIII III kalendas easdem. Mentiones vero sacri supersunt hae ad annos pertinentes hosce:

a. d. VI IIII III k. Iun.			*a. d. XVI XIIII XIII k. Iun.*			*a. d. VIII VI V k. Iun.*	
Varr.		p. C.	Varr.		p. C.	Varr.	p. C.
791	=	38	796	=	43	843*	90*
812*	=	59*	811*	=	58*		
816*	=	63*	819*	=	66* [1]).		
822*	=	69*	828	=	75		
831	=	78	834	=	81		
833	=	80	840	=	87		
839	=	86	842	=	89		
871	=	118	844	=	91		
873	=	120	854	=	101		
875	=	122	858	=	105		
939	=	186	870	=	117		
971	=	218	892	=	139		
973	=	220	908	=	155		
			936	=	183		
			966	=	213		
			972	=	219		
			994	=	241		

[1]) In actis anni 66 errore, ut videtur, pro die *XIIII k(alendas) Iun(ias)* scriptum est *XIII k(alendas) Iul(ias)*, turbato etiam dierum ordine, ut ante diem XIIII commemoretur dies XIII.

His inter se collatis dies XVI XIIII XIII apparet incidere in annos aerae Varronianae pares, dies VI IIII III in eiusdem annos impares: excipiuntur anni 812 816 822, quibus sacrum celebratur a. d. VI IIII III, annique 811 et 819, quibus sacrum fit a. d. XVI XIIII XIII, denique annus 843, quo a. d. VIII VI V sacrificium fit[1]). Anni autem hi praeter 843 aut imperii sunt Neronis aut proximus post caedem eius. Itaque Nero ordinem in Arvalium sacris antea retentum invertisse videtur; qui cum mensem Aprilem Neroneum appellaverit, plura alia quoque in fastis sacris novare potuit (cf. Suet. *Ner.* 55), isque ordo proximo quoque post Neronem anno urgentibus bellis et seditionibus mansit. Pristinam deinde consuetudinem restituisse apparet Vespasianum, cum quae ex annis 75 et 78 acta supersunt, dies indicent et antea et postea sollemnes. Quod vero anno 843 diebus nunquam alias usitatis Arvales sacrum faciunt, id, cum bis in actis dies scripti sint nec erravisse quadratarium statui possit, propter causam quandam peculiarem solo hoc anno a Domitiano videtur admissum esse; nam acta annorum proxime praecedentis et sequentis a communi ceterorum lege non discrepant. Eam legem iam ante aliquot annos, etsi pauciora tum documenta extabant, perspexit Mommsenus, Arvalium sacrum specie tantum indictivum, vere statum fuisse docens (*Chronologie* ed 2 p. 71 seqq.): in fastis enim Eudoxianis, quos *aptatos* dicit Columella (*de r. r. 9, 14, 2*) *publicis sacrificiis*, dies nonum, undecimum, duodecimum Geminorum respondere publicorum fastorum diebus supra relatis ita, ut alternis annis in alteros utros sacros dies Arvalium incidant, scilicet annis communibus in dies VI IIII III kalendas Iunias, annis autem intercalationem habentibus in dies XVI XIIII XIII kalendas easdem. Annos vero intercalares fastorum ante Caesarem receptorum esse annos pares Varronianos, communes impares (l. c. p. 19).

De sacro Arvalium disseremus ita, ut primum de indictione eius agamus, postea ad singulos dies sacras caerimonias enarremus a fratribus celebratas.

A. INDICTIO SACRIFICII DEAE DIAE.

Indictio sollemnis sacrificii num iam Augusti et Tiberii aetate in acta referri solita sit ignoratur; certe eorum temporum quae supersunt, ut indictionem non excludunt (nullum enim eius aetatis fragmentum dies tam praecedentes indictionem quam sequentes exhibet), ita non proponunt. Invenitur primum in actis anni 38 indeque perpetuo suum locum obtinet neque umquam, ubi acta ad eos dies perveniunt, desideratur. Concipitur in actis sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies nusquam desunt nisi lapide fracto et peraeque primum locum obtinent.

---

[1]) In indice supra proposito annos a communi lege recedentes asterisco distinxi.

38	*dies fuit aut III id. Ian. aut ex sequentibus unus usque ad IIII kalendas Febr.*
[58] 60 [66]	isdem co(n)s(ulibus) III idus Ianuar(ias).
59 [63]	isdem co(n)s(ulibus) pr(idie) idus Ianuar(ias).
[69] 78 89	isdem co(n)s(ulibus) VI idus Ian(uarias).
86	. . . . [id]us Ianuar(ias).
87	. . . . I idus Ian(uarias).
91 118 120 155 [183 231]	isdem co(n)s(ulibus) VII idus Ian(uarias).
105	. . . . II idus Ian(uarias).
117	. . . . III idus Ian(uarias).

Mensem Ianuarium exhibent acta a. 81 et 101. In reliquis dies deest, sed ut appareat indictionem iisdem semper diebus celebratam esse. — Verba quae sunt *ante diem* numero diei nusquam praescribuntur.

Diversitas diei si legem aliquam sequitur, certe non respondet ipsius sacrificii dierum diversitati: ut tam a. 155 183, quibus sacrum factum est a. d. XIIII kalendas Iunias, quam a. 118 120, quibus factum est a. d. IIII kalendas Iunias, indictio peracta est a. d. VII idus Ianuarias.

2. Locus.

Locus indictionis peraeque adscribitur post diem. In solis actis a. 60 aut omissus fuit aut perscriptus loco insolito.

38 [66]	*deficit.*
58	in . . . . . .
59	in Pantheo.
63	. . . . . . Co]ncordiae.
69	[in a]edem Concordiae [1]).
	[1]) *probabile est haec hic fuisse verba, quae redeunt in actis a.* 86, *sed potest etiam scriptum fuisse* [ante a]edem Concordiae.
[72] 78	in aede Concordiae.
86	in aedem Concordiae.
87	in pronao aedis Concordiae, quae e[st iuxta aede]m divi Vespasiani.
89	in pronavo aedis Concordiae.
91 [101 105] 118 120 [122] 139 155 183 [231]	in pronao aedis Concordiae.

Arvales non constat num ante a. 63 semper in Pantheum convenerint. Quod inde ab origine templum fuisse (cf. Becker *Topogr.* p. 634 seq.) hoc loco confirmatur. — De aede Concordiae cf. Becker l. c. p. 311 seq. — Aedem Vespasiani templum esse trium columnarum ad clivum Capitolinum superstitum contra falsam Beckeri (l. c. p. 314 seqq.) expositionem et inscriptiones declarant clivi recte divisae (*C. I. L.* 6, 89 937 938; cf. Reber *Ruinen Roms p.* 84) et confirmant ipsa verba actorum a. 87.

3. Indictionis ratio.

[58] 59 60 [72]	astantibus [1]) *illo* magistro, *illis* fratribus Arvalibus.
[69] 78 [81 86 87]	adstantibus [1]) fratribus Arvalibus.

[1]) astantibus 59 69 86, adstantibus 60 78 87; *in reliquis actis vocabulum interceperunt hiatus. — In actis a.* 66 *spatium videtur indicare haec verba omissa fuisse.*

Haec verba inseri solent post locum in ipso initio indictionis, exceptis actis a. 87, in quibus collocantur ante dies qui indicuntur. In actis a. 58 59 60 72 adscribuntur nomina eorum qui adstabant, scilicet et eius qui indicit et ceterorum, in reliquis omittuntur, quod, cum in actis omnibus extremis adscribantur qui adfuerant, supervacaneum erat nomina eadem bis ponere. Quod nihilo minus factum est in actis a. 58 et 72, cum in actis a 59 posteriore loco dicantur iidem adfuisse qui priore memorati erant. Paullo diversa formula est quae reperitur in actis a.

63 adhibitis *illis*

nam ea et loco legitur diverso, ante dies qui indicuntur, et inter adhibitos non est ipse magister, quem vidimus esse inter adstantes. — Post a. 87 hae formulae absunt, quod indictio sacrificii ab anno inde 89 a magistro ad collegium ipsum translata est.

---

[58] 59	sacrificium deae Diae indixit *ille* magister.
[63]	sacrificium indixit [deae Dia]e *ille* mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine.
[NER. B 69 72 78 81]	mag(istro) *illo* [1]) collegi fratrum Arvalium [nomi]ne [2]) sacrum indictum deae Diae [3]).

[1]) *cum eius vices facit promagister, sic concipitur:* magisterio *illius* promagistro *illo: sic* 69 72 78 81.

[2]) . . . . ne 72, ... e 69, *omittitur* 78, *videturque item afuisse a NER. B, ubi omnino statuendum est omissa esse verba* collegi — nomine. *Littera enim quae post litteras* IO *dimidiata extat, non potest fuisse* C, *sed pro* O *habenda est. Accedit, quod, si quis reciperet supplementum* c[ollegi fratrum Arvalium], *etiam omisso verbo quod est* nomine *numerus litterarum ceterorum versuum modum superaret.*

[3]) sacrum indictum deae Diae 78, ... dictum 69, sa . . . . ctum 72, ... rificium in . . . . iae NER. B.

86	magistro *illo* [1]) [collegi] fratrum Arvalium sacrum indictum deae Diae per *illum* mag(istrum) [2]).

[1]) *in actis a.* 86 *est* magisterio *illius* promagistro *illo.*

[2]) *in iisdem est* promagistrum.

87	*ille* magister [1]) [sac]rificium deae Diae in hunc annum sic indixit.

[1]) *in actis a.* 87 *est* frater Arvalis qui v[ice] *illius* magistri fungebatur.

89 fratres Arvales sa[crificium] deae Diae indixerunt.

[90] 91 [101 105 117 139 155 MARC. A] 183 [186 193 ALEX. C] fratres Arvales sacrificium deae Diae indixerunt ibique [1]) *ille* magister [2]) fratrum Arvalium [3]) manibus lautis [4]) velato capite [5]) sub divo [6]) culmine [7]) contra orientem [8]) sacrificium [9]) deae Diae [10]) cum collegis [11]) indixit [12]).

118 120 [122] ad sacrificium deae Diae indicendum [13]) fratres Arvales convenerunt ibique *et reliqua ut supra.*

[1]) ibique *locum obtinet ab anno inde* 101: *in antiquissimis duobus huius formae exemplis in altero a.* 91 *eius loco est* magisterio *illius* in pronao aedis Concordiae. *De altero a.* 90 *non satis liquet, quale exordium habuerit, afueruntque fortasse verba* fratres — indixerunt; *verba autem* [magi]sterio *illius* [in pronao aedis Concordiae] *hic quoque affuerunt.*
[2]) *aut* promagister.
[3]) fratrum Arvalium *additur in solis exemplis antiquissimis a.* 90 91, *omittitur certe ab a.* 105.
[4]) manibus lautis *om.* 183.
[5]) [capite vel]ato 105.
[6]) divo 90 91 105 118 120 122 183, dio 155, diu 101.
[7]) culmine 90 101 105 118 120 122 155, columine 91 183.
[8]) contra orientem *ante* sub divo 183 186.
[9]) sacrificium *ante verbum* indixerunt 90, *ut videtur, et* 91.
[10]) sacr. deae Diae *om.* 118 120.
[11]) suis *non est in actis a* 91 101, *inseritur ab anno inde* 118. *Pro* collegis *videtur scriptum esse* fratribus Arvalibus ALEX. C.
[12]) indixerunt 91 193. *Verba* sacrificium — indixit *om.* 183, *item videntur defuisse in* MARC. A, *cum non capiat ea spatium nimis angustum*; — [in]dic[it] *vel* [in]dic[unt] ALEX. C.
[13]) ind. deae Diae 120 122.

231 fratres Arvales convenerunt ad indicendum [sacrificium deae Diae] [1]).

[1]) *verba* ibique — indixit *in his actis non fuerunt. — In actis Alex. C quae leguntur huc pertinentia* . . . . Arval. dicq . . . . . . *restitui adhuc non potuerunt.*

Sacrificantes precantesque lautis manibus fecisse multis veterum testimoniis docemur (cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 464, 3050): iisdem ex ritu Romano fas erat velare caput (cf. l. c. p. 466, 3063) conversis ad orientem (l. c. 3066). — Verba quae sunt *sub divo columine* a Marinio (*Arv.* p. 272) perperam coniuncta Mommsenus docuit ita separanda esse ut caerimoniam intellegatur factam esse *sub divo* qua parte templi *columen* erat, cf. *Relazione* p. 51. Magister igitur vel promagister fratrum Arvalium cum sacrum annuum indiceret, stabat sub divo ante mediam frontem aedis orientem spectans.

---

58 59 69 72 78 81 86 praeeunte [1]) *illo.*

[1]) praeunte 78.

Qui praeibat in antiquioribus actis exceptis a. 63 et Ner. B non omittitur, omittitur ab anno inde 87, quo ipso indictionis carmen actis inseri coeptum est. Plerumque magister indicit, collega alius praeit; at in actis a. 58 praeit magister, indicit alius.

---

4. Indictionis carmen.

Ipsa verba, quibus indictio peragitur, adsunt in antiquissimis, quae quidem indictionis mentionem faciant, actis a. 38, absunt ab actis a. 58—86, redeunt a. 87, desunt rursus a. 89, ab anno autem 90 constanter referuntur exceptis extremis a. 231. Ea formula inducitur vocabulo *sic* in solis actis a. 87, in ceteris additur nude. Concepta est sic:

[38 87 90] 91	quod bonum faustum felix [1]) fortunatum salutareque sit imperatori *illi*, populo Romano Quiritibus [2]) fratribusque Arvalibus mihique [3]).
[101? 105? 117? 118] 120 [122]	*ut supra, sed omisso* mihique [3]).

[1]) felix *scriptum est maioribus litteris in actis a.* 91.
[2]) *in actis a.* 38 *videtur fuisse scriptum* r(ei) p(ublicae) populi Romani *cet*, *cum supersint litterae* RI.
[3]) mihi, *quod adest etiamtum a.* 91, *primum abest certo ab actis a.* 118.

[139? 155? PIVS B? MARC. A?] 183 [ALEX. C]	*ut supra, sed inserto* senatui [1]) *ante* populo [2]) Romano.

[1]) senatui *constat abesse ab actis a.* 120, *adesse in actis a.* 183; *sed etiam quod in actis a.* 139 *post* parentiq. *sequitur*, s . . . . . *videtur iure eodem referri.*

[MARC. H]	*videtur scriptum fuisse ut supra, sed insertis verbis* [eiu]sque liberi[s] *ante* populo Romano.
[193]	*ut supra, sed inserto* imperio potesta[tique eius] *post nomen imperatoris.*

---

[38]	[sacri]ficium in [luco deae Diae domoque magistri] *illius* [erit] [1])

[1]) *verba parum certa sunt, sed litterarum numero apte spatium expletur.*

[87] 90 91 [101 105] 118 120 [122 155 MARC. A H 183 [186 ALEX. C]	sacrificium [1]) deae Diae hoc anno [2]) erit.

[1]) sollemne MARC. A.
[2]) hoc anno *om.* 87.

---

5. Dierum definitio.

Ubi indictionis verba non afferuntur, cum praecedant verba *sacrificium indixit* vel *sacrum indictum*, saepe diebus praescribitur *in diem* [1]) vel simpliciter *in* [2]); ubi vero carmen adest, cum praecedant verba *sacrificium erit*, praescribitur plerumque *ante diem*, rarius numeri ponuntur nudi. Dies proponuntur sic:

[1]) *sic* 78 81 86.
[2]) *sic* 63; in . . . . et in . . . . et in 59.

XVI (*aut* VI) k(alendas) Iunias domi [1]).
XIII (*aut* IIII) k(alendas) Iunias in [2]) luco et domi [1]).
XIII (*aut* III) k(alendas) Iunias [3]) domi [1]).

[1]) domo 91; Romae 183 *in die primo.*
[2]) in *om.* ALEX.
[3]) easdem 117.

89	aput *vel* ad magistros *post* domi *additur.*
118–155 [MARC. A]	*de tertio die dicitur* domi consummabitur
[MARC. H] 183 186	*vel* consummabitur domi.

---

6. Praesentes.

Qui adfuerunt dum iudictio peragitur, actis a. 38 ideo videntur non esse perscripti, quod in exordio nominantur adstantes. Ab anno antem 58 acta semper terminantur adscriptis iis qui adfuerint, quam ob rem supra vidimus adstantes paullo post desitos esse nominari. Indicantur autem praescriptis verbis his:

58–87 90	in collegio adfuerunt *illi.*
89	in collegio interfuerunt *illi.*
91–120 [MARC. H] 183	adfuerunt in collegio *illi.*
155 [MARC. A]	adfuerunt *illi.*

B. SACRUM DEAE DIAE.

Sacrum deae Diae temporibus antiquioribus in acta non esse relatum ostendunt acta anni 14, in quibus cum dies *pridie eidus Maias* proxime antecedat diem *XVIII kalendas Ianuarias*, manifestum est sacrum exeunte Maio factum ab iis afuisse. Postea sacrum initio breviter indicabatur, ut pro tribus quibus celebrabatur diebus unius in actis mentio fieret, qui plerumque videtur fuisse secundus isque primarius (cf. acta a. 27, si recte explevi, 38 40 58 59 69 72). Huic rarius adiungitur dies tertius quo sacrum consummabatur (cf. acta a. 87 89, item acta a. 66, in quibus si minus recte correxi in *XIIII k. Iun.* verba quae sunt *XIII k. Iul.*, solus dies tertius memoratur). Dies tres in documentis iis quae supersunt cum primum anno 81 perscripti sint [1]), ab eo inde tempore exceptis quae modo diximus actis annorum 87 et 89 constanter ponuntur. Ipsa autem sacra cum saeculo aerae nostrae primo secundique parte priore breviter in actis significentur, posteriore aetate uberrime enarrantur.

a. DIES PRIMUS.

1. Annus et dies.

Annus et dies nisi lapide fracto nunquam desunt initio capitis indicati sic:

81 [90] *illis* co(n)s(ulibus) *illo die* magisterio *illius* [1]).

[1]) *magisterium notatur ante diem* 90.

105 [117] 118 120 [122] 155 *illis* co(n)s(ulibus) *illo die.*

183 [241] isdem [1]) co(n)s(ulibus) *illo die.*

[1]) *aetate ea, qua acta haec concepta sunt, etiam in documentis publicis iam consules ordinarii per totum annum continuantur.*

2. Locus.

81 in domo *illius* [1]).

[1]) *omittitur verbum* magistri, *quo cum paullo ante nomen eius una cum verbo* magisterio *perscriptum esset, hoc certe loco opus non erat.*

---

[1]) De actis anni 80 90 fracto lapide non constat.

105 in domo aput *illum* mag(istrum).
118 120 183 in domum *illius* mag(istri).
[122 155] 241 in domum *illius* [1]).

[1]) *in actis a.* 122 *et* 155 *fracto lapide deficiunt vel ex parte vel tota verba* in domum, *ita ut possit scriptum fuisse* in domo: *sed illi supplemento favent anni praecedentes et sequentes.*

218 [in Palatio in] divor(um) [1]).

[1]) *restituitur ex actis diei tertii anni incerti Antonini Pii (A).*

90 DOM. C 117 155 186 } *fracto lapide loci mentio intercidit.*

Locus, in quem Arvales conveniebant, cum quotannis variaret, mentio eius in actis omitti non poterat. Adscribebatur constanter proxime post diem, ut ex actis superstitibus sola acta a. 81 eum post commemorationem sacrificii concepti exhibeant. — Conveniebant autem fratres die primo semper in domum aliquam urbanam, plerumque magistri, interdum alius cuiusdam fratris (cf. 122 241), vel in Palatium in aedem Divorum: vide quae diximus in Exordio p. V. Divis in Palatio sacrarium fuisse dedicatum indicat Dio 76, 3: ἐν ταῖς θεωρίαις ταῖς ἐν τῷ Παλατίῳ ἥρωσι πεποιημέναις; cf. Preller *R. Myth.* p. 791 ed. 1.

3. Ratio sacri antemeridiani.

81 collegi fratrum Arvalium sacrificium quod conceptum est, in domo *illius (sc. magistri)* per magistrum et ceteros sacerdotes.

[105 117 118 122] 183 [186 INCERT. A] fratres Arvales praetextati [1]) sacrificium deae Diae ture vino [2]) fecerunt [4]).

[1]) praetextati *om.* 105; *lapide fracto non constat de* 117 122.
[2]) et vino 183 186.
[3]) albis *defuisse hiatus angustior ostendit* 105.
[4]) *in actis a.* 122 *praemittitur* per *illum* [magistrum] *ex iisque quae sequuntur haec tantum supersunt:* . . . . ui . . . . . .; *item praemittitur* per promag(istrum) *illum* 186.

120 [155] fratres Arvales convenerunt ibique praetextati *et cetera quae supra* [1]).

[1]) fr . . . . re vino f . . . . . . 155.

218 per *illum* promag(istrum) fratr(es) Arv(ales) prima [luce ture et vino fecerunt[1]) et] fru(ges) arid(as) et virid(es) contigerunt et panes laureatos et deam Diam [unguentaverunt et . . . . .] cl. [2]) cathedris conseder(unt) [p]raetextati et ibi praetextas deposuerunt. adfuerunt *illi.*

[1]) *cf. acta a.* 241, *in quibus fusius exponuntur ea quae* prima luce *a promagistro et fratribus fieri solebant. In actis a.* 218 *praetermissa videtur esse mentio caerimoniarum quae erant magistri.*
[2]) *de lectione quidem constat, neque tamen liquet quomodo explenda sit.*

[241] *ille* [promag(ister) ture et vino [1]) sacrificium deae Diae concepit prim[a luce et fruges ar(idas) et vir(ides) contigit] et panes laureatos et deam unguent[avit. item fratres Arvales] ture et vino fecer(unt) et fruges virides [et aridas contigerunt] et deam unguentaver(unt), et in ca[th]e[dris consederunt.

4. Ratio sacri postmeridiani.

81 item iterum epulantes ad magistrum.

90 [fratres Arvales discumbe]ntes sacrificium fecerunt deae Diae ture et vino.

[1]) *cf. acta quae sequuntur; eadem breviora hic scripta fuisse angustia spatii ostendit.*

[105 117 118 122 155] 183 [186 INCERT. A] ibique discumbentes toralibus albis [1]) segmentatis sacrificium ture vino fecerunt [2]).

[1]) albis *deest* 122 183, *defuisse spatium ostendit* 155.
[2] sacrificium ture vino fecerunt *om.* 183 186.

218 item post merid(iem) a balneo cathedris consederunt; deinde [manibus lautis c]enatoria alba sumser(unt) et in tricliniarib(us) discubuer(unt) et epulati sunt. item pueri [praetextati pat]rimi et matrimi senator(um) fili n(umero) IIII in cathed[ri]s consederunt et epulati sunt. [fratres Ar]vales [p]ost epula[s] supra toralibus segmentatis discubuer(unt) et t(ure) v(ino) f(ecerunt).

[241] [item post meri]die mag(ister) lo[t]us [1]) cenatorio albo ac pu[eri praetextati patri]mi et matrimi senatorum filii *illi* [in cathedris] conseder(unt) et epulati sunt. postea [cenatoria alba fratres] Arval(es) acc(eperunt) et toralem segmentatu[m et ture vino fecerunt] [2]).

[1]) *emendavi ex verbis* a balneo, *quae leguntur in actis a.* 218.
[2]) *nescio num recte expleverim, nam quia antea epularum fratrum mentio facta non est, fortasse scribendum erit* et epulati sunt; *cf. acta a.* 218.

81 pueris ingenuis senatorum filis patrimis matrimis ministrantibus ture et vino, referentibus ad aram in pataris.

[90 DOM. C 105 117 118 122] pueri patrimi matrimi senatorum fili praetextati cum publicis ad aram rettulerunt [1]).

[1]) pueri senatorum fili patrimi *ceteris deperditis lapide fracto* 90; . . . . aram retulerunt DOM. C; . . . . textati cum publicis ad ara . . . . . *(sequuntur nomina quattuor)* 105; . . . . a . rettulerunt *(sequuntur nomina quattuor)* 117; puer . . patrimi . . . . . . senatorum fili praetextati cum publicis ad . . . . rettulerunt *(sequuntur nomina quattuor)* 118; . . . . se . . . . textati cum publ . . . . . d aram re . . . . . . 122.

120 quod pueri patrimi *et cetera ut supra.*

[155] *in actis videntur eadem fuisse quae in actis a. 120 iisque quae praecedunt; servata enim sunt haec:* .... icis ad aram .... *nominumque reliquiae nonnullae.*

183 [186] ministrantibus pueris patrimis et matrimis senatorum filis *(sequuntur nomina quattuor)* cum publicis ad aram retulerunt [1]).

[1]) *qui concepit debebat scribere aut* pueri *cet.* retulerunt, *aut* referentibus.

218 et per pueros praetext(atos) [senat]orum filios et public(os) a[d] aram pertul(erunt).

[241] ministr(antibus) puer(is) praetextatis et cu[m publicis ad aram referent(ibus)].

---

105 [spo]rtulis cenatum [est denaris centenis] [1]).

[1]) *cf. acta dierum secundi et tertii.*

218 et unguent(a) et coronas acceperunt et in mantelis [pulm]enta [1]) r[ur]s[us] contigerunt: item mensa secunda bellarior(um) divisa est et sportulas acceper(unt) sacerdotes imp(eratoris) Aug(usti) et ceteri sacerdotes q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt) et rosa[m] soluta[m] diviser(unt) ibique felic(ia) [2]) dixer(unt).

[1]) [frum]enta *restituit Marinius: scripsi* pulmenta *propter caerimoniam contingendi pultes, de qua cf. acta diei tertii sacri a.* 219 *celebrati.*

[2]) feliciter *explevit idem parum recte; cf. acta a.* 219.

241 et unguenta] acc(eperunt) et coron(as) conviva(les), mante[lis pultes [1]) contiger(unt) et co]ronas et sport(ulas) acc(eperunt) sing(uli) denarios XXV [2]).

[1]) *cf. acta a.* 218 *n.* 1.

[2]) *ea quae sequuntur male breviata et neglegenter exarata restitui nequeunt. Videntur tamen pertinere ad rationes impensarum divisionumque quae Arvalibus factae sint.*

Comparatis inter se actis annorum potissimum 218 et 241 de caerimoniis diei primi satis constat. Et prima quidem luce conveniebant Arvales aut in domum magistri aliusve cuiusdam collegae aut in templum Divorum in Palatio, sacrificiumque deae Diae concepit magister sive qui vice eius fungebatur, ture et vino; ita enim hiatus in actis a. 241 videtur explendus esse ex iis quae ipsi Arvales statim post dicuntur fecisse. Verbum *concipiendi* Marinius interpretatus est antea de sacrificio *incipiendo* (p. 199), postea de eo *faciendo* vel *peragendo*, narratione allata Livii (5, 17), qui *magistratus* scribit *vitio creatos Latinas sacrumque in Albano monte non rite concepisse.* Sed et hoc loco verbum concipiendi de sollemni sacri indictione intellegendum est (cf. Weissenborn ad l. c.),

et in actis Arvalium de sacro sive incipiendo sive initiando. Die igitur primo sacri, antequam ture ac vino fratres facerent, magister vel promagister videtur item ture et vino fecisse, quae operatio cum totius sacri non esset nisi exordium, in solis actis a. 241 commemoratur, in actis a. 218 ita significatur, ut *per promagistrum* fratres fecisse dicantur. De ture autem et vino ad sacrificium adhibitis dicemus infra, ubi de sacrificiis ob vota annua factis uberius agetur. Deinceps magister postquam ture et vino fecit, fruges contingit panesque laureatos: ita enim hiatum explendum esse confirmant ea quae de sacrificiis ipsorum fratrum narrantur. Verbum contingendi in cultu deae Diae sollemne est, fratresque dicuntur contigisse *fruges aridas et virides, pultes, aras, tuscanicas* (cf. acta diei secundi et tertii et Marinius p. 396). Frugibus autem in sacris potissimum vetustissimis diis sacrificatum esse tradit Plinius (*n. h.* 18, 7) Numam scribens instituisse fruge deos colere (Plut. *Num.* 8; Dionys. 2, 76; cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 44 et 467). Panes laureati non plane liquet panesne fuerint laureis redimiti, an quos descripsit Cato (*r. r.* 12) *panes mustacei, mustaceos* dicens *sic facito: farinae siligineae modium unum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. ii, casei libram et de virga lauri deradito, eodem addito*: *et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, cum coques;* cf. *Relaz.* p. 55 et Marini p. 526. Eiusmodi panes altero quoque die commemorantur, iidem fortasse, quos Arvales dicuntur contigisse, i. e. consecrasse, cf. acta diei alterius. — Deinde deam Diam unguentavit magister vel promagister. De ritu unguendi signa deorum plura collegit Marinius (p. 394), laudatis potissimum versibus Tibulli (2, 2, 3) qui sunt de genio:

ipse suos genius adsit visurus honores,
cui decorent sanctas mollia serta comas.
illius puro destillent tempora nardo
atque satur libo sit, madeatque mero;

item iis quae de Diana Segestana narrat Cicero (*Verr.* 4, 35): *quid hoc tota Sicilia est clarius quam omnes Segestanas matronas et virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? complesse coronis et floribus?* cet. Similiter statuam ipsius amicos hortatur Ursus ut onerent floribus *folioque multo adque unguento marcido* (Or. 2591), *lapides*que *effigiatos unctos et coronatos* memorat Minucius Felix (3) et terminos *unguento velaminibusque et coronis* coronatos esse tradit Siculus Flaccus (*de condic. agror.* p. 141, 6 ed. Lachm.). — Absolutis a magistro his caerimoniis collegae et ipsi ture et vino fecerunt contactisque item frugibus viridibus aridisque panibusque laureatis et dea uncta in cathedris consederunt ornati praetextis.

De cathedrarum forma et usu cf. Marquardt l. c. 5 p. 317; de praetexta sacerdotum maiorum Mommsen *Staatsrecht* p. 339, qui sacerdotes ostendit excepto flamine Diali (Servius ad Aen. 8, 552) non semper praetextatos prodiisse ut magistratus, sed tempore tantum sacrificii praetextam gessisse. Praetextam peractis caerimoniis statim deponebant, id quod redire videbimus in actis diei secundi et tertii. Ita peracta est caerimoniarum huius diei pars prior, quae in actis annorum antiquiorum significatur verbis *fratres Arvales convenerunt ibique praetextati sacrificium deae Diae ture vino fecerunt* (120 155 et paullo brevius 105 117 118 122), quorum loco in actis a. 81 sunt verba hiantia *collegi fratrum Arvalium sacrificium quod conceptum est per magistrum et ceteros sacerdotes.*

Sequebatur pars altera post meridiem, in qua quo modo versati sint Ar-

vales satis constat collatis actis annorum 218 et 241. Inter quae in enarrandis caerimoniis ea est differentia, quod in actis a. 218 non commemoratur nominatim magister, cum de ipsis semper collegis agatur, in actis a. 241 magister a fratribus distinctus separatim nominatur. Ut in his magister dicitur post meridiem lotus cenatorio albo cum pueris praetextatis in cathedris consedisse et epulatus esse, fratres vero postea demum aut ture et vino fecisse aut epulati esse. In quibus rebus referendis, cum neque magistrum probabile sit epulatum esse in cathedra sedentem, nec una cum eo fratrum loco pueros praetextatos fuisse, videntur in actis a. 241 male omissa esse ea, quae in actis a. 218 de collegis narrantur, discubuisse eos in tricliniaribus et epulatos esse. Quod si verum est, Arvales ita alteram sacri partem peregerunt, ut et magister et fratres, cum a balneo exiissent, una cathedris considerent, deinde vero manibus lautis cenatoria alba sumerent et in tricliniaribus discumberent et epularentur, pueri autem in cathedris sedentes et ipsi epularentur. Quo facto supra toralibus segmentatis sacerdotes discubuerunt et ture et vino fecerunt. — De balneo circa octavam cenaque circa nonam plerumque horam factis cf. Marquardt l. c. 5 p. 277 seqq. et 305. Cenabant Romani non togati, sed amicti peculiaribus vestibus cenatoriis (cf. Martial. 10, 87, 12. 14, 135; Capitol. *Maxim. iun.* 4) sive synthesibus, unde Arvales dicuntur *cum synthesibus* epulati esse (acta a. 91; cf. acta diei secundi et Becker *Gallus* 3 p. 124 seqq. ed. 2; Marquardt l. c. 5, 1 p. 331; 2 p. 176). Cenatoriis albis videntur usi esse Arvales ut sacerdotes, eaque lautis manibus sumpserunt ex more, quo accumbentibus aqua ad manus lavandas solebat praeberi (cf. Marquardt l. c. 5, 1 p. 331). Discubuerunt in tricliniaribus, quae pro tegumentis lectorum habenda esse et Plinius (*n. h.* 8, 196; 9, 137; cf. Marini p. 535) ostendit et confirmant quae paullo post commemorantur toralia segmentata. Sacerdotes autem dum in lectis discumbunt, pueri in cathedris et ipsi epulantes consederunt. Ibi vetustam consuetudinem, qua filii familias patres tam in senatum quam ad convivium comitabantur, in quo accumbentibus his ipsi in cathedris adsidebant, agnovit primus Mommsenus (*Grenzboten* 1870, 1 p. 172). *Mos habebatur*, inquit Tacitus (*ann.* 13, 16), *principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum propria et parciore mensa*, et Suetonius (*Claud.* 32): *adhibebat omni cenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur* (cf. Marquardt l. c. 5, 1 p. 91). Recte enim Mommsenus observavit neque camillos esse posse pueros cum sacerdotibus vescentes, cum ipsi sacrificio non intersint, et ita eos dispositos fuisse, ut ad singulos epulantium lectos singuli adsiderent pueri, qui si non nati erant ex patribus Arvalibus, patrimi certe et matrimi debebant esse. Ut autem filii familias ministrare solebant patribus epulantibus (Varro apud Nonium p. 156 s. v. puerae; cf. Marquardt l. c.), ita quattuor illi pueri nobiles ministrabant Arvalibus. Qui quod post epulas dicuntur acceptis toralibus segmentatis supra his discubuisse tureque et vino fecisse, ita explicandum est, ut epulae pro mensa prima habeantur, qua sublata interposito spatio, dum paratur mensa secunda, veteres libare diis solebant (cf. Marini p. 536; Marquardt l. c. p. 336). Itaque Arvales inter mensas primam et alteram non solum ture et vino fecerunt, sed diis quoque fruges libatas sacrificarunt: nam quod pueri dicuntur ad aram rettulisse aut ipsi sacerdotes per pueros, id de frugibus libatis intellegendum esse diei tertii acta confirmant. Pueris autem

ad aram referentibus praesto erant publici, de quibus vide Exordium. Deinde more Graecorum (cf. Marini p. 573; Marquardt l. c. p. 341) unguenta et coronas acceperunt convivales (a. 241), pulmentaque, si recte hiatum explevimus, in manteliis contigerunt. Mantelia mappae sunt, quibus manus terguntur tam in sacris quam a vescentibus (cf. Varro l. l. 6, 85; Servius *ad Georg.* 4, 376; plura apud Marquardt l. c. p. 321, 1986 et Marinium p. 574), iisque cum uterentur convivae etiam ad asportanda domum ἀποφόρητα dono data, in conviviis mantele alterum ab hospite dari solebat, alterum a conviva afferri (cf. Marquardt l. c. p. 322). Quod autem manteliis vel in manteliis pulmenta (?) dicuntur contigisse Arvales, id similiter videtur accipiendum esse de sacris pultibus domum missis. — Tum mensam secundam bellariorum divisam esse (a. 218, cf. l. c. p. 337) actis a. 241 significatur, cum coronas accepisse fratres dicuntur; deinde sportulae divisae sunt, quas cum coronis domos suas miserunt. Denique in actis a. 218 narratur rosam solutam eos divisisse, ut die quoque altero in luco fieri solebat; quo facto felicia dixerunt domosque suas, ut videtur, discesserunt. — De sportulis collegiorum uberius egit Mommsenus (*de collegiis* p. 109 seqq.), qui, cum proprie sportulae fiscelli essent, quibus populus dapes in publicis viscerationibus acceptas condere domumque referre solebat, translate nummos ita dici affirmavit pro carnibus datos; sportulis enim nunquam contineri panem et vinum (cf. Or. 2385. 2417), semper autem pro cena eas esse, non praeter cenam dari[1]): ideo interdum dari etiam cenam vel sportulas (Or. 2417). 'Cum autem ii qui simul lautia acceperant, communiter iis frui epularique cuperent, factum est ut aliquis ex collegio sive is qui dederat sive alius, si cibi distributi erant, cibos omnium pararet, si nummi pro dapibus, acceptis iis epulum instrueret, pro pane vino autem insuper modicam pecuniam acciperet, nisi eo liberalitatem suam demonstraret, quod panem vinum adiiceret gratuitum'. Itaque Arvalium quoque sportulas Mommsenus statuit apud magistrum remansisse, in cuius domo fratres cenavissent, idque confirmari eo, quod sportularum et impensarum eadem sit summa. Quod ostendunt acta diei tertii a. 218, quibus singuli et sportulas dicuntur accepisse denarios centenos et cenavisse diebus singulis denariis totidem. Sane quin recte iudicarit Mommsenus dubitari non potest, cum in actis nonnullis Arvales dicantur cenasse *sportulis denaris centenis* (a. 105; cf. acta diei tertii annorum eiusdem et 118. 120. 183). Quid quod etiam cum Arvales in luco epulabantur, constanter dicuntur ad magistrum epulati esse, ut haec verba appareat non intellegenda esse de domo eius, sed de impensa. (cf. Marquardt l. c. p. 216 seqq.). — Anno 218 sportulas acceperunt *sacerdotes imperatoris Augusti et ceteri sacerdotes qui supra scripti sunt.* Et hi quidem cum ipsi Arvales sint, quorum nomina post primum actorum caput vidimus indicata esse, illi qui fuerint minus liquet. Marinius (p. 581) quos affert sacerdotes domus Augustae, nisi municipales sunt, ut Grut. 66, 3 et 101, 3, ad collegium pertinent, cuius socii ex parte certe libertinos fuisse Graeca nonnullorum ostendunt nomina (Grut. 302, 2) neque propter glossam a Marinio allatam auctoritatis parum firmae, quae Salios appellat ἱερέας Καίσαρος, iure pro Saliis ha-

---

[1]) Observavit tamen nuper Boisserius nonnunquam praeter pecuniam etiam epulum dari (*étude sur quelques colléges funéraires* p. 13, 1, *extrait de la Revue archéol.)*, cuius rei exempla attulit titulos Henzenianum 7190 et I. N. 190.

bentur. Perperam igitur hos Borghesius (*Giorn. arcad.* 1818, 1, 2 p. 192, *opp.* 3 p. 23) eosdem atque Salios Palatinos esse credidit. Homines autem libertini illi cum Arvalibus coniungi non potuerunt. At sacerdotes dei Elagabali, de quibus Marinius cogitavit, vix anno 218 commemorari potuisse recte ipse iudicat, cum parum notum numen illud Romae esset, antequam imperator Elagabalus cultum eius ibi instituisset; praeterea sacerdotes dei vix appellari potuisse sacerdotes Caesaris, quamquam is primus ac solus numinis illius cultum in urbem introduxerat. Itaque etsi novus tum imperator fuit necdum cooptatus inter Arvales, nihilo minus sacerdotes hi ad religiones a puero illo vesano institutas videntur referendi esse; neque a probabilitate abhorret, cum in provinciis et municipiis ab antiquissimis inde imperii temporibus divinis honoribus viventes etiam principes culti essent (cf. index ad Orellii vol. 3 p. 50 seqq. et inscriptiones Graecae, Marquardt *R. A.* 4 p. 424 seqq.), in Elagabali honorem in urbe quoque sacerdotes institutos esse. — Notandum est anno 241 non denarios centenos, ut antea consueverant, Arvales sportularum nomine accepisse sed quinos tantum et vicenos; cuius rei videntur causae fuisse illius aetatis pecuniarum angustiae ingruente iam imperii ruina (cf. Mommsen *Grenzboten* l. c. p. 175) et imminuta dignitas Arvalium, quorum post Gordianum certe nulla superest memoria. — Quod denique Arvales, antequam domos suas discederent, felicia dixerunt (cf. etiam quae post acta diei tertii a. 218 221 notantur), id conferendum est cum acclamationibus pro salute imperatoris factis, quae in acta diei tertii anni 213 relata sunt (ubi vide).

---

4. Praesentes.

Arvales, qui sacro epulisque adfuerant, ad acta diei primi non semper adnotantur; cum enim nomina eorum repetenda essent in actis dierum alterius ac tertii, omitti poterant, si iidem tribus diebus collegae convenerunt. Neque semper, ubi adscripta sunt, in fine capitis leguntur, cum in acta a. 218 post priorem eorum partem relata sint, antequam sacra enarrantur post meridiem celebrata. — Acta autem concepta sunt ita, ut

81 90 DOM. C — *omissa sint nomina eorum qui adfuerunt: quibus alibi praescripta sunt verba haec:*

[105 117] [1]) — [in collegio] adfuerunt *illi.*

118 [122] [1]) — adfuerunt in collegio *illi.*

[1]) *in actis a.* 117 *et* 122 *fracto lapide deficiunt verba quae praescripta erant.*

183 218 — adfuerunt *illi.*

241 — *fracto lapide non constat.*

Adnotata sunt nomina puerorum ad acta haud multa, et ita quidem ut inserantur in actis a.

105 117 118 — *post verba* ad aram rettulerunt.

183 — *post* ministrantibus pueris filis.

In ceteris aut fracto lapide interierunt aut consulto omissa sunt.

---

b. DIES SECUNDUS.

1. Annus et dies.

Diei nota nisi lapide fracto nunquam deest: item consulatus solet adscribi exceptis iis actis, in quibus semel initio ponitur neque postea repetitur, ut a. 38 et 40. Praeterea omissus est in actis a. 218, idemque videtur statuendum esse de iis quae eiusdem fere aetatis sunt, in quibus ad diem certe tertium consules adnotati non sunt (cf. a. 213 et 219). Neque in actis Dom. C. consules commemoratos fuisse angustia spatii ostendit. At in actis a. 90, in quibus ad diem tertium adnotati non sunt, ad diem secundum adscriptos fuisse hiatus indicat satis amplus. Itaque ne de actis a. 91 quidem iudicare ausim, quamquam in his quoque ad diem tertium nomina consulum non memorantur. — Nonnunquam temporis indicandi gratia adduntur nomina magistri et promagistri, neque tamen semper statim post diem notantur, sed interposita interdum loci indicatione. — Acta igitur concepta sunt sic:

[38 40] 218 — *illo die* [1]).

[1]) . . . . k. Iunias 38; . . . . k. Iuni . s 40; item k. Iunias 218.

[59] 105 [117] 118 [119] 120 [155] 183 — isdem co(n)s(ulibus) *illo die* [1]).

[1]) isdem cos . . . . 119; isdem . . . . un. 155. — *In actis a.* 117 *lapide fracto periit nota consulum, ab initio non defuit.*

[66] 69 [90] — isdem co(n)s(ulibus) *illo die* magisterio *illius* promag(istro) *illo* [1]).

[1]) isdem cos . . . . . XIII k. Iul. . . . . 66, *quod errore ordineque turbato scriptum esse pro* XIIII k. Iun. *antea dixi;* isd . . . . k. Iun. . . . ag. ////////// Ger . . . . . . mp iii pro mag. *cet. — Promagister non commemoratur* 90.

72 87 [89] — *illis* [1]) co(n)s(ulibus) *illo die* magisterio *illius* promagistro *illo* [2]).

[1]) *consules ipsis nominibus indicantur, quia in haec acta dies primus sacri relatus non est.*

[2]) curam agente *illo* 87 89? *In actis a.* 89 *nihil superest nisi* . . . . unias . . . . *illius.*

81 [DOM. C] — isdem co(n)s(ulibus *illo die loco illo* magistro *illo* [1]).

[1]) . . . . uco eius magisterio *illius* DOM. C, *ubi consulatum commemoratum non esse statuendum est, ut non commemoratur ad diem tertium: cf. supra.*

2. Locus.

Dies alter sacri ab Arvalibus celebrabatur tam in luco deae Diae quam Romae in aedibus magistri. Cum vero sacrum in luco potissimum fieret, in actis plerumque non indicatur nisi lucus, pro eo autem nonnunquam scriptum est *ad deam Diam.* Interdum locus omnino non ponitur, cum ipso sacrificio

ad aram deae Diae facto satis significetur. — Solet autem locus proxime post diem adscriptus esse: praeterquam quod si domus magistri additur, ea separata fere ponitur in fine actorum. — Locus notatur sic:

[27 38] 105 118 119 120 183 [INCERT. B]	in luco deae Diae [1]).

[1]) . . . uco deae Dia . 27; . . . . ae 38

40	ad deam Diam.
59 69 [72]	*locus non indicatur.*
81	in luco deae Diae et domi.
87 [DOM. C 213 218]	in luco deae Diae *et in fine:* Romae domo apud mag(istrum) [1]).

[1]) . . . uco eius, *antecedente nomine deae Diae, et in fine:* eadem die Romae aput magis . . . DOM. C: — *fracto lapide desunt verba* in luco *cet., in fine autem sunt haec:* deinde Romae in domo *illius* 213; — . . . . us Romae . . . . i et in domu *illius* 218.

3. Ratio sacri.

Sacri diei alterius cum tres potissimum fuerint partes, quae sunt sacrificium vaccae albae honorariae prope aram deae Diae ante lucum, sacrificium agnae opimae in luco in aede deae Diae, ludi circenses, in actis antiquioribus brevius conceptis hae caerimoniae solae paucis indicantur, in actis a. 40 adeo solum commemoratur sacrificium vaccae. Alibi additur, quod fit antequam vacca immolaretur, sacrificium piaculare duarum porcarum ante lucum ad aram deae Diae, item cena post sacrum Romae in domo magistri. Partes singulae sacri ipsae pluribus caerimoniis consistebant et cum epulis coniunctae erant. Haec omnia quo melius intellegantur, separatim singula enarrabo et explicabo.

Sacrum universum raro indicatur: quod ubi fit, acta concepta sunt sic:

87 [89]	fratres Arvales deae Diae sacrificium fecerunt [1]).

[1]) . . . tres Arvales deae Diae sa . . . . m feceru . . 89; *similiter videtur scriptum fuisse in actis a.* 90, *ubi lapide fracto ea pars deest.*

[DOM. C]	[sacrum deae Diae in l]uco eius magisterio *illius, vel similiter; nimis enim angustum spatium est quam quo comprehendi possint verba quae exhibent acta a. 87 et 89.*

α. sacrificium porcarum piacularium et vaccae honorariae.

Sacrificium porcarum piacularium, licet iam in acta a. 58 possit relatum fuisse, in actis tamen quae supersunt primum anno 59 commemoratur, ab eoque inde tempore constanter eius mentio in actis extat nec nisi lapide fracto unquam deest. Cur porcae immolatae sint, in actis quae supersunt non ante a. 87 adnotatur. Acta autem sic concepta sunt:

[27 38] 40 *ille* promagister [1]) (magister) collegii [2]) fratrum Arvalium nomine in luco deae Diae [3]) vaccam immolavit.

[1]) promagistro 40.
[2]) conlegi 40.
[3]) ad deam Diam 40. — *In actis a.* 27 *nihil relictum est nisi verba* . . . uco deae Dia . . .; *in actis a.* 38 promagister collegii frat . . . . ae vaccam immolavit, *ut fortasse legendum sit* [ad aram deae Di]ae; *cf. acta annorum qui sequuntur.*

[59 66] [*ille* magister (promagister) c]ollegi fratrum Arvalium nomine ad aram immolavit deae [Diae porcas piacula]res II, deinde vaccam [1]).

[1]) *praeter nomen promagistri verbaque* porcas piaculares *nihil superest* 66.

[69 72] collegi fratrum Arvalium nomine immolavit ad aram [1]) deae Diae porcas piaculares II, deinde vaccam [2]).

[1]) ad aram immolavit 72.
[2]) coll . . . . mol ad aram dea . . . . . porcas piac . . . . item vaccam 69.

81 collegi — piaculares II *ut supra: sequuntur haec:* deinde vaccam deae Diae; inde cum in aedem Caesarei consedissent, et ex sacrificio gustarunt.

87 [89] *ille* qui vice magistri fungebatur *illius,* ante lucum in aram *(sic)* porcas piaculares duas luco coinquendi et operis faciendi immolavit, deinde vaccam deae Diae honorariam immolavit. *illi* in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt [1]).

[1]) *similiter videntur concepta fuisse acta a.* 89, *ex quibus paucae supersunt reliquiae: ille* . . . . vice magis . . . fungeba . . . *illius* . . . . aram por . . . . . . cul . . . . luco coin . . . . ciendi . . . . hon . . . . *ille* . . . . u . . . . *illi* . . . . in t . . . .: *quae ex actis a.* 87 *restitui possunt, additis tamen post verba* [vaccam] hon[orariam deae Diae] *ille* [immolavit] *verbis ex actis a.* 90 *desumptis quae sunt* [ante luc]u[m in foculo.

[90 DOM. C] [ad aram] porcas piaculares duas luco coinquendi et operi faciundo immolavit *ille* [magister, deinde vaccam deae Diae honorariam immolavit] ante lucum in foculo *ille* mag(ister). [*illi* in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt [1]).

[1]) *similiter fuerunt concepta acta DOM. C, ex quibus reliqua sunt haec:* . . rcas piaculares duas luco in . . . . *ille*, deindem *(sic)* vaccam . . . . mmolavit ad foculum; . . . . rificio epulati sunt.

105 [117 118 119] 120 [122 155 MARC. E] *ille* mag(ister) (promagister) ad aram immolavit [1]) porcas piaculares duas luco coinquiendi [2]) et [3]) operis faciundi, ibique *ille* [4]) vaccam honorariam albam ad

foculum deae Diae immolavit, ibique [5]) sacerdotes in tetrastylo consederunt et ex sacrificio epulati sunt.

[1]) inmolavit 105.
[2]) luco inquendi 105; luci coinquendi 118; luco coinquiendo 120.
[3]) et *om.* 105.
[4]) *nomen magistri om.* 118 119 120 155.
[5]) deinde 155. — *Integras addo reliquias actorum has:* . . . . res duas luco coinquendi et operis faciundi, ib . . . . ex sacrificio epulati sunt 117; — *ille* promag(ister) *nisi potius* proflamine *erat*, ... luci coinquiendi et operis faciundi, ibique vaccam ho . . . ., ibique in tetrastylo consederunt et ex sacri . . . . . 119; — *ille* promag . a . . . . . rariam albam ad focu . . . . . 122; *ille* . . . . aram immolavit . . . . duas luci coin . . . . s faciundi, ibique vaccam ho . . . . foculum deae Diae im . . lavit, deinde sacerdotes in tetras . . . . ex sacrificio epulati sunt 155; — *ille* promag . . . . mola . . . . . rc . . . . et operis faciundi ibique vaccam honorariam albam ad focu . . . . trastylo consederunt it ex sacrificio epulati sunt MARC. E.

183 [INC. B] *ille* mag(ister) ad aram immolav(it) porcilias piaculares II luci coinchuendi et operis faciendi, ibique baccham honorariam albam ad foculum immolavit. sacerdotes in tetrastulo consederunt et ex sacrificio epulati sunt [1]).

[1]) *ex* INCERT. B *non remanent nisi haec:* . . . . vit porcil . . . ., ibique bacc, *quae possunt etiam expleri ex a.* 213.

[213] [*ille* promag(ister) ad aram immolavit porcilias piaculares] n(umero) II luci coinquiendi et operis faciundi, ibique baccam honorariam immolavit. sacerdotes in tetrastulo praetextat[i] consederint *(sic)* et porcilias piaculares epulati sunt.

218 *ille* promag(ister) ad aram immol(avit) porcil(ias) piacul(ares) II luci coinq(uiendi) et operis faciund(i); ibi vacc(am) honor(ariam) imm(olavit) et inde in tetrastylo revers(us) subsellis consed(it). deinde reversus ad aram exta[s] reddidit porcil[i]arés. item in circo in foculo arg(enteo) cespiti ornato extam vacc(inam) redd(idit) et in tetrastylo reversus est et in codice cavit et praetextam deposuit et in papillione suo reversus. promeridie autem fratres Arvales praetextas acceper(unt) et in tetrastylo convenerụ[nt] et subsellis consederunt et ca[v]erunt se adfuisse et sacrum fecisse et porcilias piaculares epulati sunt et sanguem *(sic)*.

In explicandis caerimoniis die altero ab Arvalibus celebratis anni 218 actis potissimum utendum est, quibus copiosissime descriptae extant; in antiquioribus enim modo paucioribus modo pluribus verbis indicantur magis quam

enarrantur. Et ea praesertim, quae promeridie aut magister vel promagister aut Arvales fecerint, in illis actis accuratius distinguuntur, cum ex actis prioribus parum appareat, utrum sacrificiis a magistro factis fratres adfuerint, necne. Acta vero anni 218 diem alterum ita celebratum esse ostendunt:

Prima, ut videtur, luce magister sive promagister, sumpta praetexta (nam licet praetextae sumptae mentio nusquam extet, postea tamen eam deposuisse dicitur) ad aram porcas duas piaculares immolat. Ara autem ante lucum traditur fuisse (87 89) deaeque Diae dedicata erat (59 69 72 81), et immolabantur porcae piaculi causa *luco coinquiendi et operis faciundi*. *Coinquere* sive *coinquire* idem esse atque *coërcere* Paulus Diaconus auctor est (p. 65 M., cf. Marini p. 65): lucus autem coërcetur deputando ramos exuberantes, eamque ad rem cum ferrum in lucum inferendum esset, id quod religione prohibebatur, piacula fieri necesse erat. Iam vero cum illo die arbores non videantur coinquendae fuisse, nec magis ad eum referri quod dicitur de opere faciendo, quippe quod de opere usurpetur eorum, a quibus arbores coinquendae vel eruendae et reponendae erant araeque temporales reficiendae, statuendum puto hoc sacrificium piaculare factum esse propter opera quae toto illo anno fiebant. — De verbis ipsis nota in actis antiquioribus scriptum esse *luco coinquiendi* vel *coinquendi* (87 89 90 DOM. C 105 117; *luco coinquiendo* 120, quadratarii, ut videtur, errore); quibus significari quod est *in luco coinquiendi*, scilicet arbores, cum per se apparet tum eo confirmatur quod verba quae sequuntur *operis faciendi* item ad opera pertinent in luco facienda. Posterioris tamen aetatis acta exhibent formas has: *luci coinquiendi, coinquendi, coinchuendi* (118 119 155 183 213 218), ut ipsa coniungantur verba quae sunt *lucus* et *coinquire*. — Porcilias, ut in actis a. 183 213 218 scriptum est, Marinius (p. 306, cf. *not. Tironis* p. 167 ed. Grut.) docuit esse porcas lactentes, quibus saepe diis sacrificatum esse constat (Marini l. c.). Adde quod porca Cereri potissimum sacra erat (l. c. p. 308), Ceres vero Arvalium deae Diae similis. Duae autem porcae immolantur, ut binae victimae singulis numinibus tum sacrificari solent, cum ob arbores fulmine tactas vel ficum in aedis fastigio natam maiora piacula facienda erant (cf. piacula maiora).

Perfecto sacrificio piaculari immolavit magister promagisterve deae Diae vaccam honorariam albam, quam inde appellatam esse, quod non piaculi causa, ut porcae, sed ob honorem deae sacrificata sit, vidit Marinius (p. 310) conferens quod Arnobius *(adv. nat. 7, 18)* dicit honoris et reverentiae causa mactari diis hostias. Candidis victimis diis superis, inferis nigris sacrificari idem (l. c. 19 20) affirmat, et cum Iuvenalis (10, 66) scribat cretatum bovem duci in Capitolium, docemur victimas ut aurari solebant ita etiam creta illitas esse. — Vacca in actis quidem antiquioribus non dicitur ubi immolata sit, sed cum sacrificium praecedat porcarum ad aram deae Diae factum, vaccae autem immolatio inserta copula *deinde* (59 72 81 87 DOM. C) vel *item* (69) proxime sequatur, eodem eam loco immolatam esse veri simile est. Id confirmant acta aetatis posterioris, quibus enarrato porcarum sacrificio ad aram deae Diae facto *ibi* vacca quoque immolata esse traditur (105 117 118 119 120 155 MARC. E 183 213 218). Nota tamen sacrificium vaccae non eodem modo fieri atque porcarum, cum non ad ipsam aram vacca immolata esse dicatur, sed ad foculum prope aram, ut videtur, positum (90 DOM. C 105 118 120 155 MARC. E 183). Cuius quamquam in actis a. 213 et 218 mentio non fit, nihilo tamen

minus eadem ratione tum rem peractam esse ex iis apparet quae de caerimoniis insequentibus acta a. 218 referunt. Dicitur enim promagister, cum vaccam honorariam immolasset, inde in tetrastylo reversus subselliis consedisse, deinde vero reversus ad aram extas reddidisse porciliares, item in circo in foculo argenteo cespiti ornato extam vaccinam reddidisse. Distinguuntur igitur ara et foculus, qui hoc loco dicitur in circo positus esse, cum antea viderimus prope aram eum collocatum esse. Ara autem ante lucum sita erat (87) et ante lucum foculum quoque positum esse alibi legimus (90). Itaque cum non probabile sit aram in circo statutam fuisse, foculus, qui prope aram ante lucum fuerat, cum vacca immolaretur, videtur in circum translatus esse, antequam exta vaccina promagistro reddenda essent. Foculi enim videntur fuisse vasa tripodesve plicatiles, qui facile loco movebantur; cf. ea quibus illustravimus sacrificia ob vota annua anno 87 facta. De extis redditis cf. ibidem. Hic sufficiat notasse partem viscerum victimae immolatae in olla coctam arae foculove imponi consuevisse, appellatumque id esse *extas reddere*. Foculus, quo utebatur magister (promagister), argenteus erat ac cespite ornatus. Iam vero Marinius (p. 584), quod antiquissima aetate ex glebis cespitibusve arae fiebant, aris autem etiam lapideis aereisve cespes superimponebatur (Serv. *ad Virgil. Aen.* 12, 118), nomen cespitum remansisse statuit vasis in aris focisque impositis, quamquam e metallo tum fieri consueverant: eiusque opinionis ut praecipuum argumentum affert ea ipsa verba de quibus agimus, coniungenda esse ratus *argenteo* et *cespite*. At mihi probabilius est coniungenda esse *foculo argenteo*, cespitem autem, quo foculus ornabatur, gramineum fuisse: id quod ad vetustas caerimonias Arvalium optime convenit; nec obstat quod postmodum *in cespite* promagister et flamen sacrum fecerunt (cf. infra), cum eo loco indicatus esse possit vivus cespes.

Redditis extis vaccinis iterum in tetrastylum reversus magister vel promagister in codice cavit se sacrum fecisse; deinde deposita praetexta in papilionem suum revertit. Similiter notat Marinius (p. 586) sacerdotes christianos sacrificio eucharistico peracto se sacrum fecisse cavere solitos. — Papilione magistrum usum esse ex solo hoc loco actorum comperimus: ne collegas quidem suis papilionibus caruisse crediderim (Marinius l. c.), cum verno sole ardente integrum prope diem in luco commorarentur.

Et hucusque solus magister vel promagister in actis commemoratur, solusque videtur et porcas immolasse et vaccam. Convenerant autem interea fratres promeridie (218) acceptisque praetextis in tetrastylum se contulerunt et subsellis consederunt et caverunt se adfuisse et sacrum fecisse et porcilias piaculares epulati sunt et sanguinem. Similiter in actis a. 213 sacerdotes dicuntur in tetrastylo praetextati consedisse et porcilias piaculares epulati esse, de qua re inde ab anno 81 acta brevius ita referunt, ut in tetrastylo ex sacrificio narrent eos epulatos esse. Quamquam autem de magistro promagistrove ac collegis separatim in acta refertur, epulis illum quoque adfuisse dixerim, cum quae statim postea enarrantur, ea ad utrosque pertineant. Ex papilione igitur videtur prodiisse magister, cum in tetrastylo consedissent fratres, ut gustationis et ipse partem acciperet. — Tetrastylum, ut aram deae, certum est ante lucum situm fuisse, quod Arvales eo egressos lucum adscendisse mox videbimus; fuit autem aedificium quattuor columnis in fronte decoratum, cf. Exordium p. XXI. — Epulati sunt porcarum partes eas, quae deae non erant redditae, item sanguinem,

quo diis plerumque litatum esse Marinius (p. 587) recte notat. — Pro verbo epulandi quod in actis a. 81 usurpatum est gustandi et ipsum recte se habet; dicitur enim gustare de leviore cibatione facta extra tempus solitum ad reficiendas modice vires. Arvales autem videbimus iterum in luco epulatos esse, denique cenasse Romae apud magistrum. Itaque cum pro prandio esset epulum alterum, nec primum propter horam tardiorem pro ientaculo haberi possit, haud inepte nomen ei inditur gustationis, quamquam gustus sive gustatio proprie appellari solebat ipsius cenae promulsis (cf. Marquardt *R. A.* 5, 1 p. 273 et 332).

β. sacrificium agnae opimae et caerimoniae cum eo coniunctae.

[27] [agnam opimam deae] Diae immola[vit] [1]).

[1]) *in actis admodum mutilis non liquet quo modo cum praecedentibus coniuncta fuerint verba ad immolationem agnae pertinentia: cf. a.* 59 *e. q. s.*

[38] [eodemque die] [1]) *ille* [magister collegii fratrum Arvaliu]m cum *illo* flamin[e deae Diae agnam opimam immola]vit.

[1]) *sic scriptum fuisse videtur indicari tam hiatus ambitu, quam ipsa capitis dispositione, cum prior eius pars medio fere versu terminetur. Neque tamen inde peti posse credo supplementa actorum Tiberii; nam animadvertendum est anno* 38, *cum vaccam immolasset promagister, ipsum magistrum, qui tum erat C. Caesar Augustus, agnae sacrum fecisse, ludisque praesedisse circensibus.*

40 *non commemoratur sacrificium agnae.*

[58 59 66 69 72] inde in aede in foco sacrificio facto immolavit deae Diae agnam opimam [1]).

[1]) . . . . deae Diae agnam opimam 58; — inde in aedem *(sic)* in foco sacrificio facto . . . . e agnam opimam 59; — . . . . deae Diae agnam o . . . . 66; — ind . . . . ificio facto im . . . . . ae Diae . . . . 69; — ind . . . . o . . . olav . . . . am 72.

81 [DOM. A] inde ad summotum in aede sacrificio facto immolavit deae Diae agnam opimam, quo sacrificio peracto in Caesareo epulati sunt ad magistrum [1]).

[1]) *ex actis DOM. A non supersunt nisi litterae* to . inca, *quae explentur sic:* [sacrificio perac]to in Ca[esareo] *ob easque fragmentum ad priores Domitiani annos videtur referendum esse.*

87 [89 90 91 DOM. C] sumptisq(ue) praetextis et coronis spiceis vittatis lucum deae Diae ad summotum escenderunt et per *illum* magistrum (*vel* promagistrum, *vel* qui vice magistri fungebatur) et *illum* flaminem (*vel* proflaminem, *vel* qui vice flaminis fungebatur) deae Diae agnam opimam immolarunt, perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt: deinde coronis inlatis signisq(ue)

unctis *illum* ex Saturnalibus primis ad Saturnalia secunda annuum magistrum fecer(unt), item *illum* flaminem: deinde in t[etr]astylum desciderunt ibiq(ue) in triclinio discumbentes epulati sunt ad magistrum *illum*.

Ex actis a. 89 *non supersunt nisi haec:* . . mtisque p . . . . Diae ad summ . . . . *illum* qui vice ma . . . . geb . . . . . . *illum* . . . . flaminis fun . . . . ae Diae ag . . . . sacrificio om . . . . et vino fecer . . . . latis signis . . . unctis *illum* . . . . primis ad S . . . . ecu . . . . item *illum* . . . . descinderun . . . . . . e i . . . . ad magistrum *illum*. — *Adscribo praeterea ea quae servata sunt ex actis a.* 91: . . . . spic . . . . t per . . . . runt per . . . . de coronis i . . . . ex Saturnalibu . . . . trum fecerunt ite . . . . ibique in tetrastyl . . . . cum s[y]n[th]es(ibus) epulati sunt . . . . ; — *et ex actis DOM. C:* sump . . . . eis vittatis lucum deae . . . . per *illum* . . . . molarunt perfectoq . . . . unt. deinde coronis . . . . *illum* . . . . bus primis ad Sa . . . . fecerunt, ibique . . . . nio discumben . . . . *illum;* — *Actorum a.* 90 *pars tantum dimidia superest, quae respondet actis a.* 87 *ita, ut ante nomen eius qui flamen creatur verbum repetatur quod est* fecerunt.

105 [117 118 119 120 122 155 MARC. E 183] 213 sumptisque praetextis et coronis spiceis vittatis [1]) lucum deae Diae summoto [2]) adscenderunt [3]) et per *illum* mag(istrum) (promagistrum) [4]) et per [5]) *illum* flaminem (proflaminem) [6]) agnam opimam [7]) immolarunt [8]) perfectoque sacrificio omnes ture vino [9]) fecerunt. deinde coronis inlatis signisque unctis *illum* ex Saturnalibus primis [10]) in Saturnalia secunda [11]) mag(istrum) annuum [12]) fecerunt [13]), ibique discumbentes in tetrastylo [14]) apud [15]) *illum* mag(istrum) epulati sunt [16]).

Dedi fere ex actis a. 120: *in ceteris, quantum licet iudicare de tabulis magna ex parte parum integris, aliter leguntur haec:*

[1]) bittatis 183.

[2]) submoto 155. MARC. E.

[3]) ascenderunt 105 119 155 MARC. E 183: *totum caput inde a verbo* sumptisque *acta a* 213 *exhibent sic:* et postea ad lucum deae Diae adscenderunt.

[4]) per mag(istrum) *illum videtur scriptum fuisse in actis a.* 118; magistrum *om.* 183.

[5]) et per *om.* 213.

[6]) proflamine 155.

[7]) . . . . . . imma *(sic)* 117; agnas opimas 119 120; agna opima 183.

[8] inmolarunt MARC. E; immolaverunt 183 213.
[9] ture et vino 183 213.
[10]) ex Saturnalia prima 155
[11]) *verba* ex Saturnalibus primis in Saturnalia secunda *om.* 213.
[12]) annuum magistrum 105; annuum *om.* 183 213.
[13] item *illum* [f]laminem fecerunt *inserunt acta a.* 155; *similiter* et *illum* flaminem nominaverunt MARC. E 183; et *illum* flamonem *(sic)* fecerunt 213.
[14]) in tetrastylo discumbentes 105 118 119 155 MARC. E 213
[15]) aput 117. MARC. E. 213.
[16]) epulati sunt aput *illum* magistrum 105; iterum epulati sunt 213.

Addo paucas, quae ex actis a. 117 *et* 122 *servatae sunt, reliquias*: sumptisque praetextis . . . . imma (sic) immolaverunt perfectoque sacrificio om . . . . discumbentes epulati sunt aput *illum* . . . . . 117; — . . . . . sque praetextis . . . . . , ... et per *illum* . . . . , ... deinde coroni . . . . . . , ... cer ibiq. in . . . . . 122.

[218 219] postea inde praetextati capite velato vitt[i]s spiceis coronati lucum adscenderunt et per *illum* promag(istrum) aguam opimam imm(olarunt) et hostiae litationem inspexer(unt). perfecto sacrif[ici]o omnes ture et vino fecerunt. deinde reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt o[ll]is et ante aedem in cespite promag(ister) et flam(en) sacr(um) fecer(unt). item foras ad aram reversi thesauros dederunt; item flam(en) et promag(ister) scyfos arg(enteos) cum sumpu(v)is vino repletis ante osteum, [et] acerras [ferentes] ture et vino fecerunt, et ante osteum restiteru[nt], et duo ad fruges petendas cum public[i]s desciderunt et reversi dextra dederunt, laeva receperunt, deinde a[d] alterutrum sibi redd(iderunt) et public(is) frug(es) tradider(unt). deinde in aedem intraver(unt) et ollas precati sunt [1]), et osteis apertis per clivum iactaverunt, deinde subsellis marmoreis consed(erunt) et panes laureat(os) per public(os) partiti sunt; ibi omn(es) lumemulia cum rapinis acceperunt [2]) et deas unguentaverunt, et aedes clusa e(st). omnes for[a]s exierunt, ibi sacerdotes clusi, succincti, libellis acceptis carmen descindentes [3]) tripodaverunt in verba haec: enos Lases iuvate, [e]nos Lases iuvate, enos Lases iuvate! neve luaerve Marma[r] sins incurrere in pleores, neve luerve Marmar [si]ns incurrere in pleor[e]s, neve luerve Marmar s[in]s incurrere in pleor[e]s! satur fu, [f]ere Mars! satur fu, [f]ere Mars! limen [sali], sta berber! satur fu, fere Mars! limen sali, sta berber! satur fu, fere

Mars! limen sali, sta berber! [sem]unis alternei advocapit conctos, semunis alternei advocapit conctos, s[e]munis altern[ei] advocapit [conct]os! enos Marmar iuvato, enos Marmar iuvato, enos Ma[r]mar iuvato! triumpe, triumpe, triumpe, trium[pe, tri]umpe! post tripodationem [4]) deinde signo dato publici introier(unt) et libellos receperunt [5]) et ante ianuam deae Diae adsteterunt et corona[s] derectas per comm(entariensem) citante [singulorum nomina magistro (promagistro), calatoribus] [6]) singulor(um) inferentibus aras contegerunt *(sic)*, et deae coronatae sunt, et de Saturnalibus primis *illum* mag(istrum) creaverunt; ibique felicia dixer(unt) et desciderunt lucum. depositis praetextis cenatoria alba acc(eperunt) et in tetrastylo epulat[i] sunt; mor[e] pompae in tetrastylum fercula cum campanis et urnalibus mulsi singulorum transierunt. post epulas sportulas accep(erunt) singul(i) praes(entes) [denarios] c(entenos) et rosam solut(am) acc(eperunt) et felicia dixer(unt).

1) *hinc incipiunt reliquiae actorum a.* 219 *sic*: [pre]cati sunt, cum pultes conteger(unt), et precati sunt.

2) *verba* ibi — acceperunt *om. acta a.* 219.

3) dic(entes) *id.*

4) *totum carmen cum exordio* in verba haec, *item verba* post tripodationem *om. id.*

5) *ea quae sequuntur, cum nimis mutila sint acta a* 218, *desumpsi ex actis a.* 219.

6) *verba uncis* [ ] *inclusa recepi ex coniectura Mommseni, cf. Rel. p.* 55, 2. *Lectio plane certa est, nec sententia intellegitur nisi insertis verbis nonnullis errore, ut videtur, omissis. — Addo reliquia sactorum a.* 218 *pertinentes ad has partes, quas respondisse actis supra propositis manifestum est*: . la . . . ., noaie (?) . . . . ., praetex . . . . n tetra . . . . ., more to . . . . m transier . . ., sportulas . . . . olut acc et pa . . . . . (*lege:* pa[rtiti sunt].

ALEX. A *fragmentum exiguum actorum eiusdem fere aetatis atque ea quae proxime praecedunt, proposui restitutum, quantum fieri potuit, ex actis potissimum a. 219, quibus respondisse videtur, licet paullulum differat caerimoniarum ordo:*

. . . . foculi orn]ati caespite ante ia[nuam . . . . .
. . . . coniunct lacte iocin fa . . . .
. . . . anis super caespite fecer(unt); ite[m . . . .
. . . . tis irib praepant. deinde in a[edem intraverunt et ollas
precati sunt et conteg(erunt) pul]tes praeca[t]i colleg(ae) et mag(ister) et f[lamen . . . .
. . . . ollas (?)] acc[e]p(erunt) et ianuis a[p]ertis per clivu[m iactaverunt.
. . . . de]inde osteis reclusis su[b]se[l]l(is) mar[moreis consederunt et

panes laureatos per fa]mil(iam) et offic(ium) divis(erunt); item de aede ex[ie-
runt et re
versi ad aram thesauros dederunt et] flam(en) *ille* duos colleg(as) su[mptis
. . . . . . ad
fruges petendas misit et m]ag(ister) et flamen cum scyphis vin[o repletis et
acerris
ante ostium ture vino fecerunt et reversi collegae dextra dederunt, l]aeva
frug(es) acc(eperunt); deind(e) car[men descindentes
tripodaverunt . . . .] fec(erunt); deinde corbul. cum . . . .
. . . . de]inde in aede reversi . . . .
. . . . si]gn(o) offic[io dato publici introierunt . . . . .
. . . .

Effossis actis a. 219 ad tabulam anni 90 adscriptis, quae partem complectuntur in actis a. 218 desideratam, adiunctoque fragmento aetatis Alexandri (A), de caerimoniis cum parte altera sacrorum diei secundi conexis plene edocti sumus. Acta enim antiquiora ut de prima, ita de altera quoque sacri parte breviatam modo relationem exhibent, ut nec ante annum 81 ulla in iis epularum mentio supersit et magistri flaminisque creatio primum anno 87 commemoretur. Ab ea inde aetate ad annum certe 213 acta eodem fere modo concepta sunt, nec veri dissimile ab Elagabalo demum novam institutam esse sacra describendi rationem: nam quod acta a. 218 ex parte pertinent ad tempus Elagabalo antiquius, minime illi opinioni adversatur, cum acta uniuscuiusque anni anno demum insequenti in marmore exarata sint. — In celebranda autem sacrorum huius diei parte altera sacerdotes ita versati sunt. In tetrastylo postquam epulati sunt, sumpserunt praetextas, quas ante gustationem videntur deposuisse; de qua re quamquam non habemus actorum testimonium, tamen et magistrum vidimus praetextam deposuisse, antequam in papilionem intraret, nec probabile est praetextatos sacerdotes epulatos esse; quod autem praetextati dicuntur in tetrastylo consedisse (213) vel praetextas accepisse ac deinde in tetrastylo convenisse et subsellis consedisse (218), illi opinioni non obstat. Praeter praetextas coronas quoque sumpserunt spiceas vittatas, quae inde ab anno 87 constanter commemorantur in actis, easque insigne fuisse fratrum Arvalium Masurius Sabinus (apud Gellium 7, 7, 6; cf. Plinius *n. h.* 18, 2, 6) testis est, cum sic scribit: *(fratrum Arvalium) sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae;* cf. Exord. p. I. Similiter in actis a. 218 vittis spiceis dicuntur coronati, ut coronae spiceae vittatae et vittae spiceae eiusdem rei nomina putanda sint, praeterea autem sacrificasse capite velato, Romano scilicet sacrificantium ritu. Et ita quidem summoto sive ad summotum lucum adscenderunt et per magistrum vel promagistrum et flaminem vel proflaminem agnam opimam deae Diae immolarunt. — Summovet lictor, cum animadvertere iubet praecedens magistratum (cf. Mommsen *Staatsrecht* 1 p. 298, 3 et loci scriptorum ab eo allati): similiter prodeunt Arvales, praecedentibus, ut videtur, calatoribus. Immolationem autem agnae opimae sacri universi summam fuisse recte observavit Mommsenus (*Grenzboten* l. c. p. 166) collatis versibus Vergilii (Georg. 1, 339 seqq.) his:

sacra refer Cereri laetis operatus in herbis
extremae sub casum hiemis, iam vere sereno.

tum pingues agni et tum mollissima vina,
tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.
cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
cui tu lacte favos et miti dilue Baccho,
terque novas circum felix eat hostia fruges,
omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,
et Cererem clamore vocent in tecta. neque ante
falcem maturis quisquam supponat aristis,
quam Cereri torta redimitus tempora quercu
det motus inconpositos et carmina dicat.

Agrestes enim ritus his versibus descripti ii ipsi sunt, quos maiore cum cultu et magnificentia Arvales celebrabant: de qua re infra amplius dicendum erit. — Agna immolata hostiae litationem inspexerunt. *Hostiam* recte agnam dici testis est Fronto (*de diff. voc.* vol. 2 p. 482 ed. Mediol.) cum sic scribit: *victima maior est, hostia minor;* cf. Paulus (p. 126 ed. M.): *maximam hostiam ovilli pecoris appellabant.* — De litatione victimarum cf. Mariuius p. 587: *Inter litare et sacrificare,* scribit scholiasta ad Statium *Theb.* 10, 610 (apud Barthium *comm. ad* 1, 506), *hoc interest, sacrificare est hostias immolare, litare vero per immolationem hostiarum impetrare quod postules.* Postulata impetrasse sibi videbantur cum inspicientes viscera ea convenire viderent praeceptis haruspicinae. Ita de Caesare Suetonius *(Caes. 81): pluribus hostiis caesis cum litare non posset, introiit curiam spreta religione;* similiter Plautus *(Poen. 2, 41): si istuc unquam factum est, tum me Iuppiter faciat ut semper sacrificem nec unquam litem,* et Livius (41, 15): *territis eo prodigio patribus, et alter consul curam adiecit, qui se, quod caput iecineri defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. senatus maioribus hostiis usque ad litationem sacrificari iussit.* Paullo aliter usurpatur verbum litandi, cum de Caesare Augusto Suetonius (96) sic narrat: *circa Perusiam sacrificio non litanti cum augeri hostias imperasset* cet. Denique sensu activo verbum usurpatur, ut *facto sacrificio.* legimus apud Iustinum (20, 2), *litatis hostiis obtentoque, ut rebantur, quod petebant;* similiter Vergilius (*Aen.* 4, 50): *tu modo posce deos veniam sacrisque litatis indulge hospitio* cet., ubi Servius adnotat: *diis litatis debuit dicere; non enim sacra, sed deos sacris litamus, i. e. placamus.* — Litationem igitur inspicere dicuntur ii qui viscera examinant hostiae immolatae num votis annuant.

Perfecto deinde sacrificio omnes ture et vino fecerunt, et reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt ollis et ante aedem in cespite magister vel promagister et flamen vel proflamen sacrum fecerunt. — De sacris mensis Festus (s. v. p. 157 ed. M.) haec habet: *[men]sae in aedibus sacris arar[um vicem obtinent]* cett.; uberius de iis Macrobius (3, 11) sic scribit: *in Papiriano enim iure evidenter relatum est arae vicem praestare posse mensam dicatam. ut in templo inquit Iunonis Populoniae augusta mensa est. namque in fanis alia vasorum sunt et sacrae supellectilis, alia ornamentorum. quae vasorum sunt instrumenti instar habent, quibus semper sacrificia conficiuntur, quarum rerum principem locum optinet mensa, in qua epulae libationesque et stipes reponuntur. ornamenta vero sunt clipei, coronae et huiusce modi donaria. neque enim dedicantur eo tempore quo delubra sacrantur. at vero mensa arulaeque eodem die quo aedes ipsae dedicari solent, unde mensa hoc ritu dedicata in templo arae usum et religionem optinet pulvinaris.* Multa exempla mensarum tam in monumentis expressarum quam apud scriptores memoratarum

collegit Brunnius (*Ann. inst. arch.* 1856 p. 114 seqq.) duoque earum ostendit genera fuisse, alterum earum de quibus Festus et Macrobius scribunt, stabilium videlicet in ipsisque templis dicatarum, alterum earum quae ob aliquam causam certis numinibus parabantur, ut Hecatae et Iunoni Lucinae. Et ex illis quidem mensis apparet eam fuisse, in qua Arvales in aede sacrum facerent. Fecerunt autem ollis (nam sic lacerae litterae restituendae sunt), quae videntur in ipsis mensis repositae fuisse, ut vasa videmus collocata in mensa altera a Brunnio (l. c.) publici iuris facta. — De ollis cultis a fratribus Arvalibus post Marinium (p. 591) nuper exposuit Michael de Rossi (*Giornale arcadico 1868 tom. LVIII, luglio*) qui in tabula adnexa ad opusculum illud (IV, 1—18) duodeviginti depingenda curavit vasa fictilia operis admodum rudis in luco effossa. Quae harum rerum periti affirmarunt vetustissima esse et similia eorum, quae ad radices montis Latiaris sub lapide Albano reperiri solent, sive sepulta, ut mihi certe Rossius probavit, eruptione montis, sive collocata in sepulcris postea subtus excavatis. Vasa fictilia in sacrificiis Romanorum usurpata esse docent Dionysius Halicarnassensis (2, 23): *ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις δεῖπνα προκείμενα θεοῖς ἐπὶ τραπέζαις ξυλίναις ἀρχαϊκαῖς ἐν κάνησι καὶ πινακίσκοις κεραμέοις, ... καὶ σπονδὰς εἶδον ἐγκεκραμένας οὐκ ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ἄγγεσιν, ἀλλ' ἐν ὀστρακίναις κύλιξι καὶ πρόχοις, καὶ πάνυ ἠγάσθην τῶν ἀνδρῶν, ὅτι διαμένουσιν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσιν οὐδὲν ἐξαλλάττοντες τῶν ἀρχαίων ἱερῶν εἰς τὴν ἀλαζόνα πολυτέλειαν*; Plinius (*n. h.* 35, 158): *in sacris quidem etiam inter has opes hodie non murrinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpuviis;* Apuleius (*de magia 18*): *eadem paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpuvio et catino fictili sacrificat:* Valerius Maximus (4, 4, 11), cum Romuli casa veterisque Capitolii humilibus tectis *aeternos* memorat *Vestae focos fictilibus etiam nunc vasis contentos.* Neque usum modo antiquum vasorum fictilium conservarunt Romani, sed ipsa etiam vasa vetusta in usu remansisse, simpuvium ostendit Numae, quo de Iuvenalis (6, 341): *et quis tunc hominum contemptor numinis? et quis simpuvium ridere Numae nigrumque catinum ausus erat?* Simpuvium Numae fere ut numen quoddam divinum Romanos adorasse Prudentius (*perist. 2, 277*) auctor est, cum scribit: *quidquid Quiritium sueverat orare simpuvium Numae;* verbisque iis optime usus est Rossius ad illustrandum ritum ollas precandi, qui in actis paullo post memoratur. Ollas autem cum precari soliti sint Arvales, mirum non est, quod etiam sacrum iis fecerint [1]). Quo facto magister

---

[1]) Ollas repertas esse Rossius notat '*in un sotterraneo, dove il sedimento delle terre non era rimescolato da molti scavi anteriori, nè le macerie erano state triturate dall' annua coltivazione della vigna. Basta conoscere alquanto il prodotto delle tante escavazioni che si fanno annualmente nel nostro suburbano, e percorrere le svariate collezioni di cimelii ne' nostri musei per vedere chiaro, quanta è la singolarità dell' accennato trovamento. Nè anche per caso eccezionale qualche archeologo romano ricorda aver veduto uscire dagli scavi pure un frammento di terra cotta simile alle scoperte nel luco arvalico . . . . Il carattere dell' arte comune a tutte e distintivo dell' epoca remota di coteste stoviglie è la cottura imperfettissima ossia l'abbrustolimento, per il quale il colore ordinariamente nero è variato ed in taluni frammenti s'avvicina al rosso ed al giallo. La pasta, tranne poche eccezioni, è assai grossolana e male manipolata, di maniera che se ne riconosce patentemente la materia prima*

vel promagister et flamen vel proflamen ante aedem in cespite sacrum fecisse dicuntur. Id accuratius videtur enarratum fuisse in actis anni incerti a me aetati Alexandri tributis (A), in quibus si verba quae v. 1 leguntur *ante ia[nuam]* recte ad hoc ipsum sacrum rettuli, lacte id factum esse constat. Certo res diiudicari nequit cum perierint et quae praecednnt et quae sequuntur. Et videntur quidem versus Vergiliani antea allati indicare vinum et favos hic intellegenda esse. At lacti favet testimonium Plinii *(n. h. 14, 88)* qui *Romulum* dicit *lacte, non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quae hodie custodiunt morem,* cum Arvalium sacrificia certo inter sacra a Romulo instituta habenda sint. Praeterea cf. Schwegler *Röm. Gesch.* 1 p. 421, 5.

Post sacrificium in cespite factum fratres dicuntur foras ad aram reversi thesauros dedisse. Ara non potest esse nisi deae Diae ante lucum sita; *foras* autem mihi probabile non intellegendum esse de aede, ut fratres in ea remanserint, dum magister et flamen sacrum faciunt, sed de luco. Thesaurus cum proprie res sit deposita, hoc loco significabit stipem a sacerdotibus datam, quam in mensa quoque poni Macrobius (l. c.) tradidit: quamquam Marinius p. 589 emendandum esse suspicatur *thesauris,* allatis locis Varronis (l. l. 5, 182 p. 71 ed. M.) et Senecae *(epist. 115),* quibus de stipe sermo est deorum thesauris data. Ceterum nota in actis incertis aetatis Alexandri A ita dationem thesaurorum relatam esse, ut appareat fratres mox ad aram revertisse. — Ab ara deae postquam Arvales redierunt, flamen vel proflamen et magister vel promagister scyphos argenteos cum sumpuviis vino repletis et acerras ferentes ante osteum ture et vino fecerunt, fratres autem ante osteum restiterunt. — Locus quidem actorum, quo haec continentur, omissis particula *et* ante acerras verboque, quod non potest deesse, *ferentes* paullo obscurior est: nihilo tamen minus recte iam a Marinio videtur expletus esse. Osteum enim necesse est sit ianua aedis, quae commemoratur in actis aetatis Alexandri A, ut fratres post thesauros datos lucum denuo adscenderint et ante ianuam aedis constiterint, ibique magister ac flamen ture et vino fecerint.

Quo facto omnes ante osteum restiterunt; nam verbum *restiterunt* minime ad solos flaminem et magistrum, sed ad fratres omnes referendum esse apparet ex iis quae sequuntur. — Scyphi et sumpuvia, licet hoc loco ita distinguantur, ut scyphi pro poculis, sumpuvia pro urceis videantur habenda esse, plane confunduntur in actis modo laudatis Alexandri, quippe quibus magistrum et flaminem sacrum fecisse legamus *cum scyphis vi[no repletis]. Acerra, i. e. arca turalis* (explicat Servius ad Aen. 5, 745), saepe reperitur in monumentis, quibus camilli repraesentantur sacrificiis adstantes. Recte igitur se habet, quod Arvales, cum ante ianuam ture et vino faciendum sit, acerras et scyphos ac sumpuvia ipsi foras adferunt. Ubi dum remanent collegae, duo sacerdotes cum

---

propria delle rocce vulcaniche dei tufi romani. Le forme ne sono state foggiate senza l'ajuto del torno con una guida circolare di legno che ha lasciato l'impronta massime nell' interno de' vasi.

Pochi ornati appaiono nei rinvenuti frammenti, ma quei pochi sono del tipo primitivo, cioè fatti rozzamente colla pressione del dito sulla pasta molle. Non molta differenza corre tra l'arte dei varii frammenti; ma quantunque siano tutti arcaici, pure non li stimo tutti di un tempo. Hanno somma analogia coi vasi della famiglia laziale, ma ne differiscono nell' argilla e nelle impressioni del cerchio di legno.'

publicis *desciderunt* ad fruges petendas et reversi dextra dederunt, laeva receperunt, deinde ad alterutrum sibi reddiderunt (sc. collegae) et publicis fruges tradiderunt. — Verbum in actis usurpatum quod est *desciderunt*, Marinius (p. 592) dictum esse putat pro *discederunt*, id est *discesserunt*, eodemque fere modo verbum intellegit Mommsenus (*C. I. L.* 1 p. 10). Mihi tamen videtur esse forma quaedam vulgaris pro *descenderunt*, quod hic aptissimum est, cum aedem in alto positam fuisse ex iis sequatur, quae de ascensu Arvalium ad lucum aedemque antea tradita sunt. Praeterea loco paullo posteriore Arvales plane dicuntur *lucum descidisse* (acta a. 219), in actisque a. 87 legitur *supra carcares escidit*, ubi cetera constanter exhibent *escendit*. — Fruges, quas Arvales petebant, Marinius (l. c.) coniecit a populo ob religionem allatas esse: equidem spicas virides esse crediderim, quas in agris circumiacentibus sacerdotes ipsi legissent. Qui cum ad collegas revertissent, primo quidem alter dextra dedisse videtur alteri, hic sinistra recepisse, deinde vero spicae ad ceteros quoque sacerdotes transisse, qui similiter eas singuli singulis darent, donec cum totum percurrissent ordinem, publicis traderentur. Licet enim in actis a. 218 nominati sacerdotes non sint eamque ob causam Marinius hanc quoque caerimoniam ad duos illos Arvales rettulerit, quos ad fruges petendas vidimus discessisse a ceteris, tamen ego fratribus omnibus eam tribuendam esse credo, ut saepe in his actis, cum ab altera ad alteram rem transitur, mentio eorum omittitur, ad quos nova res referenda sit. Quod si hoc loco Arvales omnes intellegendos esse negaveris, in iis tamen quae proxime sequuntur id necesse est, ubi dicuntur cum fruges publicis tradidissent, in aedem intravisse et ollas precati esse et osteis apertis per clivum iactavisse. De adoratione ollarum antea egimus: hic notamus ritum singularem, quo sacra illa vasa per clivum deiciebantur. Quod Marinius (p. 593) deceptus forma quae in actis a. 218 scripta esse ei videbatur quae est *iacuerunt*, sacerdotes per clivum decubuisse credidit, iam refutatum est, cum *iactaverunt* in actis et a. 219 et a. 218 certum sit. Iactis per clivum ollis in subsellis marmoreis consederunt et per publicos panes laureatos partiti sunt eos ipsos fortasse, quos primo sacri die in domo magistri contigerant sive consecrarant. Nota publicos qui dicuntur in actis a. 218, in actis Alexandri A *familiam* appellari et *officium*; pro verbo autem *partiendi* usurpatum esse verbum *dividendi*, ut divisio panium ad populum praesentem possit interdum pertinuisse. Subsellia quidem, quibus consederunt, non patet utrum in aede fuerint, an in luco: mihi tamen illud veri similius videtur esse, cum paullo post ibi fratres lumemulia cum rapinis dicantur accepisse et deas unguentasse et aedes clusa esse. — De unguendis signis deorum egi antea, cum sacra primi diei enarrarem. In domo autem magistri cum solam deam Diam Arvales unguentassent, die altero deas dicuntur unguentasse; quae, cum multa in luco ab iis colerentur numina (cf. acta a. 183 218 224 et enarratio piaculorum), non liquet utrum plures fuerint, an duae, ipsa scilicet dea Dia et Iuno eiusdem. Quamquam hoc mihi magis probatur, quia in ipsa aede fuisse deas quae unguentabantur inde colligitur, quod aedes statim post dicitur clusa esse. Etiam magis incertum est, quid de *lumemuliis* statuendum sit, quae in actis a. 218 dicuntur Arvalibus cum *rapinis* data esse. De quibus rebus varia temptavit Marinius (p. 594), mihi cum rapinae pro herba videantur habendae esse (Cato *r. r.* 5, 8. 35, 2; Colum. 11, 2, 71), probabile est illa aut aliam quandam herbam esse aut vasa quae rapinas continuerint. — Aedes antequam clauderetur, exierunt omnes qui

in collegium cooptati non erant, sacerdotes vero clusi, veste succincta, acceptis libellis, carmen descindentes (dicentes 219) tripodaverunt. Succinctos tradit Dionysius Halicarnassensis (τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρους φοινικοπαρύφους 2, 70 cf. Marinius p. 595) saltasse Salios. Atque ut horum carmina sive axamenta ne ipsis quidem sacerdotibus satis intellegebantur (Quintil. 1, 6, 40), ita Arvalium quoque carmen propter vetustatem ipsis fratribus obscurum fuisse cum per se probabile est tum eo confirmatur quod carmen non dicebant nisi libellis acceptis, scilicet ne in recitando errarent piaculumque committerent. Similiter de sacris Isiacis Apuleius (*Metam.* 11, 17): *tunc,* inquit, *ex his* (sc. *initiatis*) *unus quem cuncti grammatea dicebant, pro foribus assistens, coetu pastophorum . . . . velut in contionem vocato, indidem de sublimi suggestu de libro, de litteris fausta vota praefatus . . . . . . renuntiat* cet. De carminibus veterum cf. Marinius (p. 595 seqq.). — *Carmen descindere* idem mihi probavit esse intellegendum *discindere,* i. e. κατασχίζειν, dictum autem esse pro recitando et quasi dividendo carmen ex numero et rhythmo, itaque *descindentes carmen tripodare* idem esse atque *carmen ferire pede* (Calpurn. *ecl.* 4, 128; cf. Ovid. *trist.* 4, 10, 50). Nam quod Mommsenus proposuit *descindere* non diversum esse a *descidendo,* hoc autem significare *separare se a caterva, in partes ire,* ut Arvales cum descindentes canerent, alternis et quasi hemichoriis tripodarent (*C. I. L.* 1 p. 10), et falsa nititur interpretatione vocabuli *desciderunt* alio loco usurpati, de qua ante dixi (p. 32), et hoc loco carmen pendere a descindendo non a tripodando acta ostendunt anni 219, in quibus pro verbis *carmen descindentes* sunt *carmen dic(entes).*

Iam sequuntur verba carminis celeberrimi in solis actis a. 218 servata, de quibus cum grammaticorum potius investigatio sit ab huius operis ratione et consilio aliena, eorum libros moneo ut consulant quibus illa studia magis cordi sunt. Scripsit autem de carmine Arvalium ultimus Mommsenus (*C. I. L.* 1, 28), apud quem primarios memoratos videsis auctores qui de eo antea egerunt.

Post tripodationem signo dato introierunt publici et libellos receperunt [1]), sacerdotes vero (nam hos ipsos indicatos esse ex iis quae sequuntur apparet) ante ianuam deae Diae (sc. aedis) adsteterunt, acceptisque coronis aras contigerunt et deas coronarunt. De quibus rebus paullo uberius disputandum est, cum propter verba nonnulla in actis, ut videtur, praetermissa totum caput parum intellegatur. In actis enim anni 219, quae deficientibus actis a. 218 de his sacris sola supersunt, litteris quamvis detritis, claris tamen ac minime dubiis scripta habemus haec: *et corona[s] derectas per commcitante singulor inferentibus* cet. Quae cum nullo modo cohaereant, de lectione autem plane constet, acute verba emendavit et explevit Mommsenus litteris ad me datis editisque in libro meo de fossionibus in luco Arvalium institutis (*Relazione ecc.* p. 55, 2). In verbis igitur superstitibus cum desit substantivum quod pendeat a participio *citante,* intercidisse videtur mentio ministrorum, sive kalatorum sive publicorum, qui sacris Arvalium praesto esse solebant (pueri enim patrimi matrimi in solis epulis apparebant). Verbum porro *inferentibus* coniungendum videtur cum vocabulo *coronas,* quae derectae dicuntur per comm(entariensem). *Derigere* sive

---

[1]) In actis anni incerti imperii Alexandri (A) post carmen ac tripodationem aliae quaedam videntur significari caerimoniae omissae in actis a. 219: sed tam exiguae eorum reliquiae sunt, ut nihil certius ex iis enucleari possit.

dirigere Mommsenus de litteris dici docuit, ut *codices per orbem dirigere* legitur in gestis in senatu urbis Romae de recipiendo codice Theodosiano: itaque coronas derectas per commentariensem intellegendas esse per hunc signatas nominibus Arvalium, quibus singulae destinatae erant [1]). Allatas autem esse, ut nomen citaverat nescio quis sive magister sive flamen, verbo indicatur quod est *citante.* — Acceptis coronis Arvales aras contigerunt (ita enim scribendum est pro *contegerunt*) et deas coronarunt. Et de caerimonia quidem contingendi aras, fruges, pultes in enarrandis sacris diei primi (p. 14) dixi: hoc loco non liquet, utrum aras sacerdotes contigerint manu, an coronis, quas ipsas deinde deabus videntur imposuisse. De ritu coronandi signa deorum cf. Marinius (p. 394). *Et iam tunc* (sc. aetate Scipionis Serapionis) *coronae deorum honos erant,* scribit Plinius (*n. h.* 21, 11; cf. 16, 9); *et larum publicorum privatorumque ac sepulcrorum et manium;* Tibullus (2, 2, 5 seq.) autem genium suum invitat, ut *ipse suos adsit visurus honores, cui decorent sanctas mollia serta comas;* item Priapum coronari solitum carmen docet Tiburtinum genio numinis eius dedicatum (Burmann *anth. Lat.* 5, 219). — Iam vero quod in actis antiquioribus res ita narratur, ut Arvales, postquam perfecto sacrificio ture et vino fecerunt, statim coronis inlatis videantur deas unxisse: in actis autem posterioribus non solum praecedit unguentatio, sed tripodatione etiam a coronatione separatur, videtur ita explicandum esse ut statuamus in actis antiquioribus illis verbis comprehendi sacra omnia quae post agnam immolatam fieri solebant, cum eorum summa esset dearum unguentatio et coronatio.

Sequitur electio magistri annui flaminisque, ex quibus quod interdum omittitur hic, videtur brevitatis causa vel per neglegentiam factum esse. Mentio autem electionis in actis superstitibus primum extat anno 87, necdum legitur in actis a. 81 aliisque quibusdam anni incerti imperii Domitiani. Iam quod magister et flamen ex Saturnalibus primis in Saturnalia secunda creabantur, Marinius (p. 275 seqq.) bene exposuit apte annum Arvalium a Saturnalibus initium cepisse, cum sacra fratrum Arvalium ad agros potissimum ac segetes spectarent, Saturnus autem a serendo nomen duceret. Et de Saturno quidem scribit Varro (l. l. 5, 64): *quare quod caelum principium, ab satu est dictus Saturnus* cet.; ex eiusque rerum divinarum libris refert Augustinus (*de civ. dei* 7, 13): *Saturnus . . . . unus de principibus deus, penes quem sationum omnium dominatus est,* et alio loco (6, 8): *sicut idem opinatur Varro quod pertineat Saturnus ad semina, quae in terram, de qua oriuntur iterum, recidunt.* Cf. praeterea Ritschl *de fictilibus litteratis Latinorum antiquissimis* (Berolini 1853, 4) p. 3 seqq. ceteraque quae ab eo afferuntur scriptorum testimonia plurima. Quorum auctoritatem auxit patera fictilis ab eodem viro publici iuris facta (l. c. tab. n. A; *C. I. L.* I n. 48 et *P. L. M.* X A *a*), in qua nomen dei scribitur sic: *Saeturnus,* unde apud Festum quoque (*v. Saturno* p. 325 M.) idem ita emendavit: *qui deus in Saliaribus Saeturnus nominatur, videlicet a sationibus* (cf. l. c. p. 7). Saturnalia autem Dionysius (3, 32) esse scribit *ἑορτάς, ἃς ἄγουσι Ῥωμαῖοι καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν, ὅταν ἅπαντας τοὺς ἐκ γῆς συγκομίσωσι καρπούς;* et similiter Macrobius (1, 10): *hanc deam Opem Saturni coniugem crediderunt et ideo hoc mense* Sa-

---

[1]) Ne propter verba Senecae (*qu. nat.* 1, 10): *coronam si diviseris, arcus erit; si direxeris, virga* coronas derectas interpreter non in orbem, sed in virgam formatas rectam, obstat quod ita non intelleguntur verba quae sequuntur.

turnalia itemque Opalia celebrari, quod Saturnus eiusque uxor tam frugum quam fructuum repertores esse credantur. itaque omni iam fetu agrorum coacto ab hominibus hos deos coli cet. Nec videtur audiendus Prellerus (*R. Myth.* p 413 ed. 1) putans mense Decembri vix celebrari potuisse sacrum ad messem pertinens.

Iam terminatae erant caerimoniae in luco aedeque faciendae: itaque cum felicia dixissent, desciderunt (l. descenderunt) lucum et depositis praetextis cenatoria alba acceperunt et in tetrastylo epulati sunt. — De forma verbi *desciderunt* antea dictum est; item de praetextis et cenatoriis albis synthesibusque (p. 15). Discumbentes autem dicuntur epulati esse in actis antiquioribus (105—213), additurque in actis a. 87 in triclinio id factum esse: antea vero, cum porcilias gustarent, etsi praetextas videntur deposuisse (cf. supra), sedentes in subselliis in tetrastylo epulati sunt. Fuerat videlicet tunc gustatio levior, postea prandium, ut mox videbimus, opulentum. Quomodo autem intellegendum sit, quod constanter dicuntur ad magistrum epulati esse (cuius rei in solis actis a. 219 mentio deficit), antea exposui, cum de sportulis verba feci primo die collegio divisis (p. 16).

In epulis Romanorum notum est cibos, cum accumbebant convivae, in mensa nondum appositos fuisse, sed in repositorio allata esse fercula, eaque cum mutarentur, sublatum esse repositorium ac denuo inlatum (cf. Marquardt *R. A.* 5, 1 p. 329 locique primarii ab eo citati Petron. 33 seqq.; Plin. *n. h.* 28, 26. 33, 146; Iuven. 7, 184). Prandium autem cum consistere soleret cibis tam frigidis quam calidis, piscibus, carnibus, herbis, fructibus, vino (cf. Becker *Gallus* 3 p. 178 ed. 2 et Marquardt l. c. p. 274), cum sollemnitate quadam utpote in epulis sacerdotalibus more pompae in tetrastylum fercula inferebantur *cum campanis,* ut est in actis, *et urnalibus mulsi singulorum.* Urnalia vasa sunt urnam liquidi continentia, nec mirum, quod in epulis Arvalium certa mulsi mensura singulis accumbentibus assignabatur, cum in cenis collegiorum id ipsum fieri soleret, ut lege collegii Aesculapii et Hygiae (Or. 2417) praescribitur ut cum sportulis panes quoque et vinum dividantur praesentibus, qui autem ad epulandum non convenerint, eorum sportulae et panes et vinum ut veneant et praesentibus dividantur. Ad eiusmodi divisiones vasa illa duo ahenea videntur adhibita esse, quae in schola sodalium Serrensium prope moenia urbis viamque Nomentanam eruta nunc in museo Capitolino asservantur (cf. de Rossi *Bull. di archeologia cristiana* 1864 p. 57 seqq.); in iis enim inscriptio exarata est haec: *C. Cirrius Zosimus sodalibus suis mesuralia d. d. Seresibus,* maius autem par est sextario, minus heminae. Difficilior de campanis quaestio est. Campanam Isidorus (*orig.* 16, 25, 6) stateram dicit, quae duas lances non habeat, sed virga sit signata libris et unciis et vago pondere mensurata; nec negaverim fieri potuisse, ut, sicut mulsi urna, ita ciborum quoque certum quoddam pondus epulantibus appenderetur. Potest etiam de tintinnabulis cogitari, quae bene ad pompam videntur convenire et ab antiquis iam campanarum nomine appellabantur; cf. onom. p. 25 Labb.: *campana κώδων.* Denique cum praeter urnalia patellae quoque ferculis impositae requiri videantur, Campana Horatii (*sat.* 1, 6, 18) supellex in mentem venit, ut quae in sacris diei tertii occurrunt tuscanicae et ipsae vasa quaedam videntur esse ex Etruria allata (cf. Mommsen in *Relazione* p. XIV in addendis et corrigendis). — Nota non adesse epulis in luco factis pueros, quos cenae in domo magistri praesto fuisse diebus tam primo quam altero et tertio mox videbimus. — Post epulas singuli praesentes acce-

peruut sportulas, quae anno 219 denariorum centenorum fuerunt, eaque summa plerumque videtur Arvalibus data esse: cf. acta sacrorum diei tertii et quae de sportulis diei primi antea exposui (p. 16). — Divisis denique rosis solutis, denuo felicia dixerunt: de quibus rebus cf. ad acta diei primi (p. 17) et tertii (p. 45).

γ. ludi circenses.

[38] et signum misit quadrig[is et desultoribus] [1]).

[1]) *sc. magister.*

40 *ludorum mentio omissa.*

58 [59 66 69 72] quo perfecto sacrificio [1]) e carceribus riciniatus [2]) coronatus signum quadrigis et desultoribus misit [3]).

[1]) *sc. agnae opimae.*
[2]) reciniatus 58; riciniatus 69; *in ceteris deficit lapide fracto.*
[3]) *sc. magister vel promagister. — Addo reliquias actorum a.* 66, *ex quibus non servata sunt nisi verba* . . . . signum quadrigi .; *item a.* 69: . . o perfecto . . . . us riciniatus co . . . . signum . . . . et desul . . . . .; — *et a.* 72: qu . . . ., ... niatus c . . . ., . . . desultori . . . ., ... it . . — *De errore quo in actis a* 66 *dies additur* XIII kalendas Iulias *cf. supra* p. 3 n. 1.

[80] 81 [DOM. A] inde [1]) magister (promagister) *ille* coronatus riciniatus de querceribus signum quadrigaris et desultoribus misit, quos coronis argente[is or]navit [2]).

[1]) *i. e ex epulis.*
[2] *fragmentum* DOM. A, *etsi paucas habet litteras, similiter videtur conceptum fuisse, nisi quod pro* quos *exhibet* [vic]tores. *Supersunt autem haec:* . . . atus riciniatus, ... tores . coronis . ar . . . . . *Ex actis a.* 80 *remanent haec: ille* co . . . ., ... ribus misit quos . . . . .

87 [89 90 91 DOM. C] post epulas (magister *vel* promagister) riciniatus soleatus cum corona pactili rosacea [1]) summoto supra carcares escendit [2]) et signum quadrigis et desultoribus misit, praesidente *illo* victores palmis et coronis argenteis honoravit.

[1]) rosacia 89.
[2]) escidit 87: *fracto lapide deficit in actis a.* 91 *et DOM. C. — Ceterum ex actis mutilis non reliqua sunt nisi haec:* . . . . riciniatus soleatus . c . . . ., carcares escendit et sign . . . . 89; post epulas riciniatus s . . . . ., moto supra carcares esc . . . . toribus misit, praesidente *illo* . . . . ., et coronis argenteis honora . . . . . 91; — . . . . . ile rosaceam summoto supra car . . . . ., signum quadrigis e . . . . ., praesidente *illo* . . ., . . . vict . . . . . ., nis argenteis hon . . . . . . DOM. C. — *Actorum a.* 90 *quae sola extat tabula altera plane cum actis a.* 89 *concordat.*

105 [117 TRAI. A 118] 120 [122 155 MARC. E 183 186] 213 [INCERT. C] post epulas riciniatus soliatus [1]) corona pactile [2]) rosacia [3]) *ille* magister (promagister) [4]) summoto supra carcares [5]) ascendit [6]) et signum quadrigis et [7]) desultoribus [8]) misit; praesidentibus *illis* [9]) victores palmis et coronis argenteis [10]) honoravit [11]).

Dedi fere ex actis integris a. 120: *in ceteris varie leguntur haec:*
[1]) soliatus *pro* soleatus *ab hac inde aetate constanter in actis legitur.*
[2]) pactili 155.
[3]) rosacea 120; *pro verbis* corona pactile rosacia *simpliciter* coronatus 213.
[4]) *omisso titulo* magister *vel* promagister *solum nomen exhibent acta a.* 105; *initio statim post epulas nomen promagistri ponitur* 213.
[5]) carceres 118 155 213.
[6]) adscendit 105.
[7]) et *om.* 105.
[8]) q[uadr]igaris [et de]s[ultoribus] 118; quadrigis bigis desultoribus 155 MARC. E; quadrigis vigis desultoribus 213.
[9]) praesidente *illo* proflamine 155 183 186 (?); praesedente ad creta *illo* 213.
[10]) palmas et coronas argenteas 213.
[11]) [honoraru]nt 105; honoraverunt 213. — *Addo exiguas quae servatae sunt reliquias ex actis hisce:* . . . esultoribus misit praesidentibus *illis* 117; *ille* . . ., et desu . torib . . ., . .vi . . . . TRAI. A; — . . . . riciniatus solia . . . corona . . . . . . e rosacia *ille* . . ., . . . summo . . . . ., carcer . . . . . . ndit et signum q . . . . igaris . . . . s . . ., pra . . . . . ntibus *illis* . . . ., ... rgenteis honoravit 118; [pac]ti[le] 122; — post ep . . . supra carceres ascendit et sig . . . . *illo* proflamine victores 183; — . . . . niat . soliatus coronat . . . . o supra carcar . ascend . . . . . misit praesidente *illo*, ... t coron arg honorav 186; — praesi . . . . . hon . . . . INCERT. C.

[218 219] deinde mag(ister) (promagister) *ille* latum sumsit et [r]icinium; superaccep[it] coron(am) pactilem roseam et super carceres adscendit et sign(um) quadrig(is) big(is) desult(oribus) [mi]sit, praesid(entibus) *illo* et *illo* ad cretam [1]).

[1]) *dedi acta anni* 219. — *Ex actis a.* 218 *reliqua sunt haec:* . . . . ., sum . i . et ric . . . . am pactilem r . . . . ., signumque . . . . toribus misit p . aeside . . . . . . *illis. In iis quae sequuntur Marinius quidem mentionem repperisse sibi visus est coronationis victorum, nec tamen mihi rem probavit.*

De ludis circensibus uberrime nuper egit Ludovicus Friedlaender apud Marquardtium *R. A.* 4 p. 490 seqq. et *Sittengesch. Roms* 2 p. 157 seqq. ed. 1; cf. etiam Zangemeister in *ann. inst. arch.* 1870 p. 232 seqq. — Hic notandum est, quod in actis superstitibus anno 155 primum bigarum mentio fit, antea soli quadrigarii et desultores commemorantur. — Desultores notum est fuisse eos, qui binos equos trahentes in ludis ex altero in alterum transultare solerent (cf. Liv. 23, 29; 44, 9; Propert. 4, 2, 35 al.); qui nescio an pro equitibus iis habendi sint, qui in anaglyphis una cum aurigis repraesentari solent, licet singulos habeant equos (cf. Friedlaender apud Marquardtium l. c. p. 504 et Zangemeister *Ann. d. Inst.* 1870 p. 256).

Signum misit aurigis ipse magister vel promagister, cum post epulas sumptis lato et ricinio et superaccepta corona pactili rosacea soleatus super carceres ascendisset. — Latus qui dicitur latus clavus est, quo tunica ornabatur laticlavia (cf. Mommsen *Staatsr.* 1 p. 340, 2 ibique citatus Cicero *de leg.* 2, 23, 59): magister igitur non recepit praetextam, quam ante epulum sacerdotes deposuerant (cf. pp. 27 et 35), cepit autem tunicam cum eaque ricinium. De hoc cf. Mar-

quardt l. c. 5, 2 p. 179. Scribit de eo Festus (p. 274 ed. M. cf. Mommsen l. c.): *ricinium omne vestimentum quadratum hi qui XII interpretati sunt esse dixerunt: Verrius togam, qua mulieres utebantur, praetextam clavo purpureo.* Mommsenus igitur (l. c.) inter togam et ricinium hanc unam putat intercedere differentiam, quod rotunda illa, hoc more Graeco quadratum fuerit (cf. Marquardt *R. A.* 5, 2 p. 163), nec multum inter se differre praetextam ac ricinium inde quoque collegit, quod pueri patrimi matrimi Arvalibus ministrantes modo dicuntur praetextati, modo riciniati (cf. acta diei tertiip. 42. 44). At cum in mutila quam de *rica* Festus (p. 289 ed. M.) exhibet descriptione ita fere videatur legendum esse: *rica est [vestimentum quadratum] fimbriatum pur[pureum quo flaminicae pro] palliolo mitra[ve utebantur]*, alibi autem (p. 277) *ricae* scribat *et riculae vocantur parva ricinia* cet., et ipsa ricinia fimbriata fuisse vix potest dubium esse. Itaque cum fimbriatum repperissem vestimentum camilli in ara quadam Caeretana sculpti (*Mon. inst. arch.* 6, 13), id ricinium esse existimavi puerumque riciniatum iure dici posse. Quod ad Arvales attinet, praetextatos eos fuisse vidimus, ubicumque sacris praesto erant; sed ad spectandos ludos riciniatus prodit magister, i. e. veste muliebri Graeco more indutus, cum eaque bene conveniunt soleae quibus utitur, quippe quae a Romanis non gestae sint nisi domi vel cum invitati ad cenam irent (cf. Marquardt l. c. 5, 1 p. 331 et 2, 196). Praeter ricinium coronam magister accepit pactilem rosaceam. *Pactiles* coronae distinguuntur a *sutilibus*, summamque auctoritatem scribit Plinius (*n. h.* 21, 11) pactili coronae esse, iisque in sacris Saliorum uti sollemnes cenas. Neque tamen satis liquet, quomodo comparatae fuerint, et num eaedem esse putandae sint atque textiles (cf. Becker *Gallus* 3 p. 249 ed. 2). Ricinium autem et soleae roseaeque coronae longe abhorrent a severitate illa et gravitate morum, qua Romanis non licebat nisi togatis ludos spectare (Sueton. *Aug.* 40; *vit. Comm.* 16; cf. Friedlaender *Sittengesch.* 2 p. 135 ed. 1): Arvales enim tum non in urbe agebant, sed sacrum agreste celebrabant. Quod autem super carceres ascendit magister signum daturus, id convenit cum iis quae vel de ludis circensibus tradita accepimus vel in monumentis repraesentata videmus. Super carceres enim pulvinar erat in eoque sedere solebat is, qui spectacula dabat (cf. Zangemeister *Ann. inst. arch.* 1870 p. 238; Friedlaender apud Marquardtium l. c. p. 502). Qui signum mittere propterea dicitur, quod id dari solebat mappa in circum iacta (cf. Friedlaender l. c. et Marini p. 282 283). — Contra iis qui tamquam iudices praesidebant ludis (cf. Marini p. 284), locus assignatus erat ad cursus terminum indicatum linea alba per arenam ducta et ab obelisco quidem in spina posito per dexteram illius partem transeunte (Zangemeister l. c. p. 256). Appellabatur ea *calx* et aetate posteriore *creta* (cf. Plin. *n. h.* 35, 58; Seneca *epp.* 108, 32). Dixit de ea post Friedlaenderum (l. c. p. 505) et Huebnerum (*ann. inst. arch.* 1863 p. 150 seqq.) optime Zangemeister (l. c. p. 239 seqq.). Ad cretam igitur praesedisse recte dicuntur Arvales in actis a. 219. Praesidebant autem modo plures modo pauciores; nam ubi primum eius rei mentio fit, unus commemoratur ludorum praeses (a. 87 90? 91 Dom. C): anno contra 105 octo Arvales praesidebant, scilicet omnes sacerdotes qui in luco aderant excepto magistro; annis autem 118 et 120 duo praesedisse dicuntur, annis 155, 183 et, ut videtur, 186 solus proflamen nominatur, in actis aetatis posterioris denuo plures apparent, duo certe in actis a. 219. Ex sententia denique eorum qui praesidebant magister, sive promagister erat, victoribus praemia divisit, quae erant palmae et coronae

argenteae. De his egit Marinius p. 284 seq. comparentque eae passim in monumentis aurigarum, lucernis potissimum, quibus victoriae eorum celebrantur.

δ. cena in urbe facta.

Ludis absolutis fratres in urbem reversos in domo magistri, vel fratris alius cuiusdam (a. 213) cenasse antea (p. 19) iam diximus: cuius rei licet in actis antiquioribus brevius conceptis plerumque deficiat mentio, nihilo tamen minus nunquam cenam omissam esse ex actis sequitur indictionis sacri, quibus constanter dies alter in luco et domi celebratus esse traditur. Acta autem concepta sunt sic:

87 [90 91 DOM. C] eadem die Romae domo [1]) apud mag(istrum) *illum* idem qui in luco cenarunt [2]).

[1]) domo *om.* DOM C.
[2]) *Ex actis a.* 90 *non supersunt nisi haec:* .... qui in luco cenarunt; — *ex actis a.* 91: .... trum *illum* ......

213 deinde Romae in domo *illius* [1]) discumbentes ture et vino fecerunt, ministrantibus pueris matrimis et patrimis quibus supra [1]).

[1]) *sc. die prima: nam in luco non adfuisse pueros antea vidimus.*

[218] deinde peract[is circensib]us [1]) Romae [revers?]i et in domu [*illius* magistri cenatoria] alba acceper(unt) et [discumbentes toralibus segmentatis ture] et vino fecer[unt, ministrantibus pueris] patrim(is) et mat[rimis senatorum filis quibus] supra, et sacrific[io peracto unguenta et coronas] accep(erunt) et mantel[is pulmenta rursus con]tiger(unt) et sportulas sing[uli acceperunt denarios centenos], mensam secun[dam bellariorum diviserunt e]t rosam solutam acceperu[nt ibique felicia dixerunt] [2]).

[1]) *supplementum incertum est.*
[2]) *restitui, ut potui, collatis actis dierum primi ac tertii.*

De singulis pauca addenda sunt. Verbum peragendi quod initio actorum a. 218 superest, ad ludos rettuli, potest tamen fieri ut ad totum sacrum in luco factum pertineat. — Sportulas denariorum centenorum in iisdem actis restitui ex actis diei tertii, ubi vide (p. 45, cf. p. 16).

---

4. Praesentes.

Nomina eorum, qui adfuerunt, non semper eodem modo referuntur. In actis enim plerisque ad finem adnectuntur praescriptis verbis hisce:

38 40 [183 186] 213 adfuerunt *illi* [1]).

[1]) *sola nomina supersunt* 183 186.

58 [59 66 69 72] 81 [DOM. A] } in collegio adfuerunt *illi* [1]).

[1]) *sola nomina supersunt* 66 69; . . . . fuerunt DOM. A

155 [ANT. A] adfuerunt in collegio *illi* [1]).

[1]) *nomina tantum servata sunt* ANT. A.

Ubi adfuerant iidem qui in actis primi diei iam commemorati erant, nominibus omissis scriptum nonnumquam est sic:

105 adfuerunt isdem q(ui) s(upra).

[118] 120 [MARC. E] adfuerunt in collegio idem [1]) qui VI k(alendas) easdem.

[1]) isd[em] 118; *ex quibus actis non supersunt nisi haec:* a . . . . runt in collegio isd . . .; *ex actis autem MARC. E haec:* adfuerunt in co . . . .

In actis DOM. C ad finem quidem capitis adiunguntur nomina eorum qui adfuerunt hoc modo:

adfuerunt in collegio fr[atrum Arvalium] *illi,*

additur autem statim post:

eadem die Romae aput magis[trum] *illum* idem qu[i] in [luco cenarunt].

E contrario in actis quibusdam aetatis Domitiani nomina eorum, qui adfuerunt, inseruntur post enarratam immolationem vaccae honorariae; ita igitur legitur in actis

87 [90 91] *illi* in tetrastylo consederunt *cet. adiunctis ad finem capitis verbis his:* eadem die Romae domo apud mag(istrum) *illum* idem qui in luco cenarunt [1]).

[1]) *cf. supra de cena Arvalium. — Actorum a.* 91 *etsi intercidit ea pars, qua continebantur praesentium nomina, tamen ex exiguis quae in fine servatae sunt reliquiis ea priore loco posita fuisse satis apparet. — In actis a.* 90 *nomina nonnulla servata sunt.*

In actis denique a. 218 omnino omissa esse videntur nomina eorum, qui sacris diei secundi adfuerant. Nam ea ne putemus posita fuisse loco eo, quo post nominatos magistrum et flaminem depositis praetextis Arvales dicuntur in tetrastylo epulati esse, obstat quod in actis a. 219 ibi non perscripta sunt, sed aut superiore aliquo loco aut plane omissa.

---

c. DIES TERTIUS.

1. Annus et dies.

Dies nisi fracto lapide nusquam omittitur, consulatus autem cum paullo ante ad dies alterum et primum adnotari soleat, omittitur in actis quibusdam aetatis Domitiani (a. 87 90 91 DOM. C), in aliisque tertii saeculi (cf. a. 213 218 219). — Dies et annus primum semper locum occupant.

81 105 [117] 118 [120] 155 183 [186 COMM. A] } isdem co(n)s(ulibus) [1]) *illo die.*

[1]) *intercidit mentio consulum, neque tamen potest defuisse propter verborum dispositionem* 117 186.

87 [90] 91 DOM. C 213 218 219 } *omissis consulibus illo die.*

De ceteris fracto lapide non satis constat.

2. Locus.

Die tertio Arvales eodem conveniebant ubi sacrum die primo fecerant, in urbe videlicet Roma aut in domum magistri, raro alius cuiusdam collegae, aut in Palatio in divorum (cf. ad acta diei primi p. 11). Indicatur autem locus sic:

80 in domo *illius* mag(istri).

81 domi [1]).

[1]) *omittitur indicatio magistri nomenque eius; nec commemoratur magister nisi loco posteriore, quo fratres dicuntur epulati esse* ad eum; *quae verba quo modo intellegenda sint antea* (p. 16) *exposui.*

87 91 DOM. C domo [1]) apud [2]) mag(istrum) *illum.*

[1]) in domo 91 DOM. C.
[2]) aput *eadem.*

[105] [aput] *illum* mag(istrum) [1]).

[1]) *verba* in domo *vel similia omissa in actis esse satis angustum spatium hiatus demonstrat.*

[118 120 183 COMM. A 218] 219 } in domum *illius* mag(istri) [1]).

[1]) *verba* in domum *lapide fracto perierunt, sed ex actis diei primi facile restituuntur* 118 120 183

[155] 213 in domum *illius* [1]).

[1]) *in actis a.* 155 *non superest nisi frustulum nominis collegae, apud quem convenerunt: sed cf. acta diei primi annorumque praecedentium et sequentium.*

ANT. A in Palatio in divorum.

---

3. Ratio sacri.

[66] [fratres Arvales . . . . .] ad sacrificium co[nsummandum deae Diae cenarunt] [1]).

[1]) *si non de verbis, certe de re constat.*

80 ad peragendum sacrificium per fratres Arvales epulantes.

81 ad per[agendum] sacrificium f(ratres) epulantes ad mag(istrum) [1]).

[1]) *nota omissum verbum* convenerunt.

87 [90 91 DOM. C 105 117] fratres Arvales ad consummandum sacrificium deae Diae cenarunt [1]) et [2]) inter cenam *illi* ture et vino fecerunt.

[1]) cenarunt *om.* DOM. C 105 117.
[2]) et *om.* 117.

[118 120 122 155 ANT. A 183 186 COMM. A] 213 [218] fratres Arvales ad [1]) consummandum sacrum deae Diae convenerunt ibique [2]) inter cenam *illi* [3]) ture vino fecerunt.

[1]) in 120.
[2]) ibique *om.* 218.
[3]) *illi* discumbent[es toralibus segmentatis] albis 183; dis . . ., ... at. albis 186; discumben . . . . . . COMM. A; discumbentes toralibus segmentatis 213. — *Ex actis a.* 122 *non remanent nisi verbum* fratr[es] *nominumque reliquiae paucissimae.*

219 fratr(es) Arval(es) ad consumm(andum) sacrific(ium) deae Diae convenerunt et epulati sunt et ture et vino fecerunt.

---

80 et frugibus ministrantibus pueris ingenuis patr[i]mis et matrimis senatorum filis referentibus ad aram in pateris [1]).

[1]) *cf. pars prior capitis; consecutio verborum turbata est.*

81 et fruges excipientes a sacerdotib[us ad a]ram refer[e]ntes pueri ingenui patrimi matrimi senatorum fili [1]).

[1]) *videtur restituendum esse* convenerunt.

87 ministrantibus pueris patrimis et matrimis isdem qui *die primo*; et fruges libatas ad aram rettulerunt.

[90 91] ministrantibus pueris patrimis et matrimis isdem qui *die primo*, et fruges libatas ministrantibus calatoribus et publicis pueri riciniati praetextati ad aram rettulerunt [1]).

[1]) *in actis a.* 90 *deficiunt verba priora usque ad 'die primo', postea ea quae sequuntur post verbum* riciniati: *ex actis a.* 91 *non supersunt nisi haec*: ministrantibus puer . . . ., dem qui XVI k(alendas) Iunias et fruges li . . . ., toribus et publicis pueri ricinat . . . . *(sic)* lerunt: *sed cf. acta annorum posteriorum.*

[105 117 118 120 122 155 ANT. A 183 186 COMM. A] ministrantibus pueris patrimis et matrimis senatorum filis isdem qui *die primo* [1]) et [2]) fruges libatas [3]) ministrantibus calatoribus [4]) pueri riciniati praetextati [5]) cum publicis ad aram rettulerunt [6]).

[1]) eisdem qui et XVI k(alendas) Iun(ias) easdem 183.
[2]) et *om.* 155 183.
[3]) inlibatas 183.
[4]) kalatoribus 118.
[5]) *verbum* praetextati *superest in solis actis a.* 118, *ex iisque restitui in actis antiquioribus: in actis a.* 120 155 183 *pueri non dicuntur nisi riciniati.*
[6]) *ex actis a.* 117 *non supersunt nisi verba* . . . . rimis et . . . . *ex actis a.* 122 qui VI k . eas . . .; *ex actis ANT. A*: pueri, patrimis et m . . . . . ., bus pueri ricinia . . . .; *ex actis a.* 186; . . . patrimis et matrim(is); *ex COMM. A*: ministran . . . ., filis eisdem qui et u . . . ., . . . alatoribus pu . . . .

213 [218] ministrantibus pueris patrimis et matrimis senator(um) filis-praetextati *(sic)* [1]) q(ui) s(upra); fruges libatas[2]) cum calatoribus et public(is) ad aram retulerunt.

[1]) *vocabulum* praetextati *om.* 218. — *Mihi probabilius verbum* praetextati *coniungendum esse cum iis quae praecedunt scribendumque* praetextatis, *quam pro nominativo habendum et coniungendum cum iis quae sequuntur.*
[2]) libatas 218, libantes 213, *errore puto.*

219 ministrantib(us) puer(is) patrim(is) et matrim(is) senator(um) filis qui supra. fruges livatae *(sic)* sunt. per calatoribus ministrantibus *(sic)* et per pueros praetextatos cum publicis ad aram retulerunt [1]).

[1]) *sc. fratres Arvales.*

---

87 [90 91] lampadibus incensis tuscanicas contigerunt, quas per calatores [1]) domibus suis miserunt.

[1]) kalatores 91.

[105 118 120 183 COMM. A] 213 [218 221] deinde lampadibus incensis [1]) tuscanicas contigerunt [2]), quas per calatores [3]) domo sua [4]) miserunt.

[1]) pariter *inserunt* 213 218 (?) 219.
[2]) contegerunt 213.
[3]) kalatores 118 218.
[4]) domo sua 118; domos suas 183; domus suas 213; suos *(sc. kalatores)* domi 218: *in ceteris fracto lapide intercidit, nec constat, utrum a.* 105 *explendum sit* domo sua, *an* domibus suis, *ut est in actis Domitiani.* — *Ex actis COMM. A non superest nisi* MPAD; *ex actis a* 221 [d]omo[s suas]. — *In actis a.* 218 *ad finem adscripta sunt haec:* [item] mens am) sec(undam) bell[ariorum diviserunt et coronas et] ung(uenta) et sportul(as) acc(eperunt) sing uli) denarios centenos.

155 [ANT. A] lampadibus accensis sacerdotes tuscanicas contigerunt [1]).

[1]) *ex actis ANT. A solae litterae* CON *reliquae sunt: addidi huc, quia probabile est formulam respondisse actis quae aetate proxima sunt.*

Sacri tertii diei pars primaria erat epulum, quod in urbe fieri solebat similiter atque ante dies quattuor ibidem factum erat. Ministrabant pueri patrimi et matrimi senatorum filii, quos in luco non adfuisse antea vidimus. Cenavisse autem pueros hoc quoque die sportulae videntur indicare ab iis acceptae in dies singulos, quamquam in solo primo die enarrando cenae eorum mentio fit (cf. infra et acta a. 218). — De singulis pauca addenda sunt ad ea quae de primo die antea exposuimus (p. 10 seqq.). Ubi quod de pueris dixi ad aram referentibus, id confirmatur eo, quod die tertio pueri plane dicuntur fruges libatas rettulisse (87 annisque posterioribus). Verbis autem *fruges livatae* quae sunt in actis a. 219, solvitur quod dubitavit Marinius, primone die an tertio libatae fruges essent (p. 289 seq.) Quae ubi *inlibatae* dicuntur (a. 183), aut erravit qui acta sive concepit sive in marmore exaravit, aut verbum inlibandi pro libando usurpatum est. Videntur autem libasse sacerdotes ipsi, a quibus in actis a. 81 pueri dicuntur fruges accepisse; nam quod in actis a. 213 libantes dicuntur rettulisse

pueri, supra dixi *libantes* videri errore scriptum esse pro *libatas*. — Pueri, qui die primo *praetextati* cenae adfuerant, die tertio dicuntur vel *riciniati* (a. 120 155 183) vel *praetextati* (a. 213 219), vel *[rici]niati praetex[tati]* (a. 118, eademque reposui in actis nonnullis paullo antiquioribus a. 90 91 105, cum uno vocabulo non satis expleatur hiatus). Videntur igitur confirmari quae de ricinio supra (p. 38) exposui, nisi ponis in actis a. 118 praetextatos pueros appellatos esse aut errore aut aetatis indicandae gratia (cf. Marquardt *R. A.* 5, 1 p. 127, 646). Pueris ad referendas ad aram fruges calatores et publici praesto erant. — Epulo consummato incendebantur lampades. De luminibus ad sacra adhibitis Marinius (p. 290 seq.) laudat Ciceronem (*de off.* 3, 20, 80) potissimum et Macrobium (*Sat.* 1, 7, 31) et Ovidium (*fast.* 4, 411) Vergiliumque (*Aen.* 8, 278), item quo lumina accendi vetantur *cod. Theod.* 16, 10, 12. Videntur nunc addi posse *sebaciaria* a vigilibus facta (*Bull. inst. arch.* 1867 p. 12 seqq. cf. p. 30). — Deinde sacerdotes tuscanicas contigerunt easque per calatores domum miserunt. Tuscanicas, pro quibus *canipas* in actis repperisse sibi visus est Marinius p. 396 (verbum enim ante detecta acta a. 87 repertum non erat nisi mutilum), ollas opinor Etruscas esse (cf. *Relazione* p. 47) operis scilicet elegantioris praeter ollas rudes Latinas in sacris his adhibitas. Eas domum per calatores miserunt. Ita enim intellegenda quae varie scripta sunt modo *domibus suis* vel *domo sua*, modo *domos* et *domus suas*. Terminabatur epulum divisa mensa secunda bellariorum acceptisque tam coronis et unguentis quam sportulis denariorum centenorum.

4. Praesentes.

Eorum qui adfuerant, omittebantur interdum nomina, si quidem praesto fuerant iidem qui diebus praecedentibus: ubi autem nomina scribebantur, non semper scribebantur eodem loco. In actis enim nonnullis ad finem adnectuntur praescriptis verbis hisce:

66 220	adfuerunt *illi*.
105 [118 120]	adfuerunt in collegio *illi*.

ita tamen ut plerumque nomina non repetantur, sed indicentur tantum hac ratione:

105	adfuerunt in collegio idem [q(ui) s(upra)].
[118 120]	adfuerunt in collegio idem q(ui) IIII k(alendas) easdem.

Saepius nomina in ipsa acta inseruntur hoc modo:

87 [90 91 DOM. C 105 118 120 122 155 183] 213 [218]	inter cenam *illi* ture et vino fecerunt [1]).

[1]) *nota a.* 120 *bis memoratos esse eos qui adfuerunt.*

Nominantur praeterea saepe pueri ministrantes, et ita quidem ut modo nomina eorum ad finem adnectantur praescriptis verbis his:

[87]	pu[eri patrimi et matrimi] qui ad sacrificium deae Diae praest[o erant] *illi quattuor*.

modo in media acta mentio eorum inseratur sic:

[105]	ministrantibus pueris *cet.* isdem q(ui) s(upra).

213 [218] ministrantibus pueris *cet.* q(ui) s(upra).
219 [ALEX. D] ministrantibus pueris *cet.* qui supra.
[118 120 122] 155 ministrantibus pueris *cet.* isdem qui VI (XVI) k(alendas) easdem.
183 ministrantibus pueris *cet.* eisdem qui et XVI kal(endas) Iun(ias) easdem.

---

d. DE SPORTULIS DIEBUS SINGULIS DISTRIBUTIS DEQUE ACCLAMATIONIBUS IN FINE EPULORUM USITATIS.

Enarratis sacris per singulos dies consummatis in actis nonnullis additur mentio sportularum, quibus Arvales cenaverint, sic:

[105 118] 120 [185] hoc anno cenatum est sportulis [1]) denaris centenis.

[1]) sportulis cenatum est 118 120.

213 hoc anno cenatum est in diebus singulis denaris centenis XVI XIIII XIII kal(endas) Iun(ias) et adclamaverunt *cet. (v. infra).*

[218 221 ALEX. D] hoc anno cenat(um) est [in] dies sing(ulos) (denaris) (centenis) [VI IIII III kal(endas) Iun(ias)]; pueri cenav(erunt) senator(um) fil(ii) n(umero) IIII et sport(ulas) acc(eperunt) in d(ies) sing(ulos) (denarios) X . ., et felic(ia) dixer(unt) [1]).

[1]) *ex actis a.* 221 *nihil superest nisi* [et fel]icia dixeru[nt], *quae ad similem formam videntur referri posse. Item ex actis ALEX. D nihil restat nisi* ra in dies singul X.

220 hoc anno cenaverunt singuli dies singulos ad *illum* mag(istrum) denaris centenis in VI IIII III k(alendas) Iun(ias).

In actis a. 105 post enarratam cenam diei primi, anno autem 218 post descriptum prandium diei secundi sportulae perscriptae sunt. — Pueri quot denarios acceperint non liquet; nam quod Marinius in explenda tabula denarios iis tribuit quinos et vicenos, desumpsit opinor ex actis a. 241, in quibus non de pueris, sed de ipsis sacerdotibus sermo est: cf. ad acta diei primi (p. 17).

Felicia Arvales dixisse in singulorum dierum acta relatum non est nisi post cenam diei primi a. 218 et post prandium in luco factum anno 219. Videntur tamen post omnia epula dixisse *felicia,* ad omnesque dies sacri pertinere verba *felicia dixerunt,* quae ad finem enarrationis eius in actis a. 218 et 221 adscripta sunt, locus eorum demonstrat. Verbo autem illo significari adclamationes pro salute imperatorum usurpatas acta anni 218 ostendunt, quibus post cooptationem Elagabali Arvales dicuntur adclamantes felicia dixisse (cf. ad acta cooptationum), earumque acta a. 213 exemplum servarunt hoc:

213 fercissime *(sic)*! felicissime! te salvo et victore felicissime! o nos felices qui te imp(eratorem) videmus! de nostris ann(is) augeat t(ibi) I(uppiter) a(nnos)!

Germanice max(ime), d(i) t(e) s(ervent)! Brit(annice) max(ime), d(i) t(e) s(ervent)! te salvo salvi et securi sumus! te imp(eratore) felix senatus! Aug(uste), d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo! iuvenis triumphis, senex imperator! maior Aug(usto), d(i) t(e) s(ervent)! Aug(uste), Aug(usta)! Iuliae Aug(ustae) matri Aug(usti) feliciter! ex te Aug(usta) Aug(ustum) videmus! d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo, Aug(usta), Aug(uste)!

Adclamationes similes in vitis imperatorum non paucae servatae sunt et *solitae* dicuntur *(Gord. 11)* vel *ex more* factae *(Alex. 12)*. Ex quibus quae maxime usitata erat, *di te servent*, plurimis vitarum locis occurrit (cf. *Ant. P. 3; Avid. Cass. 13; Alex. 6 7 8* cett.), et ut Caracallae Arvales adclamant *Germanice maxime* vel *Britannice maxime, di te servent*, ita Alexandro legimus adclamatum *Persice maxime* cet. *(Alex. 12)*. Verba porro quae sunt *te salvo salvi et securi sumus* pariter leguntur in vita Commodi (18), quaeque in vita Alexandri (6) inveniuntur verba *felices nos imperio tuo*, eandem habent vim atque *o nos felices qui te imperatorem videmus.* — Invocatio Iovis *de nostris annis augeat tibi Iuppiter annos*, qua Arvales tum quoque usi sunt, cum Elagabalum cooptarent (cf. acta a. 218), plane similis extat apud Tertullianum *(apol. 35)*. — De verbis *iuvenis triumphis, senex imperator* olim dubitavi, utrum vocabulum *imperator* cum verbis praecedentibus, an cum sequentibus conectendum esset *(Relaz. p. 78)*: nunc recte tum iudicasse Mommsenum mihi quoque constat, Caracallam dici ad bellandum iuvenem, senectute imperandi peritum. Quae vero sequuntur verba *maior Augusto* (sc. *Caesare divove Augusto)*, ea conferenda sunt cum adclamationibus quae sunt *felicior Augusto, melior Traiano* (Eutrop. 8, 5), item *saevior Domitiano, inpurior Nerone (Comm. 19)* vel *peior Commodo (Alex. 223)*. — De cognominibus Caracallae datis, Britannicum notum est eum una cum patre appellatum esse anno 210 (Spart. *Sev.* 18; cf. Eckhel 7 p. 207), Germanicum autem vivente patre dictum eum esse quamquam Spartianus *(Carac. 6)* narrat, tamen illud nomen et in nummis primum a. 213 positum est (cf. Eckhel 7 p. 209 et 222), et in inscriptionibus constanter post nomen Britannici sequitur, ut postea collatum esse appareat. Quamquam non potest ob victorias anno 213 de Germanis Raetisque reportatas Germanicus appellatus esse, cum a. d. III idus Augustas in Capitolio immolaverint Arvales, quod imperator limitem Raetiae transgressurus erat, et pridie nonas Octobres ob victoriam Germanicam ibidem sacrificaverint, nomen vero Germanici iam mense Maio ei detur.

---

c. SACRUM ARVALIUM NUM PRO EODEM HABENDUM SIT ATQUE AMBARVALIA.

Sacrum, de quo hucusque egimus, Arvalium diversum esse a notissimo Ambarvalium sacro affirmarunt Marinius (praef. p. XXIX, qui in ipso libro p. 138 aliter iudicaverat), Schweglerus (*R. G.* 1 p. 434), Marquardtius (*R. A.* 4 p. 418), Prellerus (cf. ea quae de Ambarvalibus exposuit *R. M.* ed. 1 p. 301 371 406, de sacro Arvalium p. 424 seqq.), negavit Mommsenus (*Tribus* p. 17,

Chronol. p. 70 ed. 2, *Grenzboten* 1870 p. 166). Quae res ut melius perspiciatur, de tempore locoque et forma utriusque sacri accuratius disserendum erit. Et sacrum quidem Arvalium, quamquam dies variant, mense tamen Maio vidimus constanter celebratum esse: ad eumque mensem optime conveniunt quae de Ambarvalibus dicit Vergilius (*Georg.* 1, 345 seqq.):

terque novas circum felix eat hostia fruges,
omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,
et Cererem clamore vocent in tecta, neque ante
falcem maturis quisquam supponat aristis,
quam Cereri torta redimitus tempora quercu
det motus incompositos et carmina dicat.

Nam exeunte Maio segetes paene maturae sunt messisque instat. Praeterea mensi Maio Ambarvalia manifesto tribuunt menologia rustica, cum adscribant ad eum notam *segetes lustrantur (C. I. L. 1 p. 358).* Et ne de die quidem ullam dubitationem admittunt ea quae Marinius (p. 138) attulit ex actis minoribus martyrum Anaunensium ad diem 29 mensis Maii anni p. C. 393: *adest dies in qua diis suis quasi pro frugibus habituris gentiles immolant et iam conversos cogunt immolare,* et in actis maioribus: *dum quodam ritu gentilitas phantasias suas protenderent atque agrorum spatia circuirent . . . . luctuosis ornatibus et diversorum pecorum pompis erectis* cet. (Bolland. 7 *Maii* p. 40); cf. etiam *litterae S. Vigilii episcopi ad S. Ioannem Chrysostomum* apud Ruinart *acta MM.* p. 535 et Bolland 7 p. 43 *(cum lustrale malum circa fines agrorum cuperent ducere* cet.) et *Martyrologium Adonis archiep. Vienn.* (Romae 1745) p. 237, item citata a Marinio l. c. Lustrationes igitur agrorum his actis commemoratas cum certum sit esse Ambarvalia, haec ante diem IV kalendas Iunias celebrata esse constat, id est eo ipso, quo sacrum facere consueverant Arvales. Qui quod anno 393, qui est annus aerae Varronianae 1146, ante diem potius XIV kalendas easdem sacra facere debebant, id vix puto opponi posse, cum abolitis sacris Arvalium et dominante in urbe christianorum religione vetus sacrorum ordo in provincia remota facile credi possit minus diligenter retentus esse. Celebrata igitur sunt eodem tempore Ambarvalia et sacra Arvalium.

Iam videndum est de loco. De eo Strabo (5 p. 230 C): *μεταξὺ γοῦν*, ait *τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς Ῥώμης καλεῖται τόπος Φῆστοι· τοῦτον δ᾽ ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε Ῥωμαίων γῆς, οἵ θ᾽ ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν ὡς ὁρίοις αὐθημερόν, ἣν καλοῦσιν Ἀμβαρουίαν.* Fuerunt, qui sacri nomen mutare vellent in *Amburbia* (cf. Müller *ad Paul. Diac.* p. 5 s. v. Ambarvales; Marquardt *R. A.* 4 p. 418); sed codicum auctoritate emendatio illa non firmatur mihique, licet non omnia conveniant a Strabone tradita, re vera agi videtur de sacro Ambarvalium. Id igitur cum temporibus antiquissimis circum totum agrum Romanum duceretur, posteriore aetate, quamquam aliis quoque locis finium veterum videtur repetitum esse, celebrabatur potissimum in loco Festis a Strabone appellato. Lucum autem deae Diae, in quo Arvales sacrum faciebant, acta eorum collocatum fuisse tradunt ad quintum lapidem, templum vero Fortis Fortunae, quod inscriptiones ibi effossae contiguum luco fuisse ostendunt (cf. *Relazione* p. 100 seqq.), sex milibus passuum ab urbe distare dicitur in fastis Amiterninis et Esquilinis. Sequitur lucum situm fuisse inter lapides quintum et sextum, id quod omnino respondet iis quae de loco Festis

appellato Strabo rettulit. Videntur igitur conspirare ea quae tam de tempore quam de loco Ambarvalium et sacri Arvalium tradita accepimus.

Videamus, similesne fuerint etiam ritus in luco ab Arvalibus et in ipsis Ambarvalibus celebrati. Ambarvalia sacra erant ob lustrandos agros facta; lustrabantur autem agri, cum circa arva ducebantur hostiae, quae inde dicebantur ambarvales (cf. Servius *ad Verg. Ecl.* 5, 75). Fieri solebant suovetaurilibus. De his agetur uberius, ubi de piaculis exponam: hic sufficiat attulisse verba Festi (p. 293 ed. M. s. v.): *solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris* cet., et Catonis (*r. r.* 141): *agrum lustrare sic oportet. impera suovetaurilia circumagi . . . . . . ubi porcum immolabis, agnum vitulumque, sic oportet* cet. unde in lustrationibus apparet circum arva ductos esse porcum et agnum et vitulum. Iam vero notandum est, cum aetate antiquiore in lustrandis agris Marti potissimum immolaretur (Cato l. c. cf. Preller l. c. p. 370), posteriore aetate Cereri tutelam agrorum tributam esse (cf. Vergil. *Georg.* l. c. et Preller l. c. p. 372): itaque pro maribus victimis, quas Marti sacrificari fas esset, ex consuetudine Romana, qua deabus hostiis immolaretur feminis, in Ambarvalibus quoque feminae substitutae sunt, id quod aperte testatur Servius (*ad Georg.* 1, 345), cum *Ambarvale* scribit *sacrificium quod de porca et saepe fecunda et gravida fieri consueverat.* Sacrum autem Arvalium diei secundi antea vidimus tribus potissimum constitisse sacrificiis, cum porcae immolarentur et vacca et agna opima, ut hostiae sacri deae Diae plane respondeant hostiis ob lustrandos agros Marti immolatis, quae porcus erant et agnus vitulusque. Dea autem Dia eadem fere creditur fuisse atque Ceres: itaque si aetate posteriore Ceres Martis loco in Ambarvalibus colebatur, deam eandem in his atque in sacro Arvalium cultam esse efficitur. Ambarvalia igitur et sacrum Arvalium, cum deae eidem iisdem victimis celebratum sit, dubitari nequit quin diversa non fuerint. Accedit denique testis locuples Festus, cuius apud breviatorem (s. v. *Ambarvales* p. 5 ed. M.) verba leguntur haec: *ambarvales hostiae dicebantur, quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur;* recte enim ibi mihi videntur emendata esse verba *a duobus fratribus* in *a duodecim fratribus,* ut intellegantur Arvales, qui soli nomine fratrum usi sunt (cf. Exordium p. I). Sane emendatio illa nec Müllero (ad *Paulum Diac.* l. c.) placuit nec Marquardtio (*R. A.* 4 p. 418) nec Prellero (*R. M.* p. 370 n. 1), qui pro *a duobus fratribus* scribendum esse coniecerunt *atque frugibus,* nec Hirschfeldio qui nuper (*Gött. Gel. Anz.* 1869 p. 1502) legendum proposuit *ac novis frugibus*: sed ego assentior Mommseno (*Chronol.* ed. 2 p. 70 n. 99[a]) emendationem veterem tuenti. Satis igitur videtur demonstratum esse sacra Arvalium ab Ambarvalibus non diversa fuisse. Licet autem in Ambarvalibus Ceres paullatim Martis locum obtinuerit, ab Arvalibus vero pro Cerere dea Dia culta sit, ne in horum quidem sacris Martis memoria penitus interiit, cum carmen antiquissimum, quod tripodantes Arvales vidimus in aede deae Diae dixisse, magna ex parte ad Martem pertineat.

II. SACRIFICIUM FACTUM OB AUGUSTALIA.

In actis anni 66 exiguae quae supersunt verborum reliquiae *[ob Au]gustalia* Arvales immolasse ostendunt, cuius rei indicium ante ea effossa iam reppereram, cum de actis anni 58 dissererem (*Hermes* 2 p. 46; cf. Ann. Inst. arch. 1867 p. 289). Acta autem huius sacri concepta sunt ita ut

1. Annus et dies

nisi lapide fracto nunquam deficiant, neque tamen semper repetatur consulum nota, ubi semel ab initio nundini proposita est. Additur nonnunquam nomen magistri. Legitur in actis:

[38] *(deficiunt nomina consulum ab initio posita)* a(nte) d(iem) [IIII id(us) Octobr(es)] [1]).

[1]) *cur fragmentum ad Augustalia referendum sit, infra exponetur.*

58 59 *illis* co(n)s(ulibus) IIII idus Octobr(es).

[66] [isdem co(n)s(ulibus) IIII idus Octobr(es) m]agisterio impe[ratoris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae].

2. Ratio et locus sacrificii.

Sacrum quo loco factum sit, constanter indicatur. Fiebat autem

[38] 58 [59] in templo novo [1]).

[1]) *ob maiorem quam qui solis his verbis expleatur hiatum in actis anni 59 videtur legendum esse* [in templo divi Augusti no]vo: *in actis autem anni 38 solae litterae* on *supersunt.*

[66] *fracto lapide locus deficit.*

Locus ponitur proxime ante nomina divorum quibus immolatur, exceptis actis anni 66, in quibus inter locum et divorum nomina inseritur mentio causae, propter quam sacrum fit.

[38] 58 59 [66] *ille* mag(ister) [1]) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in *cet.* [2]).

[1]) [promagister] *ille* 66.

[2]) *ex actis anni* 38 *exiguae quae supersunt reliquiae satis ostendunt sacrificium ob Augustalia in iis locum habuisse; nam qui in actis sacri praecedentis nominatur Memmius Regulus, solis mensibus posterioribus anni* 38 *inter Arvales commemoratur.*

[66] [ob Au]gustalia.

De Augustalibus ad diem IIII idus Octobres habent fasti Amiternini: *feriae ex senatus consulto, quod eo die imp(erator) Caesar Augustus ex transmarinis provinciis urbem intravit araque Fortunae reducis constituta est.* Ad hanc aram prope portam Capenam fiebat sacrum praecipuum (cf. *Mon. Ancyr.* 2, 29 seqq. ibique Mommsen p. 29 30), posteriore tamen aetate additi sunt ludi divo Augusto et Fortunae reduci celebrati primo a nonis Octobribus *(fast. Amit.)*, postea a die III nonas usque ad diem IIII idus easdem *(fasti Antiat.)*. Qui coepti anno u. c. 743 (Dio 54, 34), etsi quotannis videntur editi esse (id. 55, 8), lege tamen anno demum 767 (p. C. 14) annui facti sunt (Dio 56, 46; Tacitus *ann.* 1, 15). De iis dixit Mommsen *C. I. L.* 1 p. 403 404. — De sacrificiis in templo novo ob Augustalia factis nihil aliunde innotuit, sed ipsa res poscere videtur ut die eorum ultimo ac primario ipsi divo Augusto in templo ipsius immolatum sit, ad eum accesserint postea ceteri gentis Iuliae principes consecrati.

Immolabant enim Arvales divis his victimis hisce:

[38] *excidit lapide fracto et divorum et victimarum mentio, sed propter tempus constat soli divo Augusto immolatum esse.*

58 [59] divo Augusto b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Claudio b(ovem) m(arem).

[66] *ut supra, sed accedunt* [divae Claudiae] virgini vacc(am), div[ae Poppaeae Aug(ustae) vacc(am)].

De diva Claudia virgine scribit Tacitus (*Ann.* 15, 23): *Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus* (a. 63) *natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit appellavitque Augustam dato et Poppaeae eodem cognomento . . . . Iam senatus uterum Poppaeae commendaverat dis votaque publice susceperat, quae multiplicata exsolutaque. Et additae supplicationes* cet. . . . . *Quae fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortae adulationes censentium honorem divae et pulvinar aedemque et sacerdotem.* Cf. nummi apud Eckhel 6 p. 237. — Poppaea decessit anno 65 (Tac. *Ann.* 16, 6): de consecratione eius cf. Or. 731 et nummus apud Eckhelium l. c. p. 287. Cf. *Relazione* p. 21.

Desierunt Arvales immolare ob Augustalia, cum imperio ad gentem Flaviam translato omnia cessarunt quae antea in honorem Iuliorum et Claudiorum sacra fieri solebant.

3. Praesentes.

Nomina eorum, qui adfuerunt, lapide fracto omnia deficiunt in actis annorum 38 et 66, ex parte in actis anni 59. Verba quae praecedebant, in solis actis anni 58 servata sunt sic:

in collegio adfuerunt.

III. SACRIFICIA ANNIVERSARIA FACTA OB NATALES AUGUSTORUM, AUGUSTARUM, PRINCIPUM DOMUS AUGUSTAE; ITEM OB ADOPTIONEM NERONIS.

Natales Augustorum, Augustarum, principum domus Augustae in acta quae supersunt relati sunt hi:

a. DIVI AUGUSTI.

[35] 38 CLAVD. D VIIII k(alendas) Octobr(es).
VIII k(alendas) Octobr(es).

Natalem divi Augusti a multis celebratum esse biduo testantur Suetonius (*Aug.* 57): *equites Romani natalem eius biduo semper celebrarunt;* et titulus Grut. 228, 8 = Or. 686: *aediculas et statuas has hostiam dedicationi victimae natali Aug. VIII k. Octobr. duae quae p. p. inmolari adsuetae sunt, ad aram quae numini Augusto dedic. est VIIII et VIII k. Octobr. inmolentur;* cf. Marinius p. 81. Arvales quoque biduo sacrificasse docent acta Claud. D, quibus sacrum notatur utrumque, neque videtur dubitari posse, quin annis quoque 35 et 38 biduo immolatum sit. Quod si verum est, anno 38 certe ordo sacrificiorum diversus fuit ab eo, quo aetate Claudii Arvales utebantur: nam in actis Claud. D ante diem VIII kalendas Octobres in Palatio, i. e. in templo novo divi Augusti sacerdotes dicuntur immolasse, die autem antecedenti in Capitolio; e contrario anno 38 sacrum in templo novo ante diem VIIII kalendas Octobres factum est, ut, si hoc quoque anno biduo immolatum est, in Capitolio ante diem VIII fratres sacrificaverint. Cf. infra de loco et ratione huius sacrificii. — Nota post aetatem Claudii natalem divi Augusti desiisse celebrari.

b. IULIAE, POSTEA DIVAE AUGUSTAE.

[27 38] [a(nte) d(iem) III k(alendas) Februar(ias)] [1].

[1]) *sacrum* ob natalem divae Augustae *videtur inscriptum fuisse in actis Claud. A, quorum in fine solum verbum* Febr. *superest.*

Nota diei natalis Liviae sive Iuliae Augustae etsi in actis periit, cum in actis anni 38 sequatur sacrum celebratum pridie kalendas Februarias, antecedat sacrificium factum ante diem III kalendas easdem, ipsum hunc diem natalem eius fuisse colligitur: cf. *Relazione* p. 8. Natalis Liviae commemoratur etiam in titulis Or. 686 et Henzen 7165, item a Tacito (*Ann.* 6, 5) qui de sacerdotibus loquitur die natali Augustae epulatis. — Liviae post mortem Caesaris Augusti in familiam Iuliam nomenque Augustam adsumptae (Tac. *ann.* 1, 8; Suet. *Aug.* 101; Dio 56, 64), a Claudio demum divini honores tributi sunt (Suet. *Claud.* 11; Dio 58, 2: cf. Eckhel 6 p. 147 et 157).

c. TI. CAESARIS AUGUSTI.

[33] 35 [38] XVI k(alendas) Dec(embres) [1]).

[1]) *etsi nota diei in actis annorum* 33 *et* 38 *fracto lapide intercidit, tamen propter locum certum est de natali Tiberii ibi agi. E contrario in actis a.* 35 *excidit mentio natalis, quam in iis reponendam esse superstes indicat nota diei.*

Tiberius *natus est Romae in Palatio XVI kal. Dec. M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco conss. per bellum Philippense. sic enim in fastos actaque in publica relatum est* (Sueton. *Tib.* 5); cf. Dio 57, 18: *καὶ τὸν γοῦν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγέννητο.* Commemoratur dies eius natalis in fastis Antiatinis et in feriali Cumano (Henzen 5359): cf. Mommsen *C. I. L.* 1 p. 407.

d. ANTONIAE AUGUSTAE.

38 pr(idie) k(alendas) Februar(ias).

De Antonia Suetonius (*Claud.* 11): *(Claudius),* ait, *parentibus inferias publicas et hoc amplius patri circenses annuos natali die, matri carpentum, quo per circum duceretur et cognomen Augustae ab viva recusatum.* Contra Dio (59, 3) scribit de C. Caesare: *τήν τε τήθην τὴν Ἀντωνίαν πλεῖστα ὅσα εὐσεβῶς ποιήσας — ταύτην τε γὰρ Αὐγοῦστάν τε εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας, πάντα αὐτῇ καθάπαξ ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις ὑπάρχει, ἔδωκεν;* similiter Suetonius (*Cal.* 15): *Antoniae aviae quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatus consulto congessit.* Confirmant iam acta Arvalium ea quae de C. Caesare tradita accepimus.

e. GERMANICI CAESARIS.

38 [40] a(nte) d(iem) VIIII k(alendas) Iunias [1]).

[1]) *nota diei periit* 40.

Dies natalis Germanici Caesaris ex actis a. 38 demum innotuit, cum ex actis anni 40 id tantum desumi posset, non multo ante kalendas Iunias Germanicum natum esse.

f. AGRIPPINAE GERMANICI CAESARIS.

[39] *lapide fracto deficit nota diei, qui videtur in mensem Octobrem incidere, cf. 38.*

De C. Caesare scribit Suetonius (*Cal.* 15): *Tiberio . . . . pro contione laudato funeratoque amplissime, confestim Pandateriam et Pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit . . . et . . . Romam Tiberi subvectos . . . . Mausoleo intulit inferiasque is annua religione publice instituit et eo amplius matri Circenses carpentumque, quo in pompa traduceretur.* Itaque, ut patris, ita etiam matris diem natalem a C. Caesare celebratum esse consentaneum est.

g. C. CAESARIS AUGUSTI.

[38] [pr(idie) k(alendas) Septembr(es)].

h. TI. CLAUDII GERMANICI, QUI POSTEA IMPERAVIT.

[38 CLAUD. D?] [k(alendis) Aug(ustis)].

Natales C. Caesaris et Ti. Claudii Germanici Gaio imperante non possunt sine sacris suis fuisse, cum quae ad familiam principis spectant omnia Arvales in ea rettulerint, moti, ut videtur ipso quo in suos Caligula fervebat studio; cf. Eckhel 6 p 219 et nummi ab hoc descripti. — De natalibus C. Caesaris cf. Suetonius *Cal.* 8; *vita Commodi* 10 et 1; *fast. Vall. et Pigh.*, de Ti. Claudii Caesaris Augusti cf. Sueton. *Claud.* 2; Dio 60, 5; *fast. Vall.* et *Ant.* — Hunc credibile est indicatum esse etiam initio CLAVD. D, cum sacrum soli Iovi factum natalem cuiusdam videatur significare, et proxime sequatur natalis divi Augusti a. d. VIIII et VIII kalendas Octobres celebratus.

i. DIVAE DRUSILLAE?

[40] [. . . no]nas Iunias.

Cogitavi de Drusilla, quia propinquum aliquem C. Caesaris in actis indicatum fuisse patet, de ceteris autem fere constat hic non agi. Quod in actis anni 38 huius diei mentio non extat, inde colligo Drusillae demum vita functae et consecratae natalem celebrari coeptum esse: cf. acta a. 38; Sueton. *Cal.* 24 Dio 59, 11 cet.

k. AGRIPPINAE AUGUSTAE.

57 58 VIII id(us) Nov(embres).

Cf. *fasti Antiat.*

l. NERONIS CLAUDII CAESARIS AUGUSTI.

55 [57] 58 59 [60] XVIII k(alendas) Ianuar(ias).
Cf. Sueton. *Nero* 6

m. IMPERATORIS VITELLII GERMANICI.

[69*b*] [VIII k(alendas) Octobr(es) *vel* VII id(us) Septembr(es)].

Acta sacri ob Vitellii natalem facti quamquam fracto lapide ita interciderunt, ut solae litterae *atalem* supersint, tamen fragmentum satis certo ad Vitellium refertur, cum videatur fuisse in actorum anni 69 tabula altera. De natali Vitellii cf. Suetonius *Vitell.* 3.

n. GALERIAE VITELLII.

[69*a*] III non(as) Iu[nias].

De Vitellio scribit sic Suetonius (6): *uxorem habuit Petroniam consularis viri filiam — duxit mox Galeriam Fundanam praetorio patre, ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.* Tacitus (*hist.* 2, 64) dicit eam modestam neque immixtam tristibus, Trachalumque adversus criminantes protexisse narrat (l. c. 60).

Ab hoc inde tempore in acta collegii desinunt referri natales imperatorum tam viventium quam divorum, quamquam eos aetate etiam posteriore semper celebratos esse apud omnes constat: cf. exempla collecta a Marquardtio *R. A.* 4 p. 221 n. 1314. Marinius quidem in actis anni 186 mentionem factam esse existimat natalis Commodi (p. 427 428); sed non minus bene pro salute vel ob aliam quandam causam sacrum id factum esse potest. — Notandum praeterea plerumque imperatorum modo coniugumque eorum natales celebratos esse: nam quod imperantibus Tiberio et Nerone Iuliae Augustae et Agrippinae natales celebrantur, id per exceptionem factum est, quod aequa fere cum filiis potestate utebantur. Iam vero qui praeter illos in actis ponuntur natales ad domum Augustam pertinentes, omnes solo anno 38 commemorantur: nec dubito, quin a C. Caesare instituti post mortem eius statim sint aboliti.

Accedit sacrum ob adoptionem Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici celebratum

[58] 59 [NER. B] V k(alendas) Mart(ias).

Adoptatus est Nero a Claudio anno p. C. 50; cf. Tac. *ann.* 12, 25 seqq.; Suet. *Claud.* 39; Dio 60, 33 cet. Dies adhuc ignorabatur.

Acta, quae ad dies natales principum et adoptionem Neronis spectant, concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies, nisi lapide fracto, nunquam deficiunt et ubique primo loco ponuntur. Consules antiquiore potissimum aetate in actis non ponuntur nisi in principio. Nonnunquam adnotatur magisterium collegii. Scriptum igitur est sic:

27 33 35 38 39 40 CLAUD. D 55	*non repetita nota consulum*	*die illo.*
57 58 59 60 NER. B	isdem co(n)s(ulibus)	
69*a*	isdem co(n)s(ulibus) *die illo* mag(isterio) *illius* promag(istro) *illo* [1]).	

[1]) *fracto lapide interciderunt* 69*b*.

2. Locus.

Locus in actis nisi lapide fracto nunquam omittitur, refertur autem modo proxime post notam diei, modo versus finem capitis (cf. infra de ratione sacri). Immolabatur in Capitolio, nisi quod sacri ob natalem divi Augusti facti die altero in templo novo (a. 38) sive in Palatio (Claud. D) sacrificari solebat. Templum novum divi Augusti quod inchoatum a Tiberio Gaius Caesar primo imperii anno absolvit dedicavitque (Sueton. *Cal.* 21; Dio 59, 7 cf. 56, 46), situm erat ad forum pone aedem Castorum prope templum posteriore aetate a Domitiano Minervae dicatum (cf. tabulae honestae missionis, quae dicuntur, Tito posteriores), ut probat Suetonius (*Calig.* 22) *super templum divi Augusti ponte transmisso Palatium Capitoliumque coniunxit* Caligula. Nam pontem illum per tectum basilicae Iuliae ductum fuisse demonstravit Beckerus (*topogr.* p. 343 431; cf. Sueton. *Cal.* 37; Ioseph. *antiqq.* 19, 1, 11). Ad idem templum referenda sunt verba Plinii (*n. h.* 12, 94) *in Palatii templo quod fecerat divo Augusto coniux Augusta*: perperam enim de templis duobus cogitasse cum Marinium (p. 83 n. 21), tum Beckerum (l. c. p. 430) et Prellerum (*R. Myth.* p. 775 ed. 1), acta ostendunt anni 38 et Claud. D inter se collata, cum eadem sacra dicantur in templo novo et in Palatio facta esse. Cf. etiam quae ante effossa acta a. 38 de templo divi Augusti Mommsenus (*Bull. inst. arch.* 1845 p. 125 seqq.) et Prellerus (*Regionen* p. 150) exposuerunt. Ante id aedificatum in aede Martis divo Augusto sacra fiebant: cf. Dio 55, 46: *ἐν ᾧ δ᾽οὖν τὸ ἐν Ῥώμῃ ἡρῷον ἐγίγνετο, εἰκόνα αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Αὐγούστου*) *χρυσῆν ἐπὶ κλίνης ἐς τὸν τοῦ Ἄρεος ναὸν ἔθεσαν καὶ ἐκείνῃ πάντα ὅσα τῷ ἀγάλματι αὐτοῦ μετὰ τοῦτο χρῆσεσθαι ἔμελλον ἐνόμισαν.* In actis igitur a. 35 ad diem primam sacri ob natalem divi Augusti templum Martis videtur scriptum fuisse.

3. Sacrificiorum ratio.

CLAUD. D	natale *illius* [1]) in Capitolio immolavit *ille* magister (promagister) pro collegio fratrum Arvalium.

[1]) divi Augusti).

[27] — [*ille* promagister] in Capito[lio collegi fratrum Arvalium nomine immolavit ob] natalem *illius* [1]).

[1]) Iuliae Augustae.

38 [39] — *ille* promagister collegii fratrum Arvalium nomine natali *illius* [1]) in Capitolio [2]) *cet.* inmolavit.

[1]) Iuliae Augustae — Ti. Caesaris Augusti — Antoniae Augustae — Germanici Caesaris — *fortasse etiam* C. Caesaris *et* Ti. Claudii Germanici 38. — [Agrippinae Germanici Caes]aris matris [C. Caesaris Augusti Ger]manici 39.
[2]) [in Capito]lio nata[li *illius*] 39.

[35 40 55] — in Capitolio *ille* magister (promagister) collegi [1]) fratrum Arvalium nomine [2]) ob natalem *illius* [3]) *cet.* immolavit.

[1]) *om.* 55.
[2]) *pro verbis* collegi — nomine *legitur* ex dec[reto consulum (?)] 35
[3]) Ti. Caesaris divi August[i f. Augusti pontificis maximi] tribunic(ia) potestate XXXI[II co(n)s(ulis) V 35; Germanici [Caesaris] 40; — [divae Drusillae] Germanic[i filiae sororis] Augusti 40; — Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici principis [parentisque publici] 55.

57 — natale *illius* [1]) *ille* mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio.

[1]) Agrippinae Augustae.

58 [59] 59 (adopt.) [60 69] — *ille* magister (promagister) [1]) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob natalem *illius* [2]).

[1]) *nomina magistri et promagistri ablativo posita sunt* 69.
[2]) Agrippinae Aug(usti) matris 58; — Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici 58 59 60; — Galeriae Germanic[i imp(eratoris) III A]ugusti (sc Vitellii) 69*a*; — [Vitelli Germanici imperatoris III Augusti] 69*b*, *ut videtur*; — ob adoptionem Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici [58] 59.

Accedit sacrum ob natalem divi Augusti factum die altera, cuius acta concepta sunt sic:

[35 38] — *ille* promagister collegii fratrum Arvalium [nomine in templo n]ovo natali divi Augusti *cet.* [inmola]vit [1]).

[1]) *desumpsi ex actis a.* 38: *in actis enim a.* 35 *fere tota interciderunt.*

CLAUD. D — in Palatio *ille* magister pro collegio fratrum Arvalium immolavit.

Sacrificabant Arvales numinibus his victimas hasce:

[33 35] 38 [39 CLAUD. D?] *(nat. divi Aug. — Iuliae Aug. — Ti. Caesaris — Antoniae Aug. — Germanici — Agrippinae Germ. — Claudii?)* — Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem.

CLAUD. D *(nat. divi Aug.)*	*ut supra, sed accedit:* ad aram gentis Iuliae vaccam.
40 *(nat. Germanici et divae Drusillae)*	Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vaccam, Minervae vaccam.
57 58 *(nat. Agrippinae matris Neronis)*	*ut 40, sed accedunt haec:* Saluti publicae vaccam, Concordiae [1]) vaccam.

[1]) Concordiae ipsius 58.

[55 57] *(nat. Neronis)*	*ut 40, sed accedunt haec:* Saluti [publicae vaccam], Genio eius [taurum] [1]).

[1] *desumpsi ex actis a. 55: similiter videtur scriptum fuisse in actis a. 57, in quibus lapide fracto fere omnia interciderunt.*

58 59 60 *(nat. Neronis)*	*ut 40, sed accedunt haec:* Saluti publicae vaccam et Concordiae honoris Agrippinae Aug(ustae) [1]) vacc(am), Genio ipsius taurum.

[1]) *pro verbis* et — Aug(ustae) *in actis a.* 59 *legitur* Felicitati, *in actis a.* 60 Felicitati publicae vaccam Concordiae.

[58] 59 *adopt. Neronis* [NER. B]	*ut 40, sed accedunt:* Saluti publicae [1]) vaccam.

[1]) *in actis anni 58 spatium videtur poscere* Saluti publicae populi Romani. — *In actis* NER. B *lapide fracto tota perierunt.*

[69*a*] *(nat. Galeriae)*	*ut nat. Agrippinae 57 58, sed accedit* Gen(io) ips(ius) tauru[m].

Die, quo ob natalem divi Augusti immolabatur, altero Arvales sacrificabant:

[38]	divo Augusto [bovem marem].
CLAUD. D	divo Aug(usto) bovem marem et divae Aug(ustae) vaccam.

De ceteris natalibus quamquam lapidibus fractis minus certo constat, videtur in iis soli Iovi optimo maximo bos immolatus esse, cum ad annos 27 et 38 pertineant, quibus ob natales principum non immolari solebat nisi Iovi. Anno autem 40 ob natales Germanici et, ut mihi videtur, Drusillae Iunoni quoque et Minervae immolatum est. Id quod nescio utrum eo anno omnibus natalibus factum sit et post mortem C. Caesaris omissum, an in honorem patris modo sororisque dilectissimae factum: nam acta Claud. D, quamquam posteriora sunt, solum Iovem nominant, adiuncto sacrificio ad aram gentis Iuliae facto, cum ad divum Augustum sacrum pertineat. Haec ara commemoratur in tabulis quae dicuntur honestae missionis *C. I. L.* 3 nn. 4 5 6 7 8 de eaque pluribus disseruit Mommsenus *Bull. inst. arch.* 1845 p. 122. — Deinde Neronis aetate praeter Iovem Iuno, Minerva, Salus publica constanter in actis commemorantur, ad easque accedit Concordia, cum pro Agrippina sacrum fit; pro Nerone cum sacrificatur, annis prioribus Genius eius additur, annis posterioribus praeter Genium Concordia honoris Agrippinae viva ea, post caedem matris Felicitas Felicitasve publica (cf. ad sacrificia ob imperium facta), in actis a. 60 etiam Concordia. Ad sacrificium quod ob natalem divi Augusti in templo novo ipsi divo Augusto fiebat, ab eo inde tempore, quo a Claudio inter deos Livia relata est, sacrum accessit divae Augustae ibidem faciendum.

4. Praesentes.

Nomina eorum, qui adfuerunt, nisi fracto lapide perierunt, ad finem actorum addi solent his verbis praescriptis:

[27] *lapide fracto deficit.*

[33] 35 88 CLAVD. D 39 40 55 57 } adfuerunt.

58 59 60 [69a] in collegio adfuerunt [1]).

[1]) *lapide fracto etsi intercidit formula, scriptum fuisse* in coll(egio) adf(uerunt) *ostendunt ea quae praecedunt* 69^a; *in fragmento* 69^b *omnino periit.*

Exceptionem faciunt acta natalis Antoniae Augustae a. 38, cui praeter eum qui immolavit, fratres Arvales non videntur adfuisse, cum non adscripta sint praesentium nomina. Minus certo de Germanico constat: actis enim ad natalem eius pertinentibus praesentes non sunt adscripti, sed cum sequatur caerimonia eodem die ob cooptationem novi collegae facta, eiusque ad acta adscripti sunt ii qui adfuerunt, hi ad utramque caerimoniam referri possunt.

IV. SACRIFICIUM ANNIVERSARIUM FACTUM OB CONSECRATIONEM DIVAE AUGUSTAE.

Sacrificium ob consecrationem divae Augustae semel in actis commemoratur (Claud. A), neque celebratum est nisi imperante Claudio, a quo inter divos Livia recepta erat (cf. supra de die natali eius): nam in actis aetatis Neronis nulla eius mentio extat. Sacrificium autem anniversarium esse nec intellegendum esse sacrum tum factum, cum primum Livia consecrata est, inde apparet, quod paucis diebus ante divae Augustae immolatum esse eadem acta ostendunt. Dubitat quidem Marinius (p. 78), num re vera ad consecrationem haec acta referenda sint, cum nec de lectione plane constet nec quod in actis est verbum *item* bene respondeat iis quae praecedunt: sed verbum *consecratione* certum videtur esse, verbum autem *item* fortasse emendandum in *i[n] tem[plo]*, cum mentio loci, in quo sacrificatum est, vix omitti potuerit. Quod templum necesse est fuerit divi Augusti. Acta autem concepta sunt sic:

> XVI k(alendas) Febr(uarias) [ob consecr]ationem divae Aug(ustae) i[n] tem[plo novo] divo Augusto bovem mar[em, divae Augusta]e vaccam. adfuerunt *illi*.

Claudius cum a. d. VIIII kalendas Februarias anni 41 imperium auspicatus sit, sacrificium autem anniversarium pro consecratione Livae mense Ianuario ineunte factum esse haec acta ostendant, illa facta esse nequit ante annum 42. Acta igitur haec concepta sunt anno 43 vel anno aliquo posteriore, tamen ante annum 48: cf. ad acta Claud. A.

V. SACRIFICIUM ANNIVERSARIUM FACTUM OB MEMORIAM TI. CAESARIS.

In actis anni 38 leguntur haec:

> [a(nte) d(iem) VIII (VII?) k(alendas)] Iunias [C. Caesar Augustus German]icus magister collegii fratru[m Arvalium ob memoriam Ti. Ca]esaris avi sub diu in ara sac[rificavit . . . .] adfuerunt *illi*.

Sacrificium hoc cum sub divo factum sit, diis Manibus celebratum est, in honorem autem Ti. Caesaris factum esse verbum *avi* demonstrat. Tiberius cum vita functus sit a. d. XVII kalendas Apriles anni 37, hoc sacrum, quod mense Maio factum est, non potest esse anniversarium mortis eius, videtur igitur referendum esse ad funus amplissimum defuncto principi celebratum (cf. Ioseph. *antiqq.* 18, 6, 10; ib c. 15), quod non statim post mortem ductum esse consentaneum est. Haec quae supra dixi exposuit accurate Mommsenus in *Relazione* p. 11 12. — Hoc sacrum iam anno 40 omissum esse acta huius anni ostendunt, nam minus recte idem (l. c.) in iis eius memoriam repperisse sibi visus est. De die inde fere constat, quod praecedit mentio diei VIIII kalendas Iunias, sequitur commemoratio magni sacri annui quod factum est diebus VI IIII III kalendas Iunias. Non restant igitur nisi dies VIII et VII kalendas Iunias; nam diem VII olim (cf. *Ann. inst. arch.* 1867 p. 244) perperam me exclusisse detecto fragmento *d* nunc constat. — Adfuerunt sacro Arvales octo, scilicet plures quam qui illo anno in actis commemorari solent: id quod facile inde explicatur, quod imperator ipse in memoriam imperatoris defuncti immolavit.

VI. SACRIFICIUM ANNIVERSARIUM FACTUM OB MEMORIAM DOMITII PATRIS NERONIS.

Cn. Domitius Ahenobarbus (cf. in indice nominum) excessit anno p. C. 40: nam teste Suetonio (*Ner.* C) Nero trimulus patrem amisit, natus autem est *post octavum mensem, quam Tiberius excessit, XVIII kalendas Ianuarias*, anni sc. 37. Hunc *memoriae Domitii patris honores maximos habuisse* idem tradit Suetonius (l. c. 9; cf. Tac. *ann.* 13, 10) actaque confirmant Arvalium, quae concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies ubique primo loco notantur, omittuntur tamen nomina consulum in actis iis, quibus semel ab initio ponuntur.

55	*(nota consulatus omissa)* III idus Decembr(es).
57 58 59	isdem co(n)s(ulibus) III idus Dec(embres).

2. Locus.

Fiebant sacrificia *in sacra via ante domum Domitianam,* neque tamen eodem semper loco indicatio locorum in actis ponitur, quae ordinata sunt sic:

55	*notam diei proxime sequuntur verba* in sacra via, *verba autem* [ante] domum Domitianam *versus finem actorum collocata sunt ita, ut proxime praecedant verba* ob memoriam *cet.*
57	in sacram viam *verba proxime praecedunt verba quae sunt* memoriae *cet. omissa accuratiore loci indicatione.*
58 59	in sacram viam [1]) ante domum Domitianam *posita sunt proxime ante verba* memoriae *cet.*

[1]) in sacra via 59.

3. Ratio sacrificii.

[55] *ille* pro magistro fratrum Arvalium [nomine immolavit ex edicto (?)] Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici principis [parentisque publici *cet.*] ob memoriam Domiti patris [eius bovem marem].

57 ob natalem Cn. Domitii Ahenobarbi *ille* mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit *cet.* memoriae Cn. Domiti b(ovem) marem.

58 59 *ille* mag(ister) *ut supra, nisi quod omissa sunt verba* ob natalem *cet.*

Acta annorum 57 58 59 differunt ab actis anni 55, quibus cum vix possit dubitari quin edicti Neronis mentio facta fuerit, de ipsa sacri institutione videtur agi. Id iis confirmatur quae in Annalibus eiusdem anni 55 exeuntis Tacitus (*Ann.* 13, 10) tradit de effigie Cn. Domitio patri a Nerone petita. Die natali Domitii sacrum factum esse, neque die eo quo vita functus est, ex actis discimus anni 57.

4. Praesentes.

Nomina eorum qui adfuerunt in actis anni 55 mihi probabilius est omissa esse ab eo qui acta concepit quam praeter promagistrum in collegio fratres adfuisse nullos. Quamquam enim temporibus parum tranquillis Vitellii factum est, ut solus promagister ad sacrum faciendum praesto esset (cf. acta a. 69), id haud facile crediderim aetate quoque evenisse Neronis, praesertim cum hoc imperante maiore quam consueverant numero Arvales in collegio adesse solerent. — In actis annorum 57 58 59 formula usurpatur consueta quae est:

in collegio adfuerunt.

VII. SACRIFICIA FACTA OB IMPERIUM, TRIBUNICIAM POTESTATEM, CONSULATUM, SACERDOTIA, PONTIFICATUM MAXIMUM IMPERATORUM, ITEM OB APPELLATIONEM PATRIS PATRIAE.

Acta supersunt haec quae pertinent ad sacrificia facta:

a. OB IMPERIUM.

[38] + 39 a(nte) d(iem) XV k(alendas) Apriles — quod hoc die C. Caesar Augustus Germanicus a senatu imper[ator appellatus est].

De morte Tiberii Caesaris consentiunt Tacitus (*ann.* 6, 50): *septimum decimum kal. Apriles interclusa anima creditus est mortalitatem explevisse* cet. et Suetonius (*Tib.* 73), cum XVII k. Apr. Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino consulibus eum vita functum esse narrat, contra Dionem (58, 28) tradentem die vigesimo sexto Tiberium mortuum esse. Illud acta Arvalium confirmant. — Cum imperio C. Caesaris coniungendum est sacrum factum quotannis ob adventum eius; quod in actis indicatum est sic:

[38] a(nte) d(iem) V k(alendas) Apriles — [quod] hoc die [C.] Caesar Augustus Germanicus urbem ingressus est.

Quae verba intellegenda esse de primo eius ingressu post imperium initum facto ipsa diei nota confirmat: de itinere autem eius ex Campania Romam Suetonius (*Cal.* 13) narrat: *Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu, et funus Tiberii prosequens, tamen inter altaria et victimas ardentisque taedas densissimo et laetissimo obviorum agmine incessit, super fausta nomina sidus et pullum et pupum appellantium.*

58 [66] III idus Octobr(es) — ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici [1]).

[1]) *etsi ex actis a.* 66 *exiguae reliquiae supersunt, videtur tamen respondere locus, quo leguntur, ei loco quo sacrum anniversarium imperii ponendum erat.*

De die imperii Neronis cf. Tacitus *ann.* 12, 69.

[69] [XVII (?) k(alendas) Febr(uarias) — ob imperium imp(eratoris) Othonis Caesaris Aug(usti)] [1]).

[1]) *etsi fracto lapide omnia haec deficiunt, sacrum ibi commemoratum fuisse ostendunt et locus, quo excidit, et nomina quae supersunt deorum.*

Sacrum ob imperium Othonis in actis defuisse nequit, cum potestas eius tribunicia, consulatus, pontificatus ab Arvalibus celebrati sint. Tacitus (*hist.* 1, 27 seqq.) die octavo decimo kalendas Februarias occisum Galbam imperiumque Othoni delatum esse narrat: quapropter cum sacerdotum collegia primo quoque die convenire solerent ad imperium novi principis celebrandum, nec id factum esse possit ipso die, quo imperium Otho auspicatus erat, diem proxime sequentem recepi. Potest tamen et die aliquo posteriore immolatum esse: cf. caput quod sequitur de imperio Vitellii.

69 k(alendis) Mai(is) ob diem imperi [Vitelli] Germanici imp(eratoris), quod XIII k(alendas) Mai(as) statutum est.

Enarrato proelio Bedriacensi morteque Othonis Tacitus (*hist.* 2, 55) sic pergit: *at Romae nihil trepidationis; Ceriales ludi ex more spectabantur; ut cessisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere . . . . in senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur* cet. Cerialium dies ultimus ac primarius fuit dies XIII kalendas Maias (cf. *C. I. L.* 1 p. 301), qui in actis indicatur ut dies imperii Vitellii.

[81] XV[III k(alendas) Octobr(es)] . . . . . ob imperium Caes[ari]s divi f(ili) Domitiani Aug(usti).

Defuncto imperatore Tito Caesare in villa Cutiliarum idibus Septembribus (Suet. *Tit.* 11; cf. *Vesp.* 24 et Dio 66, 17) quam celerrime Domitianus Romam venit, fratre etiam tum vivo ex Sabinis profectus (Suet. *Domit.* 2: *correptum gravi valetudine [Titum] prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deseri iussit;* Dio 66, 26: *ἔμπνουν γάρ τοι αὐτὸν ὄντα καὶ τάχα περιγενέσθαι δυνάμενον ἐς λάρνακα χιόνος πολλῆς γέμουσαν ὁ Δομιτιανὸς ἐσέβαλεν, ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ. ἔτι γοῦν ζῶντος αὐτοῦ ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀφίππευσε καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσῆλθε, τήν τε ἐπίκλησιν καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε κτλ.*). In urbe autem comperta morte Titi *senatus prius quam edicto convocaretur, ad curiam cucurrit, obseratisque adhuc foribus, deinde apertis tantas mortuo gratias egit* cet. (Suet. *Tit.* 11). Itaque die proximo, postquam Titus excessit, Domitianus in urbe imperator potest agnitus esse. Id confirmatur his quae de vita Domitiani Dio (67, 18) narrat: *Δομιτιανὸς δὲ ἔζησε μὲν ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἐμονάρχησε δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα καὶ ἡμέρας πέντε.* Natus autem erat Domitianus ante diem VIIII kalendas Novembres (Suet. *Dom.* 1); interfectus est ante diem XIIII kalendas Octobres (id. 17): a die autem vigesimo quarto Octobris anni 51 usque ad diem decimum octavum Septembris anni 96 vere numerantur anni quadraginta quattuor cum mensibus decem et diebus viginti sex. Item si de die decimo octavo Septembris anni 96 anni deducuntur quindecim et dies quinque, quibus Domi-

tianus imperasse a Dione traditur, ad diem pervenitur decimum quartum mensis Septembris anni 81, quem in actis restituimus.

b. OB TRIBUNICIAM POTESTATEM.

57 58 pr(idie) non(as) Dec(embres) ob tribunic(iam) potestatem [1]) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici.

[1]) ob tribuniciae potestat is) 57.

69 pr(idie) k(alendas) Mart(ias) — ob comit(ia) trib(uniciae) pot(estatis) imp(eratoris) [1]).

[1]) sc. Othonis Caesaris Aug(usti).

69 pr(idie) k(alendas) Maias ob comitia trib(uniciae) pot(estatis) [Vitelli] Germanici imp(eratoris).

81 pr(idie) k(alendas) Oct(obres) — [ob co]mitia tribunicia Caesaris divi f(ili) Dom[itia]ni Aug(usti).

De comitiis sub imperatoribus qui nuper pluribus egerunt Mommsenus (*Hermes* 3 p. 92—95) et Stobbius (*Philologus* 31, 2 p. 288—295), in eo potissimum inter se dissentiunt, quod ille renuntiatos magistratus in campo esse statuit pluribus diebus postquam in senatu creati essent, hic eodem die et creatos esse et renuntiatos. Et Mommsenus quidem iis nititur, quae in *Panegyrico* (59—77) de consulatu suo narrat Plinius, eumque putat temporis ordinem diligenter secutum esse: hoc negat Stobbius sententiam suam firmans iis, quae Vopiscus *(Tac.* 3) rettulit. Tacitus cum a senatu imperator electus esset in curia, *inde itum ad campum Martium, ubi comitiale tribunal ascendit:* quo facto renuntiavit praefectus urbi, adclamavit populus. At hoc res poscebat, ut Tacitus statim populo renuntiaretur imperator, de singulis autem potestatibus ei tribuendis tanta festinatione minime opus erat. Praeterea Stobbius omnino neglexit ea, quae de tribunicia potestate Othonis tradita accepimus. Scribit enim Tacitus (*hist.* 1, 47), cum de imperio ab eo sumpto verba facit: *vocat senatum praetor urbanus; certant adulationibus ceteri magistratus, adcurrunt patres; decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores* cet. Decreta igitur ei est potestas tribunicia a. d. XVII kalendas Februarias: at in comitiis renuntiata pridie demum kalendas Martias. — Vitellio porro tribuniciam potestatem una cum imperio decretam esse Tacitus quamquam non plane dicit, tamen significat, cum ei *in senatu* narrat (l. c. 2, 55) *cuncta longis aliorum principatibus composita statim decreta esse:* decreta igitur est tribunicia potestas a. d. XIII kalendas Maias, comitia habita pridie kalendas easdem. — Similiter Domitiano videtur tribunicia potestas statim delata esse, cum imperium summa festinatione arripuerit (cf. quae de imperio eius p. 64 exposuimus): at comitia eius diebus quindecim post facta sunt. Constat igitur intervallum modo longius modo brevius inter tribuniciam potestatem decretam et renuntiatam intercessisse, itaque Neroni quoque quamquam putanda est una cum imperio a. d. III idus Octobres decreta esse, comitiorum dies pridie demum nonas Decembres ab Arvalibus celebratur. Quapropter perperam iudicavimus tam Rossius (*Bull. crist.* 1866 p. 61) et ego (*Hermes* 2 p. 48 seqq.; *Ann. inst. arch.* 1867 p. 251 seqq.), cum imperium a. d. III idus Octobres, tribuniciam potestatem pridie nonas

Decembres a senatu Neroni decreta esse poneremus, quam Mommsenus (*Hermes* l. c. p. 56 seqq.), cum ante mortem Claudii pridie idus Decembres tribuniciam potestatem ei collatam, vel certe de collata decretum postea fictum esse coniceret.

c. OB COMITIA CONSULARIA.

59 IIII non(as) Mart(ias) — ob comitia consularia Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici.

Comitia haec referenda esse ad consulatum Neroni anno 51 delatum in annum 55 contra Rossium (*Bull. crist.* 1866 p. 61) recte posuit Mommsenus (*Hermes* 2 p. 63; 3 p. 94 n. 3). Nam neque fieri poterat, ut princeps, si IIII demum nonas Martias consul IIII renuntiatus est, kalendis iam Ianuariis eiusdem anni consul IIII designatus diceretur, et similia, quae in actis Arvalium notata sunt sacrificia, vel anniversaria sunt, vel ob primum consulatum primamve tribuniciam potestatem fiunt, prorsus autem diversa sunt a sacris quae ob introitum consulatus kalendis Ianuariis fieri solebant (cf. infra p. 74). Confirmatur praeterea Mommseni sententia eo, quod eodem fere tempore pontificatus quoque Neroni datus est: cf. caput sequens. De Nerone consule designato Tacitus (*ann.* 12, 41) tradit haec: *Ti. Claudio quintum, Servio Cornelio consulibus virilis toga Neroni maturata, quo capessendae rei publicae habilis videretur. Et Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicesimo aetatis anno consulatum Nero iniret atque interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet* cet. Id prioribus mensibus anni 51 factum esse ipse declarat locus quo in annales a Tacito relatum est. Eiusdem rei mentio fortasse superest in fragmento exiguo Claud. E, nisi id consularem potius ad processum cuiusdam principis referendum est.

69 VII k(alendas) Febr(uarias) — ob [c]omitia consularia imp(eratoris) Othonis Caesar(is) Aug(usti).

Otho caesis consulibus ordinariis Galba Vinioque Rufino (Tac. *hist.* 1, 41. 42) cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse consulatum suscepit (cf. Tac. l. c. 77 et *Eph. epigr.* I p. 190). Renuntiatum igitur eum esse VII k. Febr. cum acta doceant, quo die nominatus sit non constat. Recte autem in actis ad illum diem consules nulli citantur, quod consules antequam in comitiis renuntiati essent, nec pro magistratibus legitimis haberi nec in documentis commemorari poterant. De creatione vero vel potius nominatione consulum in senatu eorumque renuntiatione in comitiis cf. Mommsen *Staatsrecht* I p. 485.

d. OB SACERDOTIA ET PONTIFICATUM MAXIMUM.

59 III nonas Mart(ias) — [ob po]ntificatum Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici.

Nero cum III nonas Martias inter pontifices receptus sit, sacerdotium accepit die proximo post eum quo comitia eius consularia habita sunt. Inde

apparet pontificatum quoque ei datum esse anno 51, cum togam virilem sumeret: cf. antea de comitiis consularibus eius p. 66.

69 III non(as) Mart(ias) — ob comitia sacerdotior(um) imp(eratoris) O[t]honis Aug(usti).

Sacerdotia Othoni collata intellegenda sunt quattuor magnorum collegiorum sacerdotalium, quae sunt pontificum, augurum, quindecim virum sacris faciundis, septem virum epulonum et quinti quod post mortem Caesaris Augusti institutum est sodalium Augustalium. In ea enim adscribebantur principes statim postquam imperium auspicati sunt (Dio 53, 17: *ἔκ τε τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι κτλ.*; cf. Mercklin *Coopt.* p. 152; Marquardt *R. A.* 2, 3 p. 301). — Sacerdotum collegia temporibus antiquioribus per cooptationem novos collegas in defunctorum loca allegebant (cf. Mercklin l. c. p. 84 seqq.), donec *Cn. Domitius in tribunatu pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit* (Suet. *Ner.* 2). Id anno p. u. c. 650 factum esse Asconius (*ad Cornel.* p. 81) refert (*Cn. Domitius tribunus fuerat ante II et XL annos, C. Mario II, C. Fimbria consulibus*), anno autem 651 Velleius (2, 12) scribit: qui *tertius* (sc. consulatus Marii) *in apparatu belli consumptus, quo anno Cn. Domitius trib. pl. legem tulit, ut sacerdotes, quos ante collegae sufficiebant, populus crearet. Tulit* autem, ut tradit Cicero (*de leg. agr.* 2, 7, 18), *quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.* Electi igitur sunt ex eo inde tempore sacerdotes eadem ratione, qua pontifex maximus fieri solebat, scilicet per tribus septemdecim, ita tamen ut populus suffragia non ferret nisi de iis qui a collegio nominati erant (cf. Mercklin l. c. p. 138 seqq.). Ius vero creandorum sacerdotum sublatum a Sulla (Ascon *in divin.* 8. p. 102), a Caesare per T. Labienum tribunum plebis anno 691 restitutum (Dio 37, 37: *καὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιηνοῦ, σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον αὖθις ὁ ὅμιλος παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομιτίου*; cf. Mercklin l. c. p. 143 seqq.) aetate imperatorum, comitiis a Tiberio, ut ait Tacitus (*ann.* 1. 16), e campo ad patres translatis, et ipsum ad imperatorem et senatum ita transiit, ut sacerdotes quidem privati a collegis nominari et ab imperatore in senatu proponi solerent, imperatoribus autem principibusque domus Augustae ab ipso senatu sacerdotia tribuerentur (cf. Borghesi *mem. dell' Inst.* I p. 272 seqq., 292 seqq., opp. 3 p. 409 seqq., 428 seqq.). Neque tamen semper eo iure videntur usi esse principes, cum haud raro non memorata principum auctoritate sacerdotes dicantur cooptati esse (cf. infra de cooptatione), eosque necesse est ab ipsis collegiis in senatu propositos esse. Sacerdotes autem sive in senatu propositi sive ex senatus consulto creati renuntiabantur in comitiis: cuius rei praeter acta Arvalium testis est Seneca (*de benef.* 7, 28, 2) cum scribit: *sic evenit, ut circa consularia occupato c o m i t i a aut s a c e r d o t i o r u m candidato quaesturae suffragator exciderit.* Renuntiationem denique in comitiis factam sollemnis secuta est cooptatio, qua de cf. infra.

69 VII idus Mart(ias) — ob comitia pontif(icatus) max(imi) Othonis Aug(usti).

Othoni cum antea viderimus omnes principum honores una cum imperio

delatos esse, dubium non est quin pontificatus quoque maximus primo statim imperii die a senatu decretus sit. — De creatione pontificis maximi a collegio ad comitia translata ita ut minor pars populi (sc. septemdecim tribus) vocaretur, cf. Mercklin l. c. p. 92 seqq. 137 seqq.; idem p. 149 seqq. de pontifice maximo aetate imperatorum a senatu creato, cuius rei testes gravissimos habemus Capitolinum (*Macrin.* 7): (*senatus*) *eundem, cum scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores vocant, pontificem maximum appellavit;* Lampridium (*Sev. Alex.* 8): *gratias vobis, patres conscripti, non nunc primum, sed et de Caesareano nomine et de vita servata et Augusti nomine addito et de pontificatu maximo et de tribunicia potestate et proconsulari imperio. quae omnia novo exemplo uno die in me contulistis;* Vopiscum (*Prob.* 12): *decerno igitur, patres conscripti, votis omnium concinentibus nomen imperatorium, nomen Caesareum, nomen Augustum. addo proconsulare imperium, patris patriae reverentiam, pontificatum maximum, ius tertiae relationis, tribuniciam potestatem.* — Senatus videtur usus esse iure pontifices creandi ab eo inde tempore, quo a Tiberio comitia e campo ad eum translata sunt: ut autem et magistratus et ceteri sacerdotes a senatu creati, ita pontifex quoque maximus in comitiis populi renuntiabatur. Cuius rei primum, ni fallor, exemplum acta Othonis exhibent.

e. OB APPELLATIONEM PATRIS PATRIAE CLAUDIO DECRETAM.

[CLAUD. A.] . . dus Ianuar(ias) *cet.* quod Ti. Claudius Cae[sar August]us p(ater) p(atriae) appellatus [est].

Collatis nummis Claudii inscriptis COS · DES · IT · PON · M · TR · P · IMP (Eckhel 6, 238) cum iis, qui exhibent COS · II · PON · M · TR · P · IMP · P · P (l. c. 239), Borghesius (*ann. inst. arch.* 1849 p. 33, opp. 5 p. 192) collegit ineunte anno 42 eum patrem patriae appellatum esse ad eundemque annum pertinere putavit acta Arvalium ea, de quibus agimus. Sed fugit eum non potuisse sacrificari divae Augustae ante idus Ianuarias, cum eodem demum anno ante diem XVI kalendas Februarias Livia consecrata sit (cf. acta consecrationis eius p. 60). Itaque quae in actis descripta sunt sacrificia Arvalium, anniversaria sunt instituta ob memoriam Claudii patris patriae appellati et Iuliae Augustae inter divos receptae. Ex quorum mentione nihil aliud sequitur nisi ante annum 43 acta haec non esse exarata; eadem posteriora non esse anno 48 supra demonstratum est: cf. ad acta Claud. A. De titulo patris patriae a Claudio accepto cf. Dio 60, 3.

f. OB COMITIA QUAEDAM INCERTA.

69 *fracto lapide interciderunt omnia exceptis litteris quae sunt* [ob com]itia, *quae utrum ad tribuniciam potestatem, an ad consulatum pontificatumve spectent definiri nequit. Ob formam tamen litterarum ad Vitellium actorumque anni 69 tabulam alteram fragmentum rettuli.*

In actis superstitibus commemorantur sacrificia facta ob imperium C. Caesaris, Neronis, Othonis, Vitellii, Domitiani; ob tribuniciam potestatem Neronis, Othonis, Vitellii, Domitiani; ob comitia consularia Neronis et Othonis; ob pontificatum Neronis; ob sacerdotia et pontificatum maximum Othonis; ob Claudium patris patriae nomine appellatum; denique ob ingressum in urbem C. Caesaris. Ex his anniversaria quidem sunt sacra in honorem C. Caesaris, Claudii, Neronis facta, quippe quae vel pluribus annis commemorentur vel post annum certe eum quo primum instituta erant. Desinunt tamen singula celebrari defunctis singulis imperatoribus, ad quos pertinent. — De Othone et Vitellio qui paucis mensibus imperarunt, nihil certi affirmare licet, quamquam si diutius illi imperium tenuissent, futurum fuisse puto ut haec quoque sacra quotannis repeterentur. At sacrificia pro Domitiano semel facta esse satis declarant acta annorum 87 90 91, in quibus quamquam servata est pars posteriores menses complectens, deest mentio sacrorum de quibus agitur. Post Domitianum cum omnino commemorari desinant et imperium et tribunicia potestas consulatusque et pontificatus maximus, sacra anniversaria eorum celebrata non esse constat, quamquam definiri nequit, num ne primo quidem anno mentio eorum facta sit, cum nulla supersint acta integra primi anni principis alicuius. Itaque sub primis imperatoribus sacrum imperii solum anniversarium celebratum est, id quod acta demonstrant anni 38 integra loco eo, quo acta poni debebant ad tribunatum et pontificatum spectantia. Num iam a Claudio nova sacra anniversaria instituta sint, incertum est, Nerone certe imperante memoriam celebratam esse vidimus tribuniciae potestatis, consulatus, pontificatus. De Vespasiano ac Tito nihil scimus nisi quod eiusmodi sacra anniversaria sub Tito certe non esse celebrata confirmant acta annorum 80 et 81 collata cum iis quae de morte Vespasiani Suetonius (*Vesp.* 24) refert. De Domitiano tamen quae antea exposuimus cum consentiant cum iis, quae de Tito diximus, sacra illa anniversaria ab aetate iam Vespasiani fieri desierunt, continuata sunt sacra ob imperium primum delatum: quae etsi post Domitianum in actis superstitibus non commemorantur, fieri tamen potest ut sub imperatoribus quoque posterioribus celebrata sint. Quamquam numerus sacrorum ab Arvalibus celebratorum inde ab aetate ut videtur, Flaviorum, certe Domitiani valde deminutus est: cuius rei luculentum praebet documentum sacrum plane neglectum quod antea ob consulatum principis kalendis Ianuariis fieri solebat. Quod licet non minus recte fortasse inter sacra extra ordinem facta recenseri possit, hoc loco de eo agendum esse duxi, quia et ipsum ad honores pertinet ab imperatore susceptos. Eius exempla in actis supersunt haec:

[39] k(alendis) Ianuaris — [ob con]sulatu[m C. Caesaris Aug(usti) Germanici] [1]).

[1]) *nomina consulum C. Caesaris Augusti et L. Apronii Caesiani supra tabulam exarata sunt.*

[57] [k(alendis) Ianuariis] — ob alterum c[onsulatum Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici)] [1]).

[1]) *fragmentum etsi exiguum est, non aliter videtur expleri posse.*

[58] 60 k(alendis) Ianuar(iis) — ob co(n)s(ulatum) Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici [1]).

[1]) *quamquam acta anni 58 prope tota deficiunt, de hoc capite dubitari nequit.*

[69] k(alendis) Ia[n(uariis)] *cetera lapide fracto interciderunt* [1]).

[1]) *videntur pertinere ad consulatum Galbae. Tamen in iis quae sequuntur, huius fragmenti rationem non habui, cum paucissimae eius litterae supersint.*

Fortasse addendum est fragmentum CLAVD. E anni incerti, in quo servata sunt verba *o]b consula[tum,* postea autem commemoratur *t]emplum no[vom,* in quo a. 57 ob consulatum Neronis videtur sacrificatum esse. Fieri tamen potest, ut ad sacrum potius anniversarium ob comitia consularia pertinuerit. — Acta porro habemus integra actorumve partes eas quae anni initium complectantur annorum 75 77 87 90 118 145, quibus imperatores fasces gesserunt neque kalendis Ianuariis sacrum ob consulatum est factum. Unde apparet hanc quoque caerimoniam, cum imperium ad Flavios transisset, vel abolitam esse vel desiisse ab Arvalibus in acta referri.

Sacrificiorum, quibus de agimus, acta concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies, nisi lapide fracto, nusquam deficiunt et primum semper locum obtinent. Praeter consules autem aetate posteriore nomina quoque magistri et promagistri in acta relata ita sunt, ut temporis indicandi causa usurpata ea esse pateat. Leguntur igitur in actis sic:

38 39 CLAVD. A 57 58 59 60 } *illis* co(n)s(ulibus) *die illo* [1]).

[1]) *anno* 38 *consules semel ponuntur ubi primum nominantur: de annis* 39 *et Claud. A, quamquam lapide fracto res minus certa est, videtur tamen idem dicendum esse.*

[66] 69 [81] *illis* co(n)s(ulibus) *die illo* mag(isterio) *illius*, promag(istro) *illo* [1]).

[1]) *magister et promagister in actis anni* 69 *proxime post diem notantur exceptis actis sacri celebrati ob diem imperii Vitellii, in quae relata sunt post causam sacri. In actis porro anni* 81, *ubi sacrum notatur ob imperium Domitiani factum, loco leguntur eodem, omittuntur autem in iisdem, ubi ob comitia tribunicia immolatum esse dicitur. In actis denique anni* 66 *magisterium quidem memoratur eodem loco quo in actis anni* 69 *notatum est, promagister autem, qui ipse sacra fecit, nominativo ponitur.*

2. Locus.

Locus nisi lapide fracto nunquam deficit, neque tamen semper eodem loco signatur: legitur enim in actis annorum

38 CLAVD. A 57 69 (*bis*) } *proxime ante nomina deorum quibus immolatur: deficit in actis a.* 38 *ad ingressum C. Caesaris pertinentibus.*

[39 57] 58 59 60 [66] 69 81 *(semel)* } *proxime ante causam sacri.*

81 *(semel)* *statim post notam diei.*

Immolabatur in Capitolio semper, praeterea ad (ante) templum novum vel in templo novo (sc. divi Augusti) ob imperium C. Caesaris Augusti anno 38 et Neronis anno 66, porro ob consulatum eiusdem kalendis Ianuariis anno 57. Item annis Claud. A et 58 quae ob appellationem patris patriae Claudio decretam imperiumque Neronis divo Augusto ceterisque divis facta sunt sacrificia, ea ad templum novum facta sint necesse est. — In foro Augusti ob imperium Vitellii immolatur Marti anno 69, eodemque loco anno 81 ob imperium Domitiani potest immolatum esse, quamquam indicatio loci omissa est.

3. Sacrificiorum ratio.

[38] *ille* promagister collegii fratrum Arvalium nomine quod *cet.* [in] Capitolio *illis diis victimas illas* inmol[avit, ante templum no]vom *cet.*

[CLAVD. A] [sacrum I]ovi [1]) quod *cet.* [in Capi]tolio *illis diis divisque victimas illas.*

[1]) [feriae I]ovi *restituit Marinius dubitans, cum insolita sit formula in actis Arvalium: nec minus incertum supplementum ego recepi.*

[57] [*ille* promagister collegii] fratrum Ar[valium nomine in Capitolio] ob *cet. diis illis victimas illas* et an[te templum novom] *divis illis victimas illas* [i]mmolavit.

57 69 (*bis*) ob *cet. ille* magister (promagistro) [1]) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio.

[1]) *de actis anni 69 cf. infra.*

[39] 58 59 60 [66] 69 *ille* magister (promagistro) [1]) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob *cet.* [2]).

[1]) *in actis anni 69 semel promagistri nomen nominativo additur, ita ut tamquam is qui immolavit ipse inducatur: ceteris locis ablativo ponitur, nihilo tamen minus eodem modo procedit oratio.*

[2]) *de actis a. 39 lapide fracto non plane constat, sed videntur eadem ratione fuisse concepta.*

81 *XVIII k. Oct.* collegius *(sic)* fratrum Arvalium immolavit in Capitolio ob *cet.* magisterio *illius* promagistro *illo.*

81 *pr. k. Oct.* in Capitoli[o ob] *cet.* collegius (*sic*) fratrum Arvalium per promagistrum *illum* victumis immo[l]at[i]s [1]).

[1]) *sequuntur victimae accusativo positae.*

Sacrificabant Arvales numinibus his victimas hasce:

a. OB IMPERIUM; ITEM OB INGRESSUM C. CAESARIS.

38 Iovi, Iunoni, Minervae hostias [1]) maiores tres, — divo Augusto unam.

[1]) victimas *acta ad ingressum C. Caesaris pertinentia.*

58 [66] Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, Minervae vacc(am), Felicitati publicae vacc(am), Genio ipsius taurum,

divo Aug(usto) b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Claudio b(ovem) marem [1]).

[1]) *in actis valde mutilis anni* 66 *videtur omissa esse aut Felicitas publica aut Genius imperatoris: ambos enim non capit spatium. At ante verba, quae sunt* divo Augusto *et quae sequuntur, inseruntur verba* in tem[plo novo], *et ad finem adnectuntur verba* [divae Claudiae] vir[gini vacc(am), divae Poppaeae Aug(ustae) vacc(am)].

69 81 Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Iovi vict(ori) b(ovem) m(arem) [1]), Saluti vacc(am), Felicitat(i) vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taur(um), in foro Aug(usti) [2]) Marti ultori taur(um), Genio ips(ius) taur(um).

Dedi acta ad diem imperii Vitellii pertinentia, quae integra supersunt. Aliter leguntur in actis ad imperium Othonis spectantibus:

[1]) Vic[t]oriae vacc(am).

[2]) *desunt verba* Genio populi Romani taurum, in foro Augusti; *in actis autem anni* 81 *Iuno epitheto* reginae *ornatur, et post* Felicitatem *omissis ceteris solum legitur* Marti taurum: *item antea deest Iupiter victor sive Victoria.*

Immolabatur igitur ob imperium primo solis numinibus Capitolinis divoque Augusto: deinde cum inter divos recepti essent Iulia Augusta et Claudius, mox Claudia Neronis filia et Poppaea Augusta, his itidem sacrum fiebat, additis et Felicitate publica et Genio principis. Anno porro 69 omissi sunt divi divaeque omnes, eorum autem loco invocantur Iupiter victor sive Victoria, Salus, Genius populi Romani, Mars ultor, temporibus utpote difficillimis ac bellorum plenis. Denuo cum ob imperium Domitiani sacrum fieret, omissi sunt Iupiter victor sive Victoria, Genius populi Romani, Genius ipsius, sc. Augusti. — De divis Claudia virgine et Poppaea Augusta cf. ad sacrum ob Augustalia factum p. 50. Iupiter victor, qui his certe actis cum Victoria videtur paene confundi, in actis anni 101 una cum ea invocatur: de eiusque templo in Capitolio loquitur Dio 45, 17; 47, 40; 60, 35, cf. Preller *R. Myth.* p. 176 ed. 1. — De Salute cf. ad acta votorum annuorum annis 87 et 90 concepta p. 94. — Felicitati in Capitolio sacra facta esse docent fasti Antiates ad kal. Iul. et Amiternini ad VII id. Oct.; de aede eius, quam in loco dirutae curiae Hostiliae Caesar fecit a. 710, vide Dionem 44, 5; cf. Becker *Topogr.* p. 310; Mommsen *C. I. L.* I p. 403 ad Oct. 9. — Genio populi Romani sive publico item in Capitolio ante diem VII id. Oct. sacrum fiebat (*fast. Amit.*): de aedicula eius ad forum Romanum in rostris sub clivo Capitolino posita cf. Mommsen l. c. et Becker *Topogr.* p. 344. 360. — Templum Martis ultoris in foro Augusti notissimum est, in eoque etiam Genio imperatoris immolatum esse praeter acta haec sacra quoque ostendunt anno 59 VIIII kalendas Iulias pro reditu Neronis facta. Neque videtur tamen semper in foro Augusti Genio ipsius immolatum esse, cum in actis ad natalem Neronis pertinentibus (cf. p. 57 58) in iisque quae ad comitia tribunicia, consularia, sacerdotalia spectant, solum commemoretur Capitolium, ac vix putem fieri potuisse ut brevitatis causa vel ob neglegentiam mentio fori Augusti toties excideret. Quamquam in actis sacri anno 58 pro imperio Neronis facti mentio templi novi desideratur, in

actis autem anni 81 locus, quo Marti immolatur, indicatus non est: cf. supra de locis sacrificiorum p. 71.

b. OB TRIBUNICIAM POTESTATEM.

57 58 81 Iovi b(ovem) marem, Iunoni [1]) vaccam, Minervae vaccam.

[1]) Iunoni reginae 81.

69 *ut supra, sed accedunt in sacris pro Othone factis*: Saluti vacc(am), Victoriae vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um); *in sacris ad Vitellium pertinentibus:* Saluti vacc(am), Gen(io) ipsius taur(um).

c. OB COMITIA CONSULARIA.

59 69 Iovi b(ovem) mar(em), Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum.

d. OB PONTIFICATUM, SACERDOTIA, PONTIFICATUM MAXIMUM.

[59] 69 *ut ob comitia consularia nisi quod in actis ad pontificatum maximum spectantibus ante Genium inseritur:* deae Diae vacc(am).

e. OB INTROITUM CONSULATUS.

[39] [Iovi bove]m marem, [Iunoni vaccam, Minervae vaccam et an]te statuas [C. Caesaris Aug(usti) Germanici [1]) . . . . .? item div]o Aug(usto) ad t[emplum novom b(ovem) m(arem)].

[1]) *supplementum valde incertum excogitavi propter ea quae de C. Caesare Suetonius (Cal. 22) narrat:* templum numini suo proprium et sacerdotes et excogitatissimas hostias instituit; cf. Dio 59, 26.

57 Iovi o(ptimo) m(aximo) bov[em marem, Iunoni vaccam, Minervae] vaccam et an[te templum novom divo Augusto bovem] marem et div[ae Augustae vaccam et divo Claudio bovem marem].

[58] 60 *ut ob comitia consularia.*

f. OB APPELLATIONEM PATRIS PATRIAE.

[CLAVD. A] Iovi bovem marem, Iun[oni vac]cam, Minervae vaccam,

Felici[tati v]accam, divo Aug(usto) bovem marem, di[vae] Augustae vaccam.

4. Praesentes.

Ii qui adfuerunt semper in fine ponuntur eorumque nomina nisi fracto lapide nusquam deficiunt. Praecedunt formulae hae:

38 CLAVD. A 57 adfuerunt.
58 59 60 69 81 in collegio adfuerunt.
[39 66] *fracto lapide deficit.*

Verbum *adfuer(unt)* legitur in actis anni 69 etsi solus promagister adfuerat, ut VII kalendas Februarias L. Salvius Otho Titianus, pridie kalendas Maias et kalendis Mais L. Maecius Postumus.

VIII. SACRIFICIA ANNIVERSARIA VARIA.

In solis actis anni 38 sacra commemorantur haec:

a(nte) d(iem) III k(alendas) Februar(ias) — in campo ad aram Pacis.

Legitur in fastis Praenestinis ad hunc diem sic: *feriae ex s(enatus) c(onsulto) quo[d eo] die ara Pacis Augusta[e in campo] Martio dedicata [e]st Druso et Crispino c[o(n)s(ulibus)]* (a. u. c. 745). Item habemus in monumento Ancyrano in Graecis 6, 20 seqq.: *ὅτε ἐξ Ἰσπανίας καὶ Γαλατίας, τῶν ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχείαις πραγμάτων κατὰ τὰς εὐχὰς τελεσθέντων, εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθον Τιβερίῳ [Νέ]ρωνι καὶ Ποπλίῳ Κοιντιλίῳ ὑπάτοις, βωμὸν Ε[ἰ]ρήνης Σεβαστῆς ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐπανόδου ἀφιερωθῆναι ἐψηφίσατο ἡ σύ[ν]κλητος ἐν πεδίῳ Ἄρεως, πρὸς ᾧ τούς τε ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοὺς ἱερεῖς τάς τε ἱερείας ἐνιαυσίους θυσίας ἐκέλευσε ποιεῖν*: unde Mommsenus (*res gestae* p. 31) Latina restituit sic: *[cum e]x [Hisp]ania Gal[liaque, rebus in his pr]ovincis prosp[e]re [gestis, Romam redibam T]ib. N[ero]ne P. Qui[ntilio consulibus,] aram [Pacis Augu]st[ae senatus pro] redi[t]u meo co[nsacrari censuit] ad cam[pum Martium, in qua ara ma]gistratus et s[a]c[erdotes virginesque Vestales anniversarium sacrific]ium facer[e iussit]*. Cf. fast. Amit. ad Iul. 4 (brevius fast. Antiat.): *feriae ex s. c. q(uod) e(o) d(ie) ara Pacis Aug(ustae) in camp(o) Mar(tio) constituta est Nerone et Varo cos.* Ara igitur constituta ante diem IIII nonas Iulias anni 741 dedicata est ante diem III kalendas Februarias anni 745 (cf. Ovid. *fast.* 1, 709), ad diemque dedicationis pertinet sacrum ab Arvalibus factum. Cf. Mommsen *C. I. L.* I p. 395 seqq.

a(nte) d(iem) VIIII k(alendas) Maias — [ad theatrum M]arcelli ante simulacrum divi Augusti.

Cf. fasti Praenest. ad hunc diem in nota postmodum adiecta: *sig(num) divo Augusto patri ad theatrum Marc(elli) Iulia Augusta et Ti. Augustus dedicarunt*, et Tacitus (*ann.* 3, 64): *neque enim multo ante, cum haud procul theatro Marcelli effigiem divo Augusto Iulia dicaret, Tiberi nomen suo postscripserat* cet.

. . . . . [Iun? Iul?]ias [1]) — . . . . . . [ad a]ram Providentiae Augustae.

[1]) *dies, de quo agitur, fuit post diem IIII kalendas Iunias et ante kalendas Iulias.*

De sacro Providentiae Augustae celebrato nihil aliud novimus: neque eius ara ubi fuerit compertum est. Videtur tamen hoc quoque sacrificium fuisse anniversarium, id quod de sacro ad aram Pacis facto Divi Augusti verbis in monumento Ancyrano constat, de altero ante signum divi Augusti celebrato maxime probabile est.

Acta, quae ad sacra haec pertinent, concepta sunt sic, ut *annus* quidem non repetatur, consulum nominibus semel ab initio positis, *dies* autem nisi fracto lapide nusquam deficiat et primum semper locum occupet, *locus* denique ad mentionem arae vel simulacri ita adnotetur, ut supra scriptum est. — De *ratione sacrificiorum* nota acta peraeque concepta esse sic:

ille promagister collegii fratrum Arvalium nomine *ibi ad aram illam* bovem [marem [1]) inmolavit].

[1]) *pro bove mari qui immolatur ad simulacrum divi Augusti, sacrificatam esse* vaccam *ad aras Pacis et Providentiae inde constat, quod deabus semper boves feminae immolari solebant.*

In fine adscripta sunt nomina eorum qui adfuerunt, quae nisi lapide fracto nunquam desunt.

Sacra haec anniversaria desiisse ab Arvalibus celebrari vel sub Claudio vel sub Nerone acta huius ostendunt, quae cum menses complectantur Ianuarium et Aprilem, illorum mentionem non faciunt.

VIIII. SACRIFICIA OB CAUSAS SINGULARES EXTRA ORDINEM AB ARVALIBUS FACTA.

In actis quae supersunt sacrificia commemorantur facta propter causas singulares hasce:

[39] a(nte) d(iem) VI k(alendas) Novemb[res —] ob detecta nefaria con[silia in C. Caes(arem) Aug(ustum) Germanic]um Cn. Lentuli Gae[tulici].

Coniurationem Gaetulici quam commemorant Suetonius (*Claud.* 9 et *Galb.* 6) et Dio (59, 22), tribuendam esse anno 39 inde constat, quod detecta est, cum in Gallia Caesar moraretur, quo profectus anno 39 kalendis Ianuariis anni 40 consulatum iniit. Quae vero de coniuratione Lentuli, Lepidi, sororum principis traduntur, ea ante finem anni evenisse ex ipsa narratione satis apparet. Cf. Suetonius *Cal.* 17 et Dio 59, 21. Ita corrigenda sunt ea, quae de anno eius falsa actorum anni 38 attributione deceptus olim proposui: cf. *Relazione* p. 8. De votis ob detecta nefariorum consilia factis cf. comm. de votis extra ordinem factis.

59*a* V k(alendas) April(es) *causa non indicata.*

b nonis Aprilib(us) — [ex] s(enatus) c(onsulto) ob supplicationes indictas pro salute Neronis Claudi Caesar(is) [Aug(usti) Germ(anici)].

c VIIII k(alendas) Iulias — [pro salute et] reditu Neronis Claudi Caesaris August(i) Germanicii *(sic)*.

d III idus Septembr(es) — pro [salute et r]editu Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici.

Sacra supra indicata dubium non est quin referenda sint ad caedem Agrippinae Augustae. Quae cum interfecta esset circa tempus Quinquatruum (Tac. *ann.* 14, 4 seqq.), quae celebrabantur a die XIV kalendas Apriles usque ad diem X kalendas easdem (cf. *C. I. L.* I p. 389), litterisque mortem eius Caesar senatui nuntiasset (Tac. l. c. 11), *miro,* ut Tacitus (l. c. 12) scribit, *certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur* cet. Et ad supplicationes quidem celebrandas nonis Aprilibus convenerunt Arvales. Iam vero antequam a senatu supplicationes decretae essent, *amici* principis *adire templa et coepto*

exemplo proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari (Tac. l. c. 10). Maxime igitur consentaneum Romae quoque Arvales tum convenisse, ad eamque rem sacrum pertinere, quod ante diem quintum kalendas Apriles paucis diebus post caedem perpetratam celebratum est, quamquam ob pudorem silentio praetermissa est causa, propter quam fratres convenissent. Tum autem non videtur immolatum esse (cf. infra p. 82), sed diis immortalibus grates actae ob periculum superatum. — Nero deinde, ut prosequitur Tacitus (l. c. 13), *cunctari in oppidis Campaniae, quonam modo urbem ingrederetur, an obsequium senatus an studia plebis reperiret anxius. Contra deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior extitit, invisum Agrippinae nomen et morte eius accensum populi favorem disserunt: iret intrepidus* cet. Illis diebus pro salute et reditu eius in urbe immolatum esse satis probabile est. — Rediit denique in urbem imperator: *simul,* scribit Tacitus (l. c. 13), *praegredi exposcunt* (sc. adulatores, de quibus antea locutus est). *et promptiora, quam promiserant, inveniunt, obvias tribus, festo cultu senatum, coniugum ac liberorum agmina per sexum et aetatem disposita, extructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publici servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit* cet. Iam cum in actis Arvales et VIII k. Iulias et III idus Septembres pro salute et reditu Neronis dicantur immolasse, nihil autem traditum sit eum paullo postquam Romam revertisset, novum iter suscepisse, mihi probabile est, eum rediisse III idus Septembres et facta esse sacrificia die VIIII kalendas Iulias pro reditu faciendo, die III idus Septembres gratiarum agendarum causa pro reditu facto.

[63] IIII idus [Apriles?] — ob adv[entum Neronis Claudi] Caesaris Augusti [Germanici et Poppaeae] Augustae et Claud[iae Augustae].

Pertinent acta ad Neronis reditum Antio, postquam filiam ibi ex Poppaea suscepit, de qua Tacitus (*ann.* 15, 23) sic scribit: *Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit appellavitque Augustam dato et Poppaeae eodem cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Iam senatus uterum Poppaeae commendaverat dis votaque publice susceperat, quae multiplicata exsolutaque. Et additae supplicationes templumque Fecunditati, et certamen ad exemplar Actiacae religionis decretum, utque Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur; ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur.* — Neronem mense Aprili in urbem revertisse posuit Marinius (p. 122), sed etiam mense Martio vel Maio factum esse potest, dummodo ante mortem infantis, quam natam circa diem XIII vel XII kalendas Februarias (cf. acta a. 63) *quartum intra mensem* decessisse scribit Tacitus (*ann.* 15, 23).

[66*a*] ⎧ob laurum [imperatoris Neronis Claudi Caesaris Au-
lapide fracto ⎪ g(usti) Germanici].
[66*b*] *deficiunt dies* ⎨*iterum* [ob lau]rum *eiusdem.*
[66*c*] ⎩ob supplica[tiones a senatu decretas].

Et laurus in Capitolio posita et supplicationes a senatu decretae spectant ad Tiridatis in urbem adventum, de quo Suetonius (*Nero* 13. 14): *non immerito inter spectacula ab eo edita et Tiridatis in urbem introitum rettulerim. Quem Ar-*

meniae regem magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset, produxit quo opportunissime potuit, dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra triumphantis habitu inter signa militaria atque vexilla, et primum per devexum pulpitum subeuntem admisit ad genua adlevatumque dextra exosculatus est, dein precanti tiara deducta diadema inposuit, verba supplicis interpretata praetorio viro multitudini pronuntiante; perductum deinde in theatrum ac rursus supplicantem iuxta se latere dextro conlocavit. Ob quae imperator consalutatus laurea in Capitolium lata Ianum geminum clausit tam nullo quam residuo bello. Cf. Dio 63, 1 seqq. Supplicationes triumphi praerogativa a Cicerone (*ad fam.* 15, 5) dicuntur, ac saepe commemorantur una cum triumpho ornamentisque triumphalibus (cf. Borghesi *Ann. inst. arch* 1846 p. 324, *opp.* 5 p. 31; Mommsen *res gestae D. Aug.* p. 118). Cum vero per plures dies fieri solerent (Cic. *de prov. cons.* 11, 26. 27; cf. Mommsen l. c.), mirum non est, quod alio die Arvales ob laurum, alio ob supplicationes immolaverint. Item quod bis commemoratur sacrificium ob laurum factum, intellegendum est diversis locis numinibusque diversis Arvales immolasse.

[66*d*] *lapide fracto deficiunt et dies et causa sacri.*

[69*a*] IIII idus I[an(uarias)] adoptio facta L. Li[ciniani [1])]: *postea scriptum est sic:* [ob ad]optione[m Ser. Sulpici Gal]bae C[aesaris].

[1]) *scripsi* L. Li[ciniani], *quia plures litteras marmor non admittit* (*Bull. inst. arch.* 1869 *p.* 92), *quamquam haud ignoro nomen gentilicium praetermitti non debuisse. Et recte me fecisse inspecto ectypo Mommsenus quoque concessit: cf. Ephemeris epigr. I p.* 148, 1.

De L. Calpurnio Pisone Frugi Liciniano adoptato a Galba Augusto cf. Plutarchus *Galb.* 23 et Tacitus *hist.* 1, 14, quorum ille dicit *Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον, οὓς Νέρων ἀνῃρήκει*, hic item M. Crasso quidem et Scribonia genitum appellat, Crassum autem a Nerone occisum fratrem eius fuisse narrat (l. c. 48): de genere eius et nominibus cf. Mommsen *Ephemeris epigr.* I p. 148. — De adoptione ipsa cf. Tac. l. c. 14—19.

69*b* k(alendis) Mart(iis) — ob laurum positam.

Cf. Tac. *hist.* 1, 79: *conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur. eo audentius Rhoxolani Sarmatica gens priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe ad Moesiam inruperant, novem milia equitum ex ferocia et successu praedae magis quam pugnae intenta . igitur vagos et incuriosos tertia legio adiunctis auxiliis repente invasit . apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae dispersi aut cupidine praedae graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate velut vincti caedebantur . . . . . . donec pauci, qui proelio superfuerant, paludibus abderentur. ibi saevitia hiemis [et vi] volnerum absumpti . postquam id Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua, Fulvus Aurelius et Iulianus Titius ac Numisius Lupus legati legionum consularibus ornamentis donantur, laeto Othone et gloriam in se trahente, tamquam et ipse felix bello et suis ducibus suisque exercitibus rem publicam auxisset.*

[70?] *fracto lapide deficit dies:* ob diem [quo urbem ingressus est imp(erator) C]aesar Vespasianus Aug(ustus).

Ad annum 70 fragmentum pertinere suspicatus sum, quia sacrificium Fortunae reduci factum (cf. infra p. 86) reditum imperatoris videtur significare. Ne tamen de triumpho cogites obstat, quod ita Titi quoque Caesaris mentio fieri debebat.

87*a* idi[b]us Sept(embribus) — arae dedicatione pro mag(isterio) C. Iuli Silani.

Dubito utrum quod Silanus bene de collegio meruerit ara pro magisterio eius dedicata sit, an Silanus, quia nunquam sacris magister interfuisset pro magisterio aram dedicarit, ut haud raro in municipiis pro ludis, quos facere debebant, magistratus opus quoddam publicum sua impensa faciendum curarunt: cf. *Relazione* p. 47 et e. g. tituli *I. N.* 1480 2242 2252 *a. e.* 4875.

87*b* X k(alendas) Oct(obres) ob detecta scelera nefariorum.

Indicata est seditio L. Antonii Saturnini, de qua cf. Mommsen *Hermes* 3 p. 118. 119 et *Relazione* addenda p. XIV; item Hirschfeld *Gött. gel. Anzeigen* 1869 p. 1508.

[89*a*] VIIII [k(alendas) Febr(uarias)] — saenatus (*sic*) turae (*sic*) et vino sup[plicavit.]

Supplicavit senatus ob felicem exitum belli aut Suebici et Sarmatici, ut olim credidi (cf. *Relazione* p. 49), aut Dacici, supplicationibusque illis adfuerunt Arvales a collegio, ut videtur, deputati. Cf. quae de votis ob hoc bellum conceptis postea exponentur et caput actorum quod sequitur.

[89*b*] VIII [k(alendas) Febr(uarias)] — ob laetitiam publicam.

Intellege laetitiam publicam ob res bene gestas aut contra Suebos et Sarmatas, aut contra Dacos; cf. caput quod praecedit.

[118*a*] VI i[dus . . . . .] — ob advent[um i[mp(eratoris) C]aesaris [Tra]ian[i Hadriani Aug(usti)]

[118*b*] *fracto lapide deficit dies:* ob advent[tum *eiusdem*].

Verba *ob adventum* in actis 118 *a* et *b* aeque servata ad eandem rem ita referenda videntur esse, ut actis 118*a* sacra commemorata sint pro adventu futuro facta, actis autem 118*b* ipse celebretur in urbem reditus. Quominus enim illa ad vota nuncupata, haec ad vota soluta referantur, exiguus impedit hiatus qui est in actis 118*a*, quo mentio votorum plane excluditur, ipsum autem immolandi vocabulum non admittitur nisi breviatum. Cf. *Relazione* p. 67. — De reditu Hadriani Spartianus (*Hadr.* 5) scribit: *praeposito Syriae Catilio Severo per Illyricum Romam venit,* neque aliud quicquam a scriptoribus de eo traditur. In nummis tamen *adventus Augusti* coniungitur cum consulatu altero (cf. Eckhel 6 p. 476) quem gessit anno 118; etiam titulus, qui est de remissis ab eo sestertium novies millies centenis milibus nummum debitis fisco (*C. I. L.* 6, 967 = Or. 805), remissionem eam, quae non potest esse facta multo post adventum eius, cum tribunicia potestate altera conectit. Quae sive iterata est die imperii eius, qui dies erat III idus Augustas (cf. Spart. *Hadr.* 4), sive kalendis Ianuariis (quod quidem magis putem), partem certe anni 118 complexa est.

213*a* III id(us) Aug(ustas) — quod dominus n(oster) imp(erator) sanctissim(us) pius M. Aurellius Antoninus

Aug(ustus) pont(ifex) max(imus) per limitem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum [1]) introiturus est, ut ea res ei prospere feliciterque cedat.

[1]) *aut addendum esse* solum *vel* terram, *aut emendandum* barbaricum *docet Mommsenus C. I. L.* 3 *p.* 708.

213*b* pr(idie) non(as) Oct(obres) — ob salute (*sic*) victoriamque Germanicam imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelli Antonini pii felic(is) Aug(usti) Part(ici) max(imi) Brit(annici) max(imi) Germanici max(imi) pont(ificis) max(imi) trib(unicia) potest(ate) XVI imp(eratoris) III co(n)s(ulis) IIII proco(n)s(ulis), et Iuliae Aug(ustae) piae fel[ic(is)] m(atris] imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri), senatus, castrorum et patriae.

Cf. Spartianus (*Carac.* 5): *circa Raetiam non paucos barbaros interemit.* — Nota in actis 213*b* Caracallum dici imperatorem III, quem titulum nummi anno demum 214 exhibent: efficitur ob ipsam victoriam Raeticam sive Germanicam imperatorem eum salutatum esse.

[214] *fracto lapide dies deficit:* — [quod dominus noster (sc. M. Antoninus Severi filius) ex naufragii periculo s]alvus servatus sit.

Cf. Lamprid. *Carac.* 5: *per Thracias cum praefecto praetorii iter fecit . inde cum in Asiam traiceret, naufragii periculum adiit antemna fracta, ita ut in scapham cum protectoribus descenderet, unde in triremem a praefecto classis receptus evasit;* cf. Dio 77, 16.

Sacrificiorum acta concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies nisi lapide fracto nusquam desunt, primum autem semper locum obtinent, ita tamen ut nomina consulum in actis quibusdam ab initio semel notentur nec repetantur in capitibus singulis. Praeter consules nonnunquam nomen magistri in acta temporis indicandi causa refertur, additurque ei interdum etiam nomen promagistri. Leguntur igitur sic:

39 59 87 89 [118] 213 [214] } *illis* co(n)s(ulibus) [1]) die *illo*.

[1]) *omissam esse consulum notam in actis a.* 39, *quamquam is locus intercidit, putandum est, cum in omnibus actis usque ad a.* 55 *nota consulum semel ponatur. — E contrario in actis a.* 214 *pro formula consueta quae est 'isdem consulibus', ipsa consulum nomina repetuntur sic:* [Mess]alla et Sabino co(n)s(ulibus).

[63 66] 69 [70] 87 *illis* co(n)s(ulibus) die *illo* magisterio *illius.*[1])

[1]) *in actis annorum* 69 *et* 70 *additur promagistri quoque nomen ablativo positum.*

2. Locus.

Locus, in quem convenerint Arvales, nisi lapide fracto nunquam non commemoratur. Notatur autem modo proxime post notam diei, modo versus finem capitis (cf. infra de ratione sacrificiorum). Et immolatur

59*a* [59*b* 63] 66*c* 69*b* 70(?] 87*a b* 89*a b* [118*a b*]	in Capitolio [1]).
	[1]) in tem[plo, *ut videtur* Iovis o. m.] *addit* 89*b*.
213*a b* [214]	in Capitolio ante cellam Iunonis reginae.
[66*b*]	[in templo divi Augusti] novo.
[59*c* 66*d*]	[in Capitolio] — item in templo novo [1]).
	[1]) *in actis anni* 66*d hiatus qui est post verbum* Capi[tolio] *non videtur expleri posse nisi additis verbis* item *vel* et in templo divi Augusti novo, *quae hoc loco interisse videntur indicare numina quoque quibus immolatur.*
59*d*	in Capitolio, — item in foro Augusto, — [ante domu]um Domi[t]ianam.

Domus Domitiana fuit in sacra via: cf. sacrificia facta ob memoriam Cn. Domitii Ahenobarbi patris Neronis p. 61.

66*a*	in Capitolio — ante arcum [Iani gemini?].

Neronem propter Tiridatis in urbem adventum Ianum geminum clausisse narrat Suetonius (*Ner.* 14): unde cum lauream in Capitolio poneret, ante illum ipsum arcum ab Arvalibus immolatum esse coniicere licet. Potest tamen indicatus esse etiam arcus in medio Capitolino monte positus, de quo Tacitus (*ann.* 15, 18) ad annum 62: *at Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur decreta ab senatu integro adhuc bello* cet.

39 69*a*	*lapide fracto mentio locorum periit.*

3. Sacrorum ratio.

[39] 87*b* *ob detecta nefaria consilia:*	immolavit *ille* [1]) [collegii] fratrum [Arvalium nomine] [2]).
	[1]) *in actis anni* 39 *qui immolasse dicitur, L. Salvius Otho flame[n] fuit eodemque tempore videtur fuisse promagister, cum hiatus qui est in lapide post vocem flamen ita optime expleatur. In actis contra anni* 87 *frater Arvalis, qui immolasse dicitur, nec magister fuit nec pro magistro.*
	[2]) *verba* collegii fratrum Arvalium nomine *in actis anni* 87*b* *omissa sunt.*
59*a* *ob caedem Agrippinae*	adfuerunt *illi.* [non est i]mmolatum.

Cf. quae de sacro hoc antea conieci p. 77 seq. Quod si recte rettuli ad laetitiam propter caedem Agrippinae, facile intellegitur, quod Arvales convenerunt quidem, neque tamen immolaverunt.

59*b*	*ob supplicationes indictas pro salute Neronis.*	*ille* magister (promagister) [1]) collegii fratrum Arvalium nomine immolavit in *cet.* [2]) ob (*vel* pro) *cet.* [3])
59*c d*	*pro salute et reditu eiusdem*	
[66*b*]	*ob laurum eiusdem*	
[66*d*]	*ob causam ignotam*	
69*b*	*ob laurum positam ab Othone*	
70 (?)	*ob diem quo urbem ingressus est Vespasianus*	

[1]) promag(istro) *illo* — immolavit 69*b* 70.

[2]) [ex] s(enatus) c(onsulto) *inserunt acta* 59*b*.

[3]) *causa sacri videtur commemorata fuisse ante mentionem loci* 66*b*; *idem hiatu puto significari in actis anni* 66*d*.

[63]	*ob ad[ventum Neronis] cet.*	c[ollegi fratrum] Arvalium nomine im[molavit in *cet.*] *ille* [1]) ob *cet.*

[1]) *is qui immolavit, non fuit nec magister nec promagister.*

66*a*	*ob laurum Neronis*	*lapide fracto deficiunt prope omnia: videtur tamen scriptum fuisse fere sic:* [collegium fratrum Arvalium manda]vit *illi* [ut vice promagistri *illius* collegi fratrum Arvalium nomine immolare]t in *cet.* ob *cet.* [1])
66*c*	*ob supplicationes a senatu decretas*	

[1]) *desumpsi ex actis anni* 66*a*, *formulam autem quam proposui, ita fere conceptam fuisse inde conclusi, quod nomen eius qui immolavit, dativo casu ponitur: bis enim legitur* L. Salvio Othoni (*sic*) Titiano, *anno autem* 66 *Otho non fuit nec magister neque pro magistro: nonnunquam tamen dicitur praeisse.*

87*a*	*arae dedicatione:*	in Capitolio *cet.* immolavit *victimam illam ille.* [1])

[1]) *nota immolasse tum quoque fratrem Arvalem nec magisterio nec munere promagistri ornatum.*

89	*ob laetitiam publicam*	in Capitolio ob *cet.* [fratres Arvales] — immolarunt.
[118*a b*]	*ob adventum Hadriani*	in Capitolio ob *cet.* [fratres Arvales] convenerunt ib[iq]ue *ille* mag(ister) [collegi fratr(um) Arva- l(ium) n]omin[e immol(avit). [1])

[1]) *in actis anni* 118*b ante verba* fratres Arvales *inserta fuisse constat verba* [iussu *vel* permissu imp(eratoris) Caes(aris) Traiani Had]riani Aug(usti).

213*a*	*quod Antoninus Severi f. per limitem Raetiae — barbarorum introiturus est cet.*	in Capitolio *cet.* fratres Arvales convenerunt, quod *cet.* (ob *cet.*) et immolaverunt per *illum.* [1])
213*b*	*ob salutem victoriamque Germanicam eiusdem cet.*	

[1]) promag(istrum) vice *illius* mag(istri) collegi fratrum Arvalium *add.* 213*b*.

[214]	*quod Antoninus Severi f. ex naufragii periculo salvus servatus sit*	*fracto lapide perierunt omnia praeter verba* fratres Arvales, *quae satis indicant acta huius anni concepta fuisse eodem fere modo atque ea quae proxime praecedunt.*

Immolabant Arvales:

[39]	*ob detecta nefaria consilia*	b(ovem) m(arem) [1]).
87	*ob detecta scelera nefariorum*	

[1]) *in actis anni* 87 *nota non nominari numen, cui bos immolatus sit: videtur autem, quia in Capitolio sacrum factum est, de Iove cogitandum esse. In actis anni* 39 *fracto lapide deficit mentio victimae, quam ex illis restitui.*

87	*arae dedicatione cet.*	vaccam [1]).

[1]) *numen, cui immolata sit, non commemoratur.*

89	*ob laetitiam publicam*	Iov[i] o(ptimo) m(aximo) bovem marem.
59*b*	*ob supplicationes indictas pro salute Neronis*	Iovi bovem marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Saluti [publicae vaccam], Providentiae vaccam, Genio ipsius taurum, divo Aug(usto) bovem marem.
[59*c*]	*[pro salute et] reditu eiusdem*	Iovi [bovem marem, Iunoni vac]cam, Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, Felicitat(i) [vaccam, ... v]accam, item in templo novo divo Aug(usto) bovem marem, diʌa(e) [Aug(ustae) vac-c]am, [diɔo Claudio bo]vem marem, item in foro Aug(usto) Marti ultori taurum, Genio [ipsius ta]urum.

59*d* *pro [salute et r]editu eiusdem* — Iovi bovem marem, Iunoni [vaccam], Minervae vaccam, item in foro Augusto Genio ipsius taurum, Saluti vaccam, [ante dom]um Domi[t]ianam dis penatibus vaccam.

In actis anni 59*b* nota Genium Caesaris divumque Augustum loco non distincto commemorari ita, ut iis quoque in Capitolio videatur immolatum esse (cf. 66*d*; 69*a*. *b*): quod autem in actis 59*d* Salus post Genium Caesaris ponitur, quamquam illi in Capitolio, huic in foro Augusto immolari solebat, magis puto subesse errorem eius qui acta concepit, quam re vera Arvales locis diversis sacra iis fecisse. — Deos penates, quibus immolatur, penates esse domus imperatoris locus ostendit, quo sacrum fit, idque intellexit etiam Marinius p. 120.

[63] *ob adv[entum Neronis, Poppaeae, Claudiae]* — [Iovi bovem marem], Iunoni vacc(am), Min[ervae vaccam, Saluti pu]blicae vaccam, [Felicitati (Fecunditati?) vaccam], Spei vacc(am), Gen[io ipsius taurum, Iunoni] Poppaeae Aug[ustae vaccam, Iunoni Claudiae] Augustae v[accam].

Incertum est utrum immolatum sit Felicitati cui ob reditum principis immolatum est a. 59*c*, an Fecunditati, cui ob puerperium Poppaeae supplicationes et templum decreta sunt: cf. Tac. *ann.* 15, 23 et supra, ubi de causis sacrificiorum agitur p. 78. — Claudiam Augustam nomine divae Claudiae virginis inter deos receptam esse docent acta anni 66 de sacrificiis ob laurum Neronis et ob Augustalia factis, ubi vide.

[66*a*] *ob laurum Neronis* — [Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni va]cc(am), Minervae vacc(am), Iovi [victori b(ovem) m(arem), ...] vacc(am), Paci vacc(am), ante arcum [Iani gemini . . . .] [1])

[1]) *Ianum geminum clausisse Neronem vidimus supra (p.* 82, *cf. Suet.* 14)*: potest autem indicatus esse etiam arcus in medio Capitolino monte positus, de quo Tac. ann.* 15, 18.

[66*b*] *ob laurum eiusdem* — divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), [divae Augustae vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem), divae Claudiae virgini vacc(am)], divae Poppaeae Aug(ustae) v[acc(am), Genio imp(eratoris) Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici) taurum, Iunoni] Messalinae vacc(am).

Sacrificia ob causam eandem in Capitolio et in templo novo uno plerumque die fieri solebant: id quod aliter videtur evenisse anno 66. Quo duobus certe diebus immolatum est ob laurum a Nerone in Capitolio positam, quamquam eo anno non videtur bis triumphasse. — De Statilia Messallina tertia uxore principis cf. Eckhel 6, 287, qui citat Sueton. *Ner.* 35 et *Oth.* 10; Tac. *ann.* 15, 68; *schol. ad Iuven. sat.* 6, 434. Nupsit Neroni anno 66; cf. index personarum in imperatoribus.

[66*c*] *ob supplicationes a senatu decretas* — [Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vaccam, Minervae va]cc(am), [1]) Felicitati vacc(am), Clemen[tiae vacc(am)] . . . .

[1]) *inserendum esse crederem nomen Salutis publicae, nisi obstaret spatium nimis exiguum.*

[66*d*] *ob causam ignotam*	[Iovi bovem marem, Iunoni] vacc(am), Minerv(ae) [vacc(am), divo Augusto b(ovem) m(arem): *quae sequuntur plane eadem videntur fuisse atque ea quae leguntur* 66*b*.
[69*a*] *ob adoptionem Ser. Sulpici Galbae Caesaris*	*lapide fracto deficiunt priora, numina videlicet Capitolina et fortasse Salus publica: deinde sequuntur haec*: Provi[dentiae vacc(am) .... vac]c(am), Securi[tati vacc(am), ... Genio ipsi]us taurum *cet.*
[69*b*] *ob laurum ab Othone positam*	Iovi b(ovem) m(arem), Iunon(i) vacc(am), Minervae vacc(am), Salut[i] vacc(am), Victoriae vacc(am), Marti taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um).
[70?] *ob diem quo urbem ingressus est Vespasianus Augustus*	Iovi bov[em m(arem), Iunoni vaccam, Mi]nervae vacc(am), Fortunae reduc[i vaccam].
[118*a*. *b*] *ob adventum Hadriani Augusti*	Iovi o(ptimo) m(aximo) [b(ovem) m(arem), Iunoni regi]nae v[ac]cam, Minervae vaccam, Saluti [publicae vaccam, Marti] ultori t[aurum], Victoriae vaccam .... [1])

[1]) *desumpsi ex* 118*b*, *quibus omnino respondisse acta a.* 118*a indicant ea quae ex iis supersunt*

213*b* *ob salutem victoriamque Germanicam Antonini Severi f. et Iuliae Augustae*	I(ovi) o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem) a(uratum), Iunoni reg(inae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Saluti publ(icae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Marti ultori taurum a(uratum), Iovi victori b(ovem) m(arem) a(uratum) et Victoriae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Laribus militaribus taurum album, Fortunae reduci b(ovem) f(eminam) a(uratam), Genio imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri) taurum album, Iunoni Iuliae Piae matris Antonini Aug(usti) n(ostri), senat(us), castror(um), et patr(iae) b(ovem) f(eminam) a(uratam).

Nota Iovem victorem laudatum una cum Victoria: cf. Iuppiter Liber et Iuppiter Libertas (Or. 1249. 1282) de eoque Mommsen *ad mon. Ancyr.* 4, 6 (p. 54), Preller *R. Myth.* ed. 1. p. 173 seqq. — Lares militares commemorantur in inscriptionibus Or. 1665 et Henzen 5631.

[214] *quod Antoninus Severi f. ex naufragii periculo salvus servatus sit*	*fracto lapide non supersunt nisi haec:* I[ovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem)] .... [genio Antonini Aug(usti) ta]u[r(um)], Iun(oni) Iuliae Aug(ustae) b(ovem) f(eminam).

4. Praesentes.

Nomina eorum qui adfuerunt, in fine capitum adnotantur praemissis formulis his:

59 63 66 69 70 87	in collegio adfuerunt.
[118]	adfuerunt in collegio.
213	adfuerunt.
39 66*d* 69*a* 89 214	*fracto lapide deficit formula.*

Adfuerunt fratres Arvales nulli, cum immolaretur in templo novo ob laurum Neronis (66*b*) et in Capitolio ob detecta scelera nefariorum (87).

In actis a. 214 post nomina eorum qui adfuerunt, commemoratur etiam *publicus a commentariis*, collatisque actis cooptationis Elagabali (a. 218) scriptum videtur fuisse sic:

detulit Primus Cornelianus publicus a commentariis.

Quae formula ita videtur intellegenda esse ut ad acta adscriptum fuerit quasi auctoritatis loco nomen eius qui ea concepisset. Cf. comm. ad acta cooptationum.

Extat denique fragmentum actorum anni 69, quod non liquet utrum ad votum, an ad sacrificium referendum sit. Ex eo quae supersunt, concepta sunt sic:

. . . . mag(isterio) [Vitelli]
imp(eratoris) III, promag(istro) C [. . . . .
coll(egi) fratr(um) Arval(ium) nomine immol(avit) in]
Capitol(io) Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am),
Min(ervae) vac[c(am), Iovi victori b(ovem) m(arem),
Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), in foro
Aug(usto) Marti ultori] taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um); in coll(egio) adf(uerunt) *cet.*

Quamquam lapide fracto et dies et causa sacrificii deficiunt, locus tamen, quo in actis legitur, notaque praemissa quae est *isdem co(n)s(ulibus)*, ostendunt ad mensem Iunium Iuliumve fragmentum referendum esse. Taurus autem, cuius mentio ante commemorationem Genii Caesaris extat, cum aut ad Martem pertinuerit aut ad Genium populi Romani, ipsum fragmentum non minus bene referri potest ad vota pro salute et reditu vel adventu Vitelli facta (cf. vota anni 69*b*), quam ad laurum positam (cf. sacrificia anni 69*b* p. 79) aliamve caerimoniam.

Ad acta sacrificiorum ob causas singulares factorum haud inepte videntur adiungi posse acta haec:

119 C. Heren[ni]o [Dol]abella, L . . . . . . l . . . . . . [R]ufo co(n)s(ulibus) [1]) [m]agi[st]erio [C. Vit]ori Hosidi Ge[t]ae X k(alendas) Ianuar(ias) in consecra[tionem] M]atidiae Aug(ustae) socrus imp(eratoris) Caesaris Traiani Hadriani Aug(usti) unguenti p(ondo) II nomine collegi fratr[um Arvali]um per C. Vitorium Hosidium Getam mag(istrum) missum, turis p(ondo) quinquaginta item nomine calator[um].

[1]) *consules sunt ultimi nundini a.* 119, *aliunde ignoti.*

Consecrationem Matidiae anno 119 tribuit nummus hic IMP CAESAR TRAIAN HADRIANVS AVG P · M · TR ; P · COS · III)(DIVAE MATIDIAE SOCRVI SC (Cohen 2 p. 166 n. 543), cuius de sinceritate dubitaverat Eckhelius (6, 472) propter inscriptiones I. N. 4029 4030 4031, quibus Matidia caret nomine divae. Neque consecrationis meminit Spartianus (*Hadr.* 9), cum Hadrianum dicit *socrui honores praecipuos inpendisse ludis gladiatoriis ceterisque officiis*: cf. *Relazione* p. 71. — De consecratione cf. descriptio consecrationis sive funeris sollemnis principum apud Herodianum (4, 2), item Pertinacis apud Dionem (74, 4. 5); deque unguentis turibusque adhibitis ad funera cf. quae de Nerone narrat Plinius (*n. h.* 12, 83).

B. VOTA A FRATRIBUS ARVALIBUS CONCEPTA.

I. VOTA ANNUA PRO SALUTE IMPERATORUM CONCEPTA.

1. Annus et dies.

Annus et dies nunquam omittuntur et ubique primum locum obtinent. Indicatur autem annus nominibus consulum addita interdum mentione magistri et promagistri. — Acta concepta sunt sic:

[27] [L. Calpurnio Pisone, M. Licinio] Cra[sso Frugi co(n)s(ulibus) pridie nonas [1]) Ianuar(ias) magistro Ti. Caesare August]o pont[ifice maximo]. [2])

[1]) *dies hoc certe loco deficiens memoratur in carmine voti, ubi vide.*

[2]) *cum nomina consulum maioribus litteris ita scripta sint, ut litterae tres superstites litteris fere quinque respondeant versus* 2, *hic non videtur aliter restitui posse nisi ut nota diei ante magistri mentionem ponatur.*

36 *illis* [co(n)s(ulibus)] *illo* magistro fratr[um Arvalium III (pridie?) nonas] Ianuarias.

[38] [*illis* co(n)s(ulibus) III nonas Ianuarias cet.] [1])

[1]) *fracto lapide deficiunt omnia, sed dies votorum apparet ex iis quae de vacca immolata a. d. VII idus Ianuarias traduntur.*

[58] 59 60 [75] 81 87 231 } *illis* co(n)s(ulibus) III nonas Ianuarias. [1])

[1]) *in actis a.* 58 59 60 75 81 *magister, cum ipse sacra fecerit, commemoratur statim post notam diei, ideoque videbatur omitti posse indicatio magisterii. Annis* 87 *et* 231 *non constat num eodem plane modo acta concepta fuerint.*

[69] 78 *illis* co(n)s(ulibus) III non(as) Ian(uarias) magisterio *illius* promagistro *illo.*

105 [117 118] 120 155 } *illis* co(n)s(ulibus) magisterio *illius* III nonas Ianuarias. [1])

[1]) *magisterium in ipso indice tabulae notatur* 105 117 120; *dies notam magisterii praecedit* 118 155.

69*b* 218 238	*vota notantur aliis quidem diebus pro imperatoribus novis suscepta, solvenda tamen a. d. III nonas Ianuarias anni proximi.*
[TIB. A 66 NER. C 77 86 89 90 91 DOM. B D' 101 139 180 MARC. C D G 183 186	*notae anni et diei interciderunt lapidibus fractis.*

Vota annua pro salute imperatoris instituta sunt a. u. c. 724: narrat enim Dio (51, 19) *τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς καὶ ὑπὲρ ἐκείνου* (sc. *τοῦ Καίσαρος*) *ὁμοίως εὔχεσθαι κτλ.* Vota autem haec ad vota antiquiora pro salute rei publicae kalendis Ianuariis suscepta (cf. Marquardt *R. A.* 2, 2 p. 124 et 4 p. 219) ita adiuncta esse ut suum diem acciperent, dies vero secundus Ianuarii propter religionem ut postriduanus (cf. Iulianus *misop.* p. 346 Spanhem. et fortasse acta a. 36) praetermitteretur, observavit Marinius (p. 56), probavit nuper Mommsenus (*C. I. L.* I. p. 382). Et ille quidem ab initio eadem die vota pro imperatore et pro re publica concepta, postea separatim celebrata esse putat; Mommseno contraria sententia magis placet. Ex actis autem Arvalium hoc apparet non semper vota annua pro imperatore ante diem III nonas Ianuarias facta esse; nam anno certe 27 pridie nonas easdem facta sunt, nec ante annum 38 ulla superest commemoratio diei qui est a. d. III nonas Ianuarias; qui ab eo inde tempore semper mansit votorum dies: cf. Marquardt l. c. 4 p. 219 qui post Marinium (p. 56) et Avellinum (*opusc.* 3, 233 seqq.) plurimos de iis locos collegit.

Vota III nonas Ianuarias suscepta eodem die anni insequentis soluta esse et res poscit et acta confirmant. Exceptionem faciunt vota deae Diae, quae una cum votis aliorum deorum suscepta erant. Quae cum in luco eius solvenda essent, nec facile id eodem die fieri posset, quo cetera vota in urbe solvebantur, ea caerimonia in diem quendam posteriorem transferretur necesse erat. Et anno certe 38 in actis notatur:

a(nte) d(iem) VII idus Ianuar(ias)

immolasse promagistrum in luco deae Diae vaccam quam III non(as) Ianuarias (sc. anni praecedentis 37) voverat. Eius modi res cum in actis non memoretur nisi semel, non licet adfirmare diem VII idus Ianuarias sollemnem fuisse diem votorum deae Diae solvendorum; immo cum posteriore aetate illo die indictio sacri Arvalium fieri soleret (cf. acta ad indictionem pertinentia p. 5), incertum videtur fuisse et arbitrio magistri permissum quo die deae Diae immolanda esset victima votorum die promissa.

2. Locus.

Vota annua fiebant in Capitolio, in actis autem id non semper eodem loco enuntiatur. In quibus legitur:

[58] 59 60 [69 75 77] 78 81 86	in Capitolio *insertum ibi ubi commemorantur victimae immolatae.*
36 [101] 105 [117 118] 120 139 155 183	in Capitolio *insertum statim post indicationem anni et diei.*

69 81 *in votis pro salute novi imperatoris*	in Capitolio *insertum loco eodem.*
87 [90 180]	in Capitolio in pronao Iovis optimi maximi.
231 *et in votis pro salute imperatoris novi* [218 238]	in Capitolio ante cellam Iunonis reginae.
[27 TIB. A 66 NER. C 89 91 DOM. B D MARC. C D G 186.	*lapidibus fractis deficiunt notae loci.*
38 *soluta vota deae Diae suscepta*	in luco deae Diae.

Primaria quibus pro salute imperatorum vota fiunt numina cum sint dii Capitolini Iuppiter Iuno Minerva, probabile est locum Capitolii, in quo victimis immolatis nova vota concipiebantur, semper fuisse aedem magnam Capitolinam, quam significant acta prolixius concepta annorum 87 90 218 231 238, cum vel pronaum Iovis optimi maximi nominant vel ante cellam Iunonis reginae Arvales convenisse referunt. Locus enim ante cellam Iunonis in ipso pronao templi videtur positus fuisse. — In luco deae Diae ea sola vota soluta sunt quae huic deae concepta erant: cf. infra.

3. Ratio votorum annuorum.

Vota annua ut solverentur et nova conciperentur, relatione opus erat magistri vel promagistri ad collegium fratrumque decreto: quae res quamquam dubitari vix potest quin semper in usu fuerit, commemoratur tamen in solis actis quibusdam aetatis Domitiani, in quibus vota annua plenius quam in ceteris enarrantur. Concepta autem sunt sic:

87 [90] in Capitolio in pro[nao Iovis optimi maxi]mi *ille* frater Arval[is qui vice *illius*] magistri fungebatur, [1]) ad collegium fratrum Arvalium rettulit: §. 1. cum di immortales propitiato numine suo vota orbis terra[rum] qua[e pr]o salute imp(eratoris) Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Germanici pontificis maximi et Domitiae Aug(ustae) c[oniugis eius et Iulia]e Aug(ustae) [2]) totique domui (*sic*) eorum cupide suscepta erant, exaudierunt, convenire collegio priora solvere et nova n[uncupare]. [3]) §. 2. collegium decrevit: [qu]od bonum faustum felix salutareq[ue sit: cu]m v[ota] contingeret ut priora solverentur et nova voverentur pro salute et incolumitate imp(eratoris) Ca[esa]ris divi [Vespasiani f(ili)] Domitiani Aug(usti) Germanici pontificis maximi et Domitiae Augustae coniugis eius et Iuliae Aug(ustae) [2]) totique domui [4]) eorum, Iov[i o(ptimo)] m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni re-

ginae b(ovem) f(eminam), Minervae b(ovem) f(eminam), Saluti publica[e popu]li Romani Quiritium b(ovem) f(eminam): §. 3. eodem die ibidem in area *ille* q[ui v]ice magistri fungebatur, [5]) ture et vino in igne in foculo fecit immolavitq(ue) [6]) vino mola cultroque Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni reginae b(ovem) f(eminam), Minervae b(ovem) f(eminam), Saluti publicae p(opuli) R(omani) Q(uiritium) b(ovem) f(eminam), exta aulicocta reddidit. §. 4. eodem die ibidem in pronao Iovis o(ptimi) m(aximi) *ille* frater Arvalis qui vice *illius* magistri fungebatur, [1]) adstante collegio fratrum Arvalium vota pro salute et incolumitate imp(eratoris) Caesaris [divi Vespasian]i f(ili) Domitiani Aug(usti) Germanici pontificis maximi trib(unicia) pot(estate) censoris perpetui p(atris) p(atriae) et Domitiae Aug(ustae) coniugis eius et Iuliae Aug(ustae) [2]) [totique d]omui eorum nomine collegi fratrum Arvalium in haec verba suscepit (*sequitur carmen votorum*) [7]).

[1]) frater Arvalis *omissis ceteris* 90.

[2]) Iuliae Augustae *nomen om.* 90. *Iulia est Titi filia, quae cum commemoretur actis anni* 87, *deficiat anno* 90, *vita functam esse apparet anno* 88 *vel* 89. *Id nummis confirmatur Domitiani anni* 90 *vel* 91 *sic inscriptis:* divae Iuliae Aug(ustae) divi Titi f(iliae) s(enatus) p(opulus)q(ue) R(omanus))(imp(eratori) Caes(ari Domit iano) Aug(usto) Germ(anico) co(n)s(uli) (quintum decimum) cens(ori) per(petuo) p(atri) p(atriae): *cf. Relazione p.* 51 *et Hirschfeldius* (*Gött. gel. Anz.* 1869 *p.* 1506), *qui mortem eius anno* 89 *exeunti tribuit.*

[3]) nova in [proximum annum suscipere] *vel similiter,* 90.

[4]) totiusque domui 90.

[5]) *deficiunt verba, quibus indicatur is qui fecerit: sed videtur in actis scriptum fuisse* frater Arvalis; *cf.* 1.

[6]) immolavitque *om.* 90.

[7]) *Eodem modo videntur concepta fuisse acta anni* 91, *in quibus lapide fracto interciderunt ea quae respondent partibus supra propositis.*

Habemus praeter exordium quod verbis continetur *in Capitolio — rettulit,* capita quattuor: primum ipsam relationem complexum; alterum decretum continens collegii; tertio enarrantur caerimoniae quibus vota solvuntur; quarto denique referuntur vota in annum novum suscepta. Et conveniebant quidem Arvales in pronaum aedis Iovis optimi maximi Capitolini ibique et magister, quive vice eius fungebatur relationem, et collegium decretum facere solebat. Immolabatur deinde in area, puta, Capitolina, ante aedem Iovis sita: vota autem nova suscipiebantur in pronao aedis eiusdem. — De singulis nota haec:

§. 1. Dii immortales vota exaudisse orbis terrarum recte dicuntur, cum vota III nonas Ianuarias non in urbe solum, sed per totum imperium fierent: Plinius *ep.* 10, 35. 36; cf. Marquardt *R. A.* 4, 219.

§. 3. Sacra ob vota solvenda fiebant sic, ut primo sacerdos ture et vino faceret, deinde bovem immolaret. De ture et vino ad sacra adhibitis agit

pluribus Arnobius (7, 26) qui *copulata et mixta* dicit esse *caerimoniarum haec genera cultumque adhibita in plurimum.* Tus autem *novellam* addit esse *propemodum rem neque annorum inexplicabilem seriem, ex quo eius notitia profluxit in has partes et delubris meruit interesse divinis:* nam neque temporibus heroicis nec Etruriae nec Romulo neque Numae tus notum fuisse. Similiter tura peregrina dicit Tertullianus (*de spect.* II). Nihilo minus commemorantur iam a Plauto (*Aulul. prologus* 24) et Catone (*r. r.* 134) qui priusquam messis fiat, ture vino Iano Iovi Iunoni praefandum esse praescribit; nec postera certe aetate in sacrificiis poterant deesse: cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 467. De vino diis oblato cf. Cato l. l. 132. 134. — Tus autem et vinum fere semper coniuncta esse in sacris, id quod vidimus tradidisse Arnobium, confirmant et acta Arvalium, qui saepe dicuntur *ture et vino fecisse* (cf. acta sacri Maio mense facti passim), et ara celeberrima Narbonensis (Or. 2489) in qua scriptum est: *ad supplicandum numini eius (Augusti) tus et vinum de suo eo die praestent et VIII k(alendas) Octobr(es) tus vinum colonis et incolis praestent. VII quoque idus Ianuar(ias)* . . . . *ture vino supplicent et hostias singul(as) immolent et colonis incolisque tus vinum eo die praestent.* — Natalibus Augusti et Ti. Caesarum ut ture et vino genii eorum ad epulandum ara numinis Augusti invitentur, praescribitur titulo Or. 686; similiter Plinius (*ep.* 10, 96), de christianis ad Traianum litteras mittens, imagini eius ture ac vino a quibusdam supplicatum esse refert. De qua re plura collegit Marinius p. 288 seqq. — Quod autem Arvalis ture et vino dicitur fecisse *in igne in foculo,* id respondet verbis Ovidii (*fast.* 4, 935) qui sic scribit: *a dextra villis mantele solutis cumque meri patera turis acerra fuit. Tura focis vinumque dedit* cet. De foculis sive focis cf. Marinius (p. 311 seqq.) qui ab aris eos diversos fuisse docet. Id confirmant Varro apud Servium (*ad Aen.* 3, 134): *inter sacratas aras focos quoque sacrari solere, ut in Capitolio Iovi Iunoni Minervae* cet.; quae verba non est qui non videat, quam bene respondeant iis quae de Arvalibus narrantur in area Capitolina sacrificantibus. Plautus (*Amphitr.* 1, 1, 71): *urbem, agrum, aras, focos* cet.; Cicero (*nat. deor.* 2, 27,67): *Vestae nomen a Graecis est . . . ., vis autem eius ad aras et focos pertinet* cet.; idem (*pro domo* 40, 106): *ius statuetis esse uniuscuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos Penates subiectos esse libidini tribuniciae?;* Veranius apud Macrobium (*Sat.* 3, 2, 3): *exta porriciunto, dis danto, in altaria aramve focumve eòve quo exta dari debebunt,* alii. Quo modo inter se differant, parum liquet, nec certa sunt quae de focorum forma et materia coniecit Marinius (l. c.), etsi probabiliter focos fuisse credit et vasa vel fictilia vel aenea et tripodes plicatiles. Foculo certe argenteo utebantur Arvales (cf. acta Ambarvalium a. 218 et p. 23). Et facile loco movebantur foci sive foculi et ad sacra facienda transportabantur: cf. Cicero (*pro domo* 47, 123. cf. 48, 125) *foculo posito in rostris adhibitoque tibicine;* similiter Plinius (*n. h.* 22, 11): *praetextatum immolasse ad tibicinem foculo posito;* et praecipue Varro (l. l. 6, 14): *Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi anus edera coronatae cum libis et foculo pro emptore sacrificantes.* — Ture et vino cum sacerdos fecisset, deinde victimas immolasse dicitur vino mola cultroque. *Immolare,* scribit Paulus (p. 110 ed. M. s. v.), *est mola, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare* (cf. Festus p. 141 s. v. *mola*): similiter Servius (*ad Aen.* 10, 541): *immolari proprie dicuntur hostiae, non cum caeduntur, sed cum accipiunt molam salsam* cet. cf. id. *ad Aen.* 4, 57: *olim enim hostiae immolatae dicebantur mola salsa tactae; cum vero ictae et aliquid*

ex illis in aram datum, mactatae dicebantur cet. Et mola quidem aspergebantur et frons victimae et foci et cultri (id. l. c. 2, 133). Pariter autem etiam vinum fundebatur super victimam: *quotiens enim,* scribit idem (*ad. Aen.* 9, 641), *aut tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: mactus est taurus vino vel ture:* item Cicero (*de divinat.* 2, 16, 37) *molam et vinum* in taurum inspersa memorat, purumque vinum inter cornua fusum esse testantur Ovidius (*Met.* 7, 594) et Vergilius (*Aen.* 4, 60; 6, 244). Nihil igitur mirum, quod una cum mola vino Arvales usos esse accipimus. Cultro denique quod immolari victimae dicuntur, non ad ipsum sacrificium referendum est, cum securi illae malleove percussae mactentur (cf. Marquardt l. c. 4 p. 469 plurimaque sacrificia in monumentis artis repraesentata; item *Ann. inst. arch.* 1858 p. 13 seqq.), sed ad *summas,* ut ait Vergilius (*Aen.* 6, 245), *media inter cornua saetas,* quae ante sacrificium carpebantur ignibusque sacris imponebantur. Recte autem sacerdos dicitur immolasse nec victima occisa ipsum sacrificium perfecisse; nam immolare sacerdotis est, mactare victimarii. — Sequuntur nomina deorum, quibus vota solvuntur, Iovis, Iunonis, Minervae. Accedit Salus publica populi Romani Quiritium, cui una cum illis in ipsa area ante aedem Iovis immolabatur. Id mirum est propterea, quod, cum divis imperatoribus in templo divi Augusti sacrificaretur (cf. vota a. 69), celeberrimum Salutis templum in Quirinali ad portam Salutarem fuisse scimus (cf. Becker *Topogr.* p. 578) ut in eo videatur ei immolandum fuisse. Quominus tamen distinguendas esse putemus Salutem simpliciter dictam Salutemque publicam sive publicam populi Romani Quiritium, impediunt votorum carmina, de quibus mox videbimus: in iis enim invocatur dea Salus modo cognomine carens, modo publica appellata, addita nonnunquam mentione populi Romani Quiritium. Iam vero cum anno 59 pro salute et reditu Neronis Saluti immolatum sit in foro Augusto (cf. acta eius anni v. 34 et p. 77 82), ea aetate templum proprium dea non videtur habuisse: id autem nescio an ita explicandum sit, ut templum in Quirinali situm, cum sub Claudio incendio dirutum esset (Plinius *n. h.* 35, 19), nunquam restitutum esse dicamus. — Una cum numinibus victimae commemorantur iis immolatae, et immolabant quidem Iovi bovem marem, deabus singulis singulas boves feminas. — Denique *exta aulicocta reddidisse* sacerdos dicitur. *Aulas,* scribit Festus (s. v. p. 23 ed. M.), *antiqui dicebant quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. Itaque aulicocia* (l. *aulicocta*) *exta, quae in ollis coquebantur, dicebant, id est elixa.* Item Varro (l. l. 5, 98 ed. M.): *aries, quod eum dicebant ἀρὴν veteres, nostri arviga, hinc arvignus. haec sunt quarum in sacrificiis exta in olla, non in veru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus;* et denuo (l. c. 104): *etiam frumentum, quod ad exta ollicoqua solet addi, ex mola, id est ex sale et farre molito.* — De caerimonia exta reddendi cf. Marinius p. 583. Sacerdos post victimam caesam inspectis ab haruspice coctisque in olla visceribus horum partem lanci impositam ac ter circa aram foculumve portatam (cf. Statius *Theb.* 4, 466) huic ministros imponere iubebat idque dicebatur *exta reddere,* quae ture deinde et mola vinoque aspersa in honorem deorum cremabantur. Cf. Servius qui ad versum Vergilii (*Georg.* 2, 194) *lancibus et pandis fumantia reddimus exta* adnotat haec: *sacerdotum usus est verbo. reddi enim dicebantur exta, cum probata et elixa arae superponebantur;* deque Potito et Pinario verba faciens hunc ad sacrificium ab Hercule institutum advenisse narrat *extis iam redditis* (*ad Aen.* 8, 269); item schol. *ad Stat. Thebaid.* 5, 641: *prosecta dicuntur exta, cum redduntur inspecta . . .;*

particulae enim minutae membrorum omnium prosecta dicuntur in sacris, quae inferuntur aris. Plura de his praeter Marinium l. c. et Marquardtum *R. A.* 4 p. 469 collegit Scheiffele apud Pauly *Realencycl.* 6, 1 p. 672.

Illustratis aetatis Domitiani actis iis, quae votorum annuorum pleniorem exhibent notitiam ad documenta accedamus temporum tam priorum quam posteriorum, quibus actorum epitomae quasi quaedam continentur. Acta enim concepta sunt sic:

[27 TIB. A 36 58] 59 60 NER. C MARC. C] *ille* magister [1]) collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute *illius imperatoris*: victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magister voverat, [2]) persolvit et in proximum annum nuncupavit, [3]) praeeunte *illo* [4]) in eadem [5]) verba quae infra scripta sunt. [6])

[1]) promagister 27 36.

[2]) magistri voverant TIB. A 60.

[3]) nuncupavit in proxumum annum 36; nuncupaverun[t] NER. C, *ut manifestum sit antea quoque in his actis scriptum fuisse* vota nuncupaverunt *et* persolverunt. *In actis TIB. A hic inseruntur verba* [Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni regina]e vacc(am), M[inervae vacc(am)] *cet.*

[4]) *verba* praeeunte *illo praecedunt verbum* nuncupavit 27.

[5]) ea 27.

[6]) *verba* in eadem *seqq. om.* 60. — *Ex actis NER. C non remanent nisi verba* . . . . perioris anni . . . ., ... nuncupaverun . . . ., ... quae infra scri . . . . — *Acta* MARC. C, *quamvis mutila, videntur tamen similiter concepta fuisse, cum appareant reliquiae verborum* [n]om[ine], [persol]vit et in pr[oximum].

[69 75] 78 magisterio *illius* promagistro *illo* [1]) collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupaverunt (*quae sequuntur ut supra*) [2]) in ea verba q(uae) i(nfra) s(ub)s(cripta) s(unt).

[1]) magister *ille* 75.

[2]) *in actis a.* 78 *legitur* victimis immolatis in Capitolio, quas *cet.*

[77] 81 [86] magister *ille* collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit (*quae sequuntur ut supra*) persolvit Iovi o(ptimo) m(aximo) boves mares II, Iunoni reginae vaccas duas, Minervae vaccas II, Saluti publicae vaccas II [1]) et in proximum annum nuncupavit, praeeunte *illo* [2]) in ea [3]) verba quae infra scripta sunt.

[1]) *singulae singulis numinibus immolantur victimae indicatae sic:* Iovi o(ptimo) [m(aximo) bovem] auratum, Iunoni reginae bovem [au]ratam, Minerv[ae bovem] auratam, Saluti publicae bovem a[urat]am 86; *anno enim* 86 *pro solo Domitiano domoque eius vota facta sunt, annis autem* 77 *pro Vespasiano et Tito,* 81 *pro Tito et Domitiano eorumque domu; cf. infra.*

[2]) *verba* praeeunte *cet. deficiunt* 86.

[3]) *eadem* 86.

[89] *lapide fracto interciderunt verba priora; deinde legitur:* [pro] salute *imperatoris illius ille* [frate]r Arvalis, qui vice *illius* magi[stri fu]ngebatur, vota nuncuparunt (*sic*).

[101] 105 [117] in Capitolio ad vota solvenda et nuncupanda pro salute *imperatoris illius* fratres Arvales convenerunt. hac die immolatum non est. [1])

[1]) *verba* hac die *e. q. s. defuisse in actis a.* 117 *ostendit hiatus angustus.*

[118] 120 in Capitolio votorum nuncupandorum causa pro salute *imperatoris illius* fratres Arvales convenerunt.

[139] 155 magisterio *illius* per promag(istrum) *illum* .... in Capitolio votorum nuncupandorum causa pro salute *imperatoris illius* fratres Arvales convenerunt.

[183] in Capitolio *ille* [magister collegi frat]rum Arvalium; votorum solutorum et no[vorum[1]) c]ausa pro salute *imperatoris illius* fratre[s] Arvales conveneru[nt] (*sequuntur nomina magistri eorumque qui adfuerunt; deinde:*) hoc die immolavit *ille* mag(ister) Iovi o(ptimo) m(aximo) bo[vem] marem, Iunoni reg(inae) bovem feminam, Minervae bovem feminam, [Sa]luti publicae p(opuli) R(omani) bovem feminam. [2])

[1]) *fortasse legendum* n[uncupandorum] *cf. ad acta.*

[2]) *acta a.* 186 *secundum reliquias paucissimas eadem ratione videntur concepta fuisse: supersunt certe verba* Iunoni re[ginae].

231 [fratres Arval]es in Capitolio ante cellam Iunonis reginae convenerunt ad vota annu[a solvenda et suscipienda[1]) pro salute] *imperatoris illius*: hoc die immolavit *ille* magister Iovi b(ovem) m(arem) a(uratum)], Iunoni reginae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Saluti publicae p(opuli) R(omani) [bovem) f(eminam) a(uratam).

[1]) *verbum* suscipienda *ex actis votorum quae anno* 218 *pro Elagabalo imperium adepto concepta sunt, ita desumpsi ut adderem verbum* solvenda, *cui in illis locus non erat, cum pro illo imperatore tum primum vota fierent cf. vota pro Gordiano ob initum imperium concepta a.* 238.

[38 91 DOM. B. D. 180 MARC. D. G] } *fractis lapidibus interciderunt.*

Collatis actis modo propositis cum iis, de quibus antea disputavimus, in illis apparet vel breviter significata (*collegi nomine nuncupavit, nuncupaverunt*) vel omnino praetermissa esse et relationem magistri vel promagistri, et decretum collegii, paucis autem indicata ea, quae capite tertio continentur de votis solutis victimisque immolatis; nam semel (Tib. A) ante aetatem Domitiani nominantur numina ac victimae iis oblatae. Domitiani contra aetate ne in actis quidem minus plenis deest deorum et victimarum mentio, exceptis, ut

videtur, actis anni 89, quibus solito brevius vota referuntur; post eius vero aetatem imperantibus Traiano, Hadriano, Antonino Pio quam maxima brevitate acta concepta sunt, ut sub Traiano nec numina nominentur nec victimae, sub Hadriano autem et Antonino Pio ne votorum quidem solutorum aut deorum victimarumque ulla extet commemoratio. Item quae de novis votis nuncupandis quarto capite actorum Domitiani leguntur, ea in actis ante aetatem Domitiani conscriptis breviter significata sunt, ita tamen ut referantur ipsa votorum carmina nomenque addatur eius qui carmen praeierat: sub Traiano contra, Hadriano, Antonino Pio. carminibus omissis simpliciter votorum nuncupandorum causa conveuisse dicuntur Arvales. — De actis sub M. Aurelio exaratis, quorum pauca fragmenta supersunt, nihil certi affirmare licet: cum autem carmina relata fuisse ex reliquiis eorum eluceat, partes quoque quae praecedebant plenius videntur conceptae fuisse. Temporibus denique Commodi et Severi Alexandri omisso carmine nomina recensentur deorum, quibus vota solvuntur, additis, ut fieri solet, victimis immolatis.

De singulis noto haec. Nomen eius qui carmina votorum praeiisset adnotatum esse diximus ante aetatem Domitiani: legitur etiam in actis anni 81, omittitur iam anno 86. De re cf. imprimis Plinius (*n. h.* 28, 11): *victimam caedi sine precatione non videtur referre aut deos rite consuli. praeterea alia sunt verba inpetritis, alia depulsoriis, alia commendationis videmusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus et ne quod verborum praetereatur aut praeposterum dicatur, de scripto praeire aliquem rursusque alium custodem dari qui attendat* cet.; quaeque a Marinio (p. 110) et Prellero (*R. M.* p. 125) citantur precationum ac devotionum exempla. — Annis 101 et 105 Arvales non immolarunt: sacrificia autem cum non fierent ea die nisi votorum solvendorum causa, haec videntur tum soluta non esse, quamquam ex formula consueta ad solvenda vota sacerdotes dicuntur convenisse. Nec sacrificia illa quomodo praetermitti potuerint, equidem perspicio, nisi forte dicendum est translatam in annum sequentem votorum solutionem ob absentiam principis profecti fortasse iam ad bellum Dacis inferendum. Similiter anno 89 de nuncupatis solis votis agitur. Tempora autem si respexeris formulasque aetati Domitianae proprias, in actis illis quamvis breviatis vix credibile victimas immolatas votorumque solutionem sine causa silentio praetermissas esse. Iam vero quae ex actis anni 89 supersunt, ea magna ex parte ad Domitiani expeditionem aut Suebicam et Sarmaticam aut Dacicam pertinent victoriamque eius et reditum celebrant. Afuit igitur Domitianus, cum anno 89 vota annua conciperentur: ut si re vera tum nec vota soluta nec victimae immolatae sunt, absentia principis bellique periculum videatur causa fuisse. Licet autem actis anni 89 videantur confirmari ea quae de annis 101 et 105 coniecimus, tamen non tacendum est Traiani expeditionem Dacicam priorem ipsi anno 101 tribui, alteram anno demum 105 inceptam esse (cf. Eckhel 6, 414 et 418; Mommsen ad *C. I. L.* 3, 550). Ostendunt praeterea ipsa Arvalium acta vota annis illis pro reditu et victoria Traiani concepta mensibus demum Martio et Iunio nuncupata esse, annoque 105 ad vota pro reditu accedunt etiam vota pro itu Traiani concepta: unde haud scio an cum aliqua probabilitate poni possit mense Ianuario ineunte imperatorem iam ab urbe afuisse. Possis etiam cogitare de caerimonia illa piaculo aliquo interrupta et propterea omissa sed neque probabile in annum sequentem dilatam esse solutionem votorum, quae primo potius tempore repetenda erat, praesertim

cum de salute Caesaris ageretur, nec facile duobus annis non multum distantibus Arvalium vota interrupta esse putarim, cuius rei in tot monumentis alterum vestigium superest nullum.

Praeter deos Capitolinos deam quoque Diam nonnunquam ob vota annua vidimus ab Arvalibus invocatam esse eique die diverso in luco eius sacrum factum; cuius acta habemus haec:

38 *ille* promagister collegii fratru[m] Arvalium nomine in luco deae Diae pro salute *illius imperatoris* vaccam quam III non(as) Ianuar(ias) voverat, inmolavit.

Quod autem die diverso vota solvuntur deae Diae nuncupata, inde explicatur, quod nimis ab urbe lucus eius remotus erat quam ut Arvales eodem die in eo atque in Capitolio immolare possent. Ceterum in votis annuis cum semel tantum dea Dia commemoretur, credi potest per exceptionem factum esse ut praeter vota ordinaria deae quoque Diae vota adsusciperentur.

Addo nomina eorum, quorum pro salute facta sunt vota annua in actis superstitibus memorata:

[27 TIB. A 36] [Ti.] Caesaris Au[g(usti) pont(ificis) max(imi), tribunic(ia) potest(ate) XXVIII [1]), co(n)s(ulis) IIII [2]), p(atris) p(atriae) et Iu]liae August[ae]. [3])

[1]) [XXXVII] 36.

[2]) [V] 36.

[3]) et Iuliae Augustae *om.* 36.

Acta 27 *et* 36 *valde mutila restitui ex carmine votorum. Acta anni incerti TIB. A paene tota interciderunt, sed quae restant satis indicant Iuliae quoque Augustae mentionem in iis factam esse: item additur* domusque eo[rum].

38 C. Caesaris A[ugusti] Germanici.

[58] 59 60 [NER. C] Neronis Claudi, divi Claudi fili, Germanici Caesaris n(epotis), Ti(beri) Caesaris Aug(usti) pron(epotis), divi Aug(usti) abnepotis, Caesaris Aug(usti) Germanici pontificis maximi, trib(unicia) pot(estate) V, imperatoris VI, co(n)s(ulis) III, design(ati) IIII, et Octaviae coniugis eius. [1])

[1]) *dedi ex actis integris anni* 59. *In actis a.* 60 *legitur* trib(unicia) pot(estate) VII imp(eratoris) VII co(n)s(ulis) IIII; *in actis a.* 58 *restituendum est sic:* trib(unicia) pot(estate) IIII, imp(eratoris) V, co(n)s(ulis) III; *ex actis* NER. C *non supersunt nisi haec:* . . . III . . . . cos. IIII. et. . . . . .: *De tribunicia potestate Neronis cf. p.* 65

[69] [Ser. Galbae imp(eratoris) Caes(aris) Aug(usti) pon]t(ificis) max(imi) [tribunic(ia) potest(ate)].

[75 77] 78 imp(eratoris) Vespasiani Caesaris Aug(usti) trib(unicia) pot(estate) co(n)s(ulis) VIII et T(iti) Caesaris Aug(usti) f(ili) Vespasiani co(n)s(ulis) VI. [1])

[1]) *dedi ex actis a.* 78: *in actis a.* 75 *consulatus non commemoratur, acta a.* 77 *respondent a.* 78.

81 imp(eratoris) Titi Caesaris divi f(ili) Vespasiani Aug(usti) pontif(icis) max(imi), tribunic(ia) potest(ate), co(n)s(ulis) VIII et Caesaris divi f(ili) Domitiani co(n)s(ulis) VII et Iuliae Aug(ustae) liberorumque eorũm.

[87 90] imp(eratoris) Caesaris divi Vespasiani f(ili) Domitiani Aug(usti) Germanici pontificis maximi et Domitiae Aug(ustae) c[oniugis eius et Iulia]e Aug(ustae) [1]) totique domui eorum.

[1]) *deest a.* 90: *decessit igitur inter annos* 87 *et* 90: *cf. antea ad acta Domitiani p.* 92.

[89] imp(eratoris) Caesa[ris Domiti]ani Aug(usti) Germanici.

[101] 105 117 imp(eratoris) Caesaris Nervae Traiani Aug(usti) Germanici Dacici [1]).

[1]) *dedi ex actis a.* 105: *a.* 101 *om. cognomen* Dacici, *a.* 117 *accedit cognomen* Parthici.

[118] 120 imp(eratoris) Caesaris divi Traiani Parthici [fili] [1]), divi Nervae nepotis, Traiani Hadriani Aug(usti).

[1]) Parthici Hadrian[i fili] *errore* 120.

155 imp(eratoris) Caesaris Titi Aeli [Hadriani] Antonini Aug(usti) pii p(atris) p(atriae).

183 imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli [Commodi] Antonini [Aug(usti) pii Sar]m(atici) [et] Germ(anici) maxim(i) p(atris) p(atriae) co(n)s(ulis) IIII.

231 [imp(eratoris) Caes(aris) divi Sever]i pii nepotis, divi Magni Antonini pii fili, M. Aureli Severi Alexandri pii [felicis Aug(usti) p(ontificis) m(aximi), trib(unicia) pot(estate) X, co(n)s(ulis) III, p(atris) p(atriae), proco(n)s(ulis) et Iuliae Mammaeae] matris Aug(usti) n(ostri) et castrorum, senatus ac patriae totiusque domus divina[e] eoru[m].

Lapidibus fractis in documentis ceteris deficiunt nomina eorum, ad quos vota pertinent.

---

4. Votorum annuorum carmen.

Ipsa verba, quibus vota nuncupantur, adsunt in actis antiquissimis annorum 27 36 38; breviata exhibentur in actis TIB. A et aetatis Neronis et Vespasiani; plene referuntur in actis Titi et Domitiani exceptis iis quae ad annum 89 spectant, in quibus plane omittuntur; item omnino deficiunt sub Traiano, Hadriano, Antonino Pio; denuo carmen paullo aliter conceptum in actis aetatis M. Aurelii scriptum est, plane autem omittitur in actis Commodi et Severi Alexandri. — Carmen aetatis antiquioris conceptum est sic:

[27 36 38] 81 [86 87 90 91 DOM. B *et* D] Iuppiter o(ptime) m(axime),[1]) si imp(erator) *ille* et *illa* (*ille*),[2]) quos nos sentimus[3]) dicere, vivent domusque eorum incolumis erit[4]) a(nte) d(iem) III non(as) Ian(uarias) quae proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), rei p(ublicae) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) [erunt fuer]int,[5]) et eum diem eosque salvos[6]) servaveris ex periculis, si qua sunt [eruntve ante] eum diem, eventumque bonum ita uti nos sentimus[7]) dicere, [dederis eosque in eo st]atu, quo nunc sunt,[8]) aut eo meliore servaveris, ast tu [ea ita faxsis,[9]) tum[10]) tibi nom]ine collegi fratrum Arvalium bubus au[ratis II[11]) vovemus[12]) esse futuru]m.

Dedi ex actis a. 81 *fere integris: cetera valde mutila sunt nec de singulis semper constat. In actis a.* 38 *et DOM. B lapide fracto totum caput deficit. In ceteris varie leguntur haec:*

[1]) te precor quaesoque *inseritur a.* 86.

[2]) *nomina imperatorum quae in carmine laudantur, sunt haec:*

27 Ti. Caesa[r divi Augusti f(ilius) Augustus pont(ifex) max(imus), tribunic(ia) pot]est(ate) XXVIII, [co(n)s(ul) IIII, p(ater) p(atriae) et Iulia Augusta.

[36] Ti. Caesar Augustus pontifex] maximus, trib(unicia) potest(ate) X[XXVII, co(n)s(ul) V].

[38] *deficit lapide fracto, sed restituitur ex voto deae Diae soluto sic:* C. Caesar A[ugustus Germanicus].

81 imp(erator) Titus Caesar Vespasianus Aug(ustus) pontif(ex) max(imus) trib(unicia) potest(ate) p(ater) p(atriae), et Caesar divi f(ilius) Domitianus.

[86] 87 imp(erator) Caesar divi Vespasiani f(ilius) Domitia[nus Au]g(ustus) Germanicus pontif(ex) maximus trib(unicia) pot(estate) censor perpetuus p(ater) [p(atriae), et Domit]ia Aug(usta) coniunx eius, et Iulia Aug(usta).

[90 91 DOM. D] *similiter, nisi quod omissum est nomen Iuliae iam defunctae.*

[3]) quos me sentio 87.

[4]) . . . . . . erunt 27: *quo efficitur domum Augustam non fuisse commemoratam, legendumque esse* et incolumes erunt; *similiter in actis a.* 36 *non potest mentio facta esse domus Augustae, ideoque ibi quoque scripsi* et incolumis erit.

[5]) fuerint *om.* 87.

[6]) *videtur insertum fuisse:* quos nos sentimus dicere, 27.

[7]) uti me sentio 87 90.

[8]) qui [nunc est] 27; qui nunc est 91.

[9]) *verba* ast — faxsis *om.* 36.

[10]) tunc 91.

[11]) [bove a]urato 27, bo[ve aurato] 87, [bove mari] albo aurato 86, bovem auratum 90, bovem aurato (*sic*) 91.

[12]) voveo 27 36 87 90.

Accedit in actis antiquissimis votum alterum eandem ob causam Iovi ab Arvalibus conceptum verbis fere his:

[27 38] Iuppiter o(ptime) m(axime), quae in verb[a tibi bove aurato vovi esse futur]um, [quod] hoc die vovi, ast tu ea ita fa[xis, tunc tibi donum] auri p(ondo) XXV, argenti p(ondo) IV ex pecunia fratrum [Ar]valium nomine eorum positum iri voveo. [1])

[1]) *dedi carmen ex actis a.* 38, *cum nimis mutila sint acta* 27: *in his tamen inde a verbis quae sunt* tunc tibi *videtur legendum esse fere sic*: [tunc ti]bi donum i[mpensa fratrum Arvalium auri p(ondo) . . . argenti p(ondo) . . nomine eorum] *cet. Similiter nescio an scriptum fuerit in actis a.* 36, *cum lapis fractus sit.*

Hoc votum non liquet utrum illa aetate omnibus annis nuncupatum, an extra ordinem ab Arvalibus conceptum sit. Id tamen videtur constare ex pecunia altera victimas ad vota solvenda comparatas esse, ex altera donum Arvales posuisse. Et haec quidem in actis anni 38 pecunia dicitur fratrum Arvalium, in actis autem anni 27 eadem res ita videtur indicata esse ut *i[mpensa]* eorum donum dicatur factum esse. Iam vero satis notum est collegiis sacerdotalibus bona quaedam fuisse adsignata, quorum ex reditu sacrorum impensae praestarentur (cf. Marquardt *R. A.* 3, 2 p. 67 seqq.), neque dubitari potest, quin e commodis et reditibus huius generis ordinaria ab Arvalibus sacra facta sportulaeque fratribus divisae sint. Neque tamen veri simile omnes reditus illos quotannis in sacra consumptos esse; immo arcam Arvalibus aeque ac pontificibus fuisse cum per se probabile est, tum eo confirmatur, quod calatores ob introitum summam quandam collegio dare debebant (cf. acta a. 120 et exord. p. VIII); eamque arcam hoc loco pecuniam puto dici fratrum Arvalium. Nam si intellegis pecuniam a singulis collegis sponte collatam, ea non videtur apte dici potuisse pecunia Arvalium, id est collegii. — Sequuntur in carmine haec:

Iuno regina, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato [1]) vovi [2]) esse futurum, quod [3]) hoc die [4]) vovi, [5]) ast tu [6]) ea ita faxis, tum tibi [7]) colle[gii] fratrum Arvalium nomine [8]) bove aurata [9]) voveo [10]) esse futuru[m].

Dedi ex actis a. 38 *fere integris: deficit lapide fracto a.* 27 36.

[1]) [bubus a]uratis II 81; bovem auratam (*sic*) 91; *lapide fracto non constat* 86 87 90.

[2]) vovimus 81 91.

[3]) quo 91.

[4]) hodie 87 90 91: *deficit* 81.

[5]) vovimus [81] 91 [DOM. B].

[6]) astu 91.

[7]) in eadem verba *inseritur* 81 86 [87] 91.

[8]) nomine collegii fratrum Arvalium 81 86 [87] 91 *et omisso verbo quod est* Arvalium 90.

[9]) [vaccis auratis II] 81; bove femina alba aurat(a) 86; bove aurata [87] 90; bovem auratam 91.

[10]) vovemus [81] 91 [DOM. B].

38 Minerva, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) bove aurato vovi esse futuru[m], ast tu ea ita faxis, tum

tibi collegii fratrum Arvalium n[omine] bove aurata voveo esse furum (*sic*).

In eadem verba vovit deae Diae, Saluti, divo Augusto. [1])

[1]) *vota Minervae diisque ceteris nuncupata lapidibus fractis deficiunt in actis a.* 27 36 81: *in posterioribus concepta sunt sic:*

[86 87 90] 91 [DOM. B] [Minerva, quae in] verba Iunoni reginae [1]) bove femina aurata [2]) vovi [3]) esse futu[rum, quod hod]ie vovi, ast tu [4]) ea ita faxis, tum tibi in eadem verba nomin(e) [collegi fratrum Arva]lium bove femina alba aurata [5]) voveo [6]) esse futurum.

Dedi ex actis a. 86: *in ceteris aliter leguntur haec:*

[1]) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) 91: *item in capite sequenti, sed cum bos femina dicatur ei immolata esse, Iovis nomen necesse est errore ibi repetitum sit loco Iunonis, nec in actis a.* 90 *ausus sum reponere nomen Iovis, cum in actis a.* 86 *nomen Iunonis servatum sit, in actis autem a.* 87 *victima femina eam satis indicet. E contrario in actis* DOM. B *cum* bove aurato *legatur in capite ad Salutem spectante, ceteris quoque deabus ad exemplum Iovis videtur immolatum esse.*

[2]) bove aurata [87 90], bovem auratam 91.

[3]) vovimus 91.

[4]) astu 91.

[5]) bovem auratam [87] 90.

[6]) vovemus 91.

Salus publica p(opuli) R(omani) Quiritium [1]) (*quae sequuntur, omnino respondent voto Minervae nuncupato.*)

[1]) Salus Augusta p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) 91.

Deficiunt dea Dia et divus Augustus: cf. infra p. 104.

Omisso carmine votorum acta breviata sunt sic:

[TIB. A] [Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem), Iunoni regina]e vacc(am), M[inervae vacc(am) (*cetera lapide fracto interciderunt.*)

[58] 59 60 [NER. C 69] Iovi mares II, Iunoni vaccas II, Minervae vaccas II, Saluti publicae vacc(as) II; in templo novo [1]) divo Aug(usto) boves mares II, divae Aug(ustae) vaccas II, divo Claudio boves m(ares) II. [2])

[1]) [ante te]mplu[m novum] NER. C.

[2]) *singulae singulis numinibus voventur victimae* 69. *Ex actis* NER. C *supersunt haec:* . . . vae vac . . . . . . mplu . . . . .

78 Iovi opt(imo) max(imo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vacc(am), Saluti vaccam. — item pro T(ito) imp(eratore) Vespasiano Caesare Aug(usti) f(ilio) isdem verbis q(uae) s(upra) s(cripta) [sunt]: Iovi opt(imo) maxim(o) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vacc(am), Saluti vaccam.

Denique carmen referam posteriore aetate usitatum, cuius tria tantum fragmenta reliqua sunt, quae collata inter se restitui ut potui:

[MARC. C D G] [Iuppiter o(ptime) m(axime), si r(es) p(ublica) p(opuli) R(omani) Q(uiritium), imperium Romanum, exercitus, socii, natione]s, quae sub d[i]cione p(opuli) R(omani) Q(uiritium) sunt, inco[lumes erunt a(nte) d(iem) III non(as) Ian(uarias), quae proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus), r(ei) pu]blicae p(opuli) R(omani) Quiritibus (*sic*) erunt, et imp(eratorem) [Caes(arem) M. Aurelium Antoninum Aug(ustum) *cet.* p(ontificem) m(aximum) trib(unicia) p(otestate) . . . imp(eratorem) . . co(n)]s(ulem) III p(atrem) p(atriae), divi Antonini Pii fili[um, divi Hadriani n(epotem), divi Traiani Parthici pronep(otem), divi Nerva]e adnep(otem), o(ptimum) m(aximum) principem, [quem nos sentimus dicere, ex periculis, si qua sunt, erunt, servaveris s]alvom incolumemqu[e] [1]) cu[m uxore ac liberis totaque domu Augusta ante eum diem, event]umq(ue) bonum [ita, uti] no[s sentimus dicere, dederis, ast tu ea ita faxis, tum tibi b(ubus) m(aribus) II au]ratis bovemus ess[e futurum. — Iuno et Minerva, quae in verba Iovi o(ptimo) m(aximo) b(ubus) m(aribus) II auratis vovimus esse futurum, quod hodie] vovimus, ast ita [feceritis, tum vobis in eadem verba b(ubus) f(eminis) II a(uratis) vovemus esse futuru]m. Salus p[ublica *cet.*

[1]) *de uno M. Aurelio in actis certe C agi his verbis numero singulari positis constat: concepta igitur sunt post mortem L. Veri, antequam Commodus Augustus nominatus esset, inter annos scilicet* 169 *et* 177. — *Ex G non manent nisi haec:* pupli . . . . veris s . . . . pontific . . . . Antonin . . . . Hadria . . . .. ni Par . . . . . ., *quae similiter certe videntur concepta* esse.

Ad carmen votorum annuorum itidem pertinet aliud eiusdem fere aetatis fragmentum (MARC. B) nimis mutilum quam quod restitui possit. In eo praeter M. Aurelium Augustum commemorantur L. Verus et Lucilla uxor. Formulae enim in eo usitatae etsi differunt a carminibus tam antiquiore quam recentiore, tamen conceptae sunt ita ut ad aliud sacrum vix possint referri. Legimus enim in eo verba *et in eo* [*statu* . . . . *serv*]*aberis* (sic) *ev*[*e*]*n*-[*tumque bonum ita uti nos sentimus dicere, dederis*], porro *nomine* [*collegi fratrum Arvalium*]: denique vocabulum quater repetitum quod est *futurum,* cum numinibus ob vota annua invocatis recte convenit.

Collatis variis quae supersunt carminis exemplis cum iis quae de ratione votorum antea exposuimus, vota annua apparet omni tempore nuncupata esse Iovi optimo maximo, Iunoni reginae, Minervae, summis scilicet imperii numi-

nibus, denique Saluti, quae eadem appellatur Salus publica, Salus publica populi Romani Quiritium, Salus Augusta publica populi Romani Quiritium. Accedunt in actis antiquissimis dea Dia et divus Augustus, ut ostendunt acta a. 38; in actis paullo recentioribus omissa dea Dia nominantur divus Augustus, diva Augusta, divus Claudius, quibus immolari solebat in templo novo divi Augusti, quo de cf. p. 55. Et his quidem divis immolatum est etiam pro salute Galbae et Othonis: cessavit autem cultus eorum sub Flaviis imperatoribus, nec in actis Arvalium unquam redit eorum mentio nisi ubi cum ceteris imperatoribus consecratis simplici divorum nomine comprehenduntur (cf. a. 183 218 224).

Victimae singulis numinibus immolantur singulae, ubi pro singulis imperatoribus vota fiunt. Binae autem sacrificantur, cum vota nuncupantur pro binis imperatoribus vel pro imperatore et Caesare (cf. a. 78 pro Vespasiano Augusto et Tito Caesare; 81 pro Tito Caesare Augusto et Caesare Domitiano); item pro Nerone et Octavia coniuge (cf. 59 60) posteraque aetate pro M. Aurelio eiusque uxore et liberis (MARC. C D). At sub Domitiano, quamquam in votis commemorantur Domitia et prioribus certe temporibus Iulia Augusta Titi Caesaris filia, tamen singulae victimae immolantur. Sub Traiano, Hadriano, Antonino Pio, cum uxores eorum in actis non nominentur, in votis singulis victimis immolatum esse credendum est. Item sub Severo Alexandro, quamquam una cum eo Mammaea in votis nominatur, singulis victimis sacrificabatur.

---

5. Praesentes.

Qui adfuerant, dum vota nuncupantur, in actis ad finem adnotantur praescriptis verbis his:

38	adfuerunt *illi.*
58 59 60 69 78 81 (k. oct.) 86 87 [90] 91 [DOM. B]	in collegio adfuerunt *illi.*
[101] 105 [117]	adfuerunt in collegio *illi.*
[118] 120 139 155 183 [186]	fratres Arvales convenerunt *illi.*
[27 36 TIB. A NER. C 75 77 81 DOM. D 180 MARC. C D 218 231 238]	*deficiunt fractis lapidibus nomina eorum qui adfuerunt.*

Magistri vel promagistri, quamquam antea commemorati sunt, inter praesentes denuo nominantur exceptis actis a. 38 et 59.

---

6. Vota pro salute novi principis suscepta.

Ad vota annua accedunt vota ea, quae defuncto imperatori cum successisset alius, pro salute novi principis concipiebantur; quae quamquam paucis diebus post imperium initum ei fieri solebant, semper tamen in diem tertium nonas Ianuarias proximas nuncupata sunt. Cuius rei exempla in actis habemus haec:

69 imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto), L. Salvio Othone Titiano (iterum) co(n)s(ulibus) III k(alendas) Febr(uarias), mag(istro) imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto), promag(istro) L. Salvio Othone Titiano: colleg(i) fratrum [A]rva(lium) nomine immolavit in [Cap]itolio ob vota nuncupata pro salute imp(eratoris) M. Othonis Caesari[s A]ug(usti) in annum proximum in III non(as) Ianuar(ias) Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem): in collegio adfuerunt *cet.*

81 isdem co(n)s(ulibus) [1]) k(alendis) Octobr(ibus) [i]n Capitolio collegius (*sic*) fratrum Arvalium immolavit ob votorum [co]mmendandorum causa pro salute et incolumitate Caesaris divi f(ili) Domitian(i) Aug(usti) per L. Pompeium Vopiscum C. Arruntium Catellium Celerem promag(istrum) C. Iuni Mefitani: Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Salut(i) vaccam, Genio ipsius taurum. — item in annum proximum nuncupavit in Capitolio pro salute imp(eratoris) Caesaris divi f(ili) Domitiani Aug(usti) in ea verba q(uae) s(upra) s(cripta) s(unt), Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti vaccam; — item pro salute Domitiae Aug(ustae) coniugis eius in ea verba quae supra scripta sunt, Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti vaccam; — item pro salute Iuliae T(iti) imp(eratoris) f(iliae) Augustae in ea verba quae supra scripta sunt, Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni reginae vaccam, Minervae vaccam, Saluti vaccam; in collegio adfuerunt *cet.*

[1]) *sc.* M. Petronio Umbrino. L. Carminio Lusitanico.

[193] [isdem co(n)s(ulibus)] pr(idie) id(us) [Ia]n(uarias) [in Capitolio fratres Arvales convenerunt ad vota an-

nua su]scipienda [pro salute i]mp(eratoris) Caes(aris) P. He[lvii Pertinacis Aug(usti) trib(unicia) potest(ate), co(n)s(ulis) II, p(ontificis) m(aximi), pr]incip(is) senat[us, p(atris) p(atriae). item vota decennal]ia cum co(n)s(ulibus) [susceperunt? *cet.* [1])

[1]) *restitui ex actis a.* 218, *quibus acta a.* 193 *fere respondisse videntur. Quamquam in his vix possunt commemoratae fuisse cella Iunonis reginae et incolumitas principis, nec omnino constat, num vota decennalia recte inserta sint.*

218 imp(eratore) Anton[ino] Aug(usto) [et A]dvento co(n)s(ulibus) pr(idie) id(us) Iul(ias) in Capit(olio) ant(e) cell(am) Iun(onis) reg(inae) fratr(es) Arv(ales) conv(enerunt) ad vota an[nua] suscip[ie]nd[a] pro salute et incolum(itate) imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelli Antonini pii fel(icis) Aug(usti) p(ontificis) m(aximi), [trib(unicia) p]ot(estate), co(n)[s(ulis), p(atris)] p(atriae), proco(n)s(ulis), et Iuliae Maesae·Aug(ustae) aviae Aug(usti) n(ostri) totaq(ue) dom(o) divin(a) eor(um); item ad vo[ta dece]nn(alia) suscip[ie]nd[a] imp(eratoris) Caes(aris) M. Aur(elli) Antonini [pii] felicis Au[gus]t(i) [p(ontificis) m(aximi), t(ribunicia) po[t(estate)], co(n)s(ulis, p(atris) [p(atriae), proco(n)s(ulis), item ad] lud(os) v[oti]vos committend(os) conven(erunt) . . . .

238 VI idu[s Iun(ias)? in Capitolio an]te cellam Iunonis r[eginae vota annua suscepta] in III non(as) Ian(uarias) quae [proximae p(opulo) R(omano) Q(uiritibus) erunt]; item decennalia sus[cepta pro salute] et incolumitate imp(eratoris) [Caesaris M. Antonii] Gordiani pii felicis A[ugusti fratres Arvales] convenerunt per M. M[. . . . .

Otho imperator factus est et a senatu agnitus a. d. XVIII kalendas Februarias (Tac. *hist.* 1, 27 seqq.) eiusque, ut videtur, ob imperium Arvales immolarunt paucis diebus post, deinde ob comitia eius consularia a. d. VII kalendas Februarias, vota denique pro salute eius nuncuparunt a. d. III kalendas easdem (cf. acta a. 69 et p. 64 seqq.). Similiter Domitianus a. d. XVIII kalendas Octobres Romae videtur imperator agnitus esse (cf. acta sacri ob imperium eius ab Arvalibus celebrati p. 64), ob eamque rem tribunatumque cum iam immolassent Arvales, kalendis demum Octobribus votorum commendandorum causa pro salute eius sacrificarunt novaque vota susceperunt. — Pertinax porro cum pridie kalendas Ianuarias anni 193 imperator factus esset (Capitol. *Pert.* 4), poterant vota pro salute eius ipso votorum die, sc. a. d. III nonas Ianuarias, fieri: sed non sunt suscepta nisi pridie idus easdem. Denique Elagabalum collegam cooptarunt Arvales, antequam pro salute eius vota concepissent (cf. a. 218). Victus enim est Macrinus die octavo mensis Iunii (Dio 78, 39), quo facto victor Antiochiam ingressus non expectata senatus sententia statim ad

patres scripsit, adsumptis omnibus imperatorum titulis (l. c. 79, 2): neque tamen vota pro salute eius suscepta sunt nisi pridie idus Iulias, quo die inter sodales Antoninianos (Henzen 6053) et sacerdotes in aede Iovis propugnatoris consistentes (ibd. 6058) Elagabalus cooptatus est. Constat igitur vota pro novis imperatoribus minime ipso die imperii nuncupata esse, ideoque quamquam Gordianum iam a. d. X kalendas Iulias anni 238 imperasse scimus (cf. *Cod.* 2, 10, 2 et Borghesius *Bull. nap. n. s.* 7 p. 45, *opp.* 5 p. 488), vota pro salute eius dubitari potest, num mense Iunio nuncupata sint. Quamquam certum est perperam statuisse Marinium (p. 704) protracto ad medium circiter mensem Iulium Pupieni ac Balbini imperio a. d. VI idus Augustas vota pro Gordiano suscepta esse.

De ipsis sacris observanda sunt haec. Vota a. d. III nonas Ianuarias suscepta cum morte imperatoris irrita facta essent, in eorum locum vota pro novo principe susceperunt et ob ea immolarunt, id quod plane dicunt acta Othonis, praetermittunt Elagabali et Gordiani in votis referendis pro huius aetatis consuetudine brevissima. De Domitiano paullo aliter res se habet. Vota enim mense Ianuario facta cum non pro solo imperatore defuncto nuncupata essent, sed aeque pertinerent ad Domitianum Caesarem (cf. acta a. 81), morte Titi Caesaris ex parte tantum irrita facta sunt. Arvales igitur et pro imperio Domitiani nova vota conceperunt et eodem tempore priora diis commendarunt ob eamque rem easdem victimas immolarunt, quibus immolatis vota solvebantur. Diis Capitolinis ac Saluti publicae additur genius imperatoris, cui taurus ex more immolatur: genio autem principis etiam alias pro salute eius sacrificatur (cf. acta pertinentia ad sacra pro salute principum extra ordinem facta p. 85 seqq.), etsi in votis annuis locum non habeat. — Pro salute Othonis vota nuncupata sunt Iovi, Iunoni, Minervae, Saluti, praeterea divo Augusto, divae Augustae, divo Claudio; scilicet vidimus in carminibus votorum sub Iuliis Claudiisque imperatoribus numinibus Capitolinis divos semper additos esse, sub Flaviis imperatoribus id desiisse. — Cum votis annuis pro salute Elagabali et Gordiani susceptis coniuncta sunt vota decennalia, quae anno 218 nota pro solo principe nuncupata esse omissis avia Iulia Maesa domoque eorum. De iis Dio, cum antea in decennium imperium in provincias suas Augustum accepisse narraverit (53, 13), scribit sic: *τῆς γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης ἄλλα ἔτη πέντε, εἶτα πέντε, καὶ μετὰ τοῦτο δέκα καὶ ἕτερα αὖθις δέκα πεντάκις αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε τῇ τῶν δεκαετηρίδων διαδοχῇ διὰ βίου αὐτὸν μοναρχῆσαι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, καίτοι μηκέτ' ἐς τακτὸν χρόνον ἀλλ' ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρτασαν ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι. καὶ τοῦτο καὶ νῦν γίγνεται.* Idem de Tiberio (57, 24): *διελθόντων δὲ τῶν δέκα ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ψηφίσματος μὲν ἐς τὴν ἀνάληψιν αὐτῆς οὐδενὸς ἐδεήθη (οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο κατατέμνων αὐτήν, ὥσπερ ὁ Αὔγουστος ἄρχειν), ἡ μέντοι πανήγυρις ἡ δεκαετηρὶς ἐποιήθη*; et de decennio altero (58, 24): *μετὰ δὲ ταῦτα εἰκοστοῦ ἔτους τῆς ἀρχῆς ἐπιστάντος αὐτὸς μέν, καίτοι περί τε τὸ Ἀλβανὸν καὶ περὶ τὸ Τούσκουλον διατρίβων, οὐκ ἐσῆλθεν ἐς τὴν πόλιν, οἱ δ' ὕπατοι Λούκιός τε Οὐιτέλλιος καὶ Φάβιος Περσικὸς τὴν δεκαετηρίδα τὴν δευτέραν ἑώρτασαν (οὕτω γὰρ αὐτήν, ἀλλ' οὐκ εἰκοσετηρίδα ὠνόμαζον) ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις αὐτῷ κατὰ τὸν Αὔγουστον διδόντες.* Imperatorum posteriorum de decennalibus notat Eckhelius (8 p. 476) nihil tradi ante Antoninum Pium, qui pri-

mus in nummis ea inscripsit: post hunc frequens eorum in monumentis commemoratio (cf. Marini p. 650). — Ludi votivi, quos commisisse dicuntur Arvales, et ipsi ad imperium Elagabali pertineant necesse est, nec recte Marinius (p. 651) eos composuit cum ludis votivis, quorum in fastis pluries mentio fit (*C. I. L.* I p. 387 ad prid. k. Mart.). — Cum votis pro salute Elagabali conceptis in actis a. 218 coniunctae erant adclamationes, ex quibus non remanent nisi hae.

> fratr(es) Arval(es) in Capitolio suc [. . . . . . . et adclamaverunt]: feli[cis]s(ime)! saepe de nostr(is) ann(is) augeat tibi [I]up[piter annos! . . . . sis p]ius et felix, M(arce) A(ntonine) im(perator) C(aesar) Aug(uste)! di te serv(ent)! tu re . . . .

De his cf. supra ad acta diei tertii sacri Maio facti a. 213 p. 65 seq.

II. VOTA ANNUA SINGULARIA PRO SALUTE IMPERATORIS SUSCEPTA.

Praeter annua quae pro imperatoribus omnibus ineunte Ianuario vota fiebant, alia commemorantur vota, quae pro salute imperatoris cuiusdam ob causam, ut videtur, singularem concepta, deinceps denuo quotannis nuncupari solebant. Huius generis vota sunt ea, quae in acta imperii Domitiani relata sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies nunquam deficiunt nisi lapide fracto et semper primum locum obtinent. Additur interdum magisterii et promagistri mentio, quae modo proxime post notam diei, modo post nomen principis inseritur. Acta igitur habent haec:

86 *illis* co(n)s(ulibus) XI k(alendas) Febr(uarias) magisterio *illius*, promag(istro) *illo*.

87 [90] isdem [1]) co(n)s(ulibus) XI k(alendas) Febr(uarias) *et postea*: magisterio *illius*, promag(istro) *illo*.

[1]) *illis* 90.

89 isdem co(n)s(ulibus) X[I k(alendas) Febr(uarias)] *omissa mentione magistri et promagistri*.

Dies XI kalendas Februarias cur ad vota haec reddenda et nuncupanda electus sit non perspicio: qui enim diebus XII XI X kalendas illas celebrati sunt ludi Palatini (cf. *C. I. L.* 1 p. 385; Marquardt *R. A.* 4 p. 429), nec ad salutem principis videntur referri posse nec ad aeternitatem imperii, pro qua vota simul fiebant (cf. carmen votorum p. 110). De occasione, qua instituta sint vota, dixi p. 110.

2. Locus.

Vota, ut ipsa annua, fiebant in Capitolio, quod post notam diei in acta refertur, omittitur tamen errore, ut videtur, quadratarii in actis anni 86.

3. Ratio votorum.

86 collegi fratrum Arvalium vota nuncupaverunt pro salute imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) Ger[m(anici)].

87 ad vota redd[enda et nuncupanda pro] salute et incolumitate imp(eratoris) *(cetera ut supra).*

[89] ob vota reddita et nuncupata ex s(enatus) [c(onsulto) pro salute] imp(eratoris) *(cetera ut supra).* [1])

[90] vota reddita et nuncupata pro salute [imp(eratoris)] *(cetera ut supra).* [1])

[1]) *consulto omisi verba* et incolumitate *quae hiatus spatium videntur excedere.*

Anno 86 vota dicuntur nuncupata, solutionis autem mentio non fit. Quod cum in actis huius anni satis diligenter ac prolixe exaratis vix credi possit vel errore vel brevitatis causa factum esse, fortasse indicat anno demum 86 vota illa instituta esse. Quod si verum est, ob bellum a Domitiano contra Dacos gestum a senatu possunt decreta esse, cum initia certe eius anno illi tribuantur (cf. Tillemont *hist. des emp.* 2 p. 481; Eckhel 6 p. 381). Nam ne ad agonem Capitolinum qui eodem anno 86 institutus est (Censorinus *de die natali* 18, 15; cf. Friedlaender *Sittengesch.* 2 p. 309 seqq. ed. 1) vota referantur, obstat, quod cum agon Capitolinus quinto quoque anno celebraretur, haud veri simile est eiusmodi vota quotannis suscepta esse. Publica autem vota fuisse nec solius collegii Arvalium propria ex actis anni 89 apparet, in quibus ex senatus consulto dicuntur facta esse.

4. Carmen votorum.

Verba carminis, quibus vota nuncupantur, adsunt in actis annorum 86 87 90, omittuntur in solis actis breviatis anni 89. Inseruntur post nomen imperatoris in actis annorum 86 et 90, in actis anni 87 praecedit index eorum qui adfuerunt. — Carmen conceptum est sic:

86 [87 90] Iuppiter o(ptime) m(axime) Capitoline, si imp(erator) Caesar divi Vespasiani f(ilius) Domitianus Aug(ustus) Germanic(us) pontifex maximus trib(unicia) pot(estate) censor perpetuus pater patriae, ex cuius incolumitate omnium [1]) salus constat, quem no[s] sentimus dicere, [2]) vivet domusque eius incolumis erit a(nte) d(iem) XI k(alendas) Februar(ias), quae proximae populo Romano Quiritibus rei publicae populi Romani Quiritium erunt, et cum diem eumque salvum [3]) servaveris ex periculis, si qua sunt eruntve ante eum diem, eventumque bonum ita, uti nos sentimus dicere [4]), dederis, eumque in eo statu, quo nunc [est], aut eo meliore servaveris, custodierisque aetertinate (*sic*) [5]) imperi, quod [susci]-

piendo ampliavit, ut voti compotem rem publicam saepe facias, ast tu ea ita faxis, tum tibi bove aurato vovemus esse futurum.[6])

[1]) u[niversorum] 87.
[2]) me sentio dicere 90.
[3]) salvom 87 90.
[4]) me sentio dicere 90.
[5]) aeternitatem 87 90.
[6]) tibi nomine collegi fratrum Arvalium bove aurato voveo esse futurum [87] 99.

Vota soli Iovi Capitolino fiunt, summo videlicet rectori orbis Romani, ut sunt Caesaris verba apud Dionem (44, 11) ὅτι Ζεὺς μόνος τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς εἴη. Ab eo pendent et salus imperatoris et aeternitas imperii, quod suscipiendo ampliasse princeps dicitur. Quem nota hoc loco solum commemorari breviter addita domus Augustae mentione, cum vota annua pro salute eius et coniugis ae Iuliae Augustae facta esse viderimus. His igitur votis imperator celebratur tamquam princeps et caput imperii, *ex cuius incolumitate omnium salus constat,* et res publica ipsa fingitur votum suscepisse, quam ut voti compotem faciat imploratur Iuppiter. — *Aeternitas imperii* commemoratur etiam in actis anni 66, de ludisque *quos pro aeternitate imperii susceptos appellari maximos voluit* (*Nero*) cf. Suetonius (*Ner.* 11). In nummis Domitiani (Cohen n. 280) et Traiani (Eckhel 6, 423) *aeternitas Augusta* inscripta est: scribit praeterea Plinius (*ad Trai.* 83): *rogatus . . . . per ea quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est per aeternitatem tuam salutemque* cet. Denique inscriptionem novimus dedicatam *Soli aeterno Lunae pro aeternitate imperii et salute imp. Caesaris L. Septimi Severi Aug.* (*C. I. L.* 2, 259 = Or. 910). Quibus testimoniis inter se collatis Mommsenus coniecit praeter vota annua pro salute Augusta a. d. III nonas Ianuarias nuncupata alia fortasse a. d. XI kalendas Februarias pro aeternitate Augusta concepta esse: id factum esse posse etiam iis temporibus, quibus nulla eius rei ab Arvalibus mentio facta sit (cf. *Relazione* p. 45). Sed nec probabile est tam gravis momenti caerimoniam, si iam antea celebrata esset, ab Arvalibus in actis praetermitti potuisse, et ipsa verba, quae sunt *imperi quod suscipiendo ampliavit,* Augustum quendam peculiarem videntur significare. Quamquam verba in actis adhibita Hirschfeldius (*Gött. gel. Anz.* 1869 p. 1505) haud inepte notavit fere eodem modo redire apud Plinium (ep. 52 Keil), cum ad Traianum sic scribit: *diem, domine, quo servasti imperium, dum suscipis, quanta mereris laetitia celebravimus, precati deos ut te generi humano, cuius tutela et securitas saluti tuae innisa est, incolumem florentemque praestarent.*

5. Praesentes.

Qui adfuerunt, dum vota redduntur et nuncupantur, in actis anni 86 non adscribuntur. Id quod nescio quam ob causam neglectum sit, nisi forte conicis tum solos adfuisse magistrum et promagistrum, quorum in ipsis actis mentio facta erat. Ac memineris anno 86 commemoratam non esse nisi nuncupationem votorum, quam si recte proposui solam eo anno factam esse, fieri potest ut opus non fuerit fratres adesse.

87 adfuerunt *illi, insertaque sunt eorum nomina post nomen*

imperatoris ante carmen, fortasse ut nova pagina ab hoc initium faciat.

89 inter[fuerunt] *illi: nomina in fine actorum leguntur, iisque comprehenditur nomen promagistri.*

90 *in lapide alio iam deperdito cum pars actorum incisa fuerit, verbum non constat utrum fuerit* adfuerunt, *an* interfuerunt: *nomina tamen in fine actorum leguntur post carmen.*

Vota similia videntur esse indicata sacrificiis iis, quae in actis anni 183 pro salute Commodi facta esse dicuntur. Quae non semel nuncupata esse acta ostendunt anni 186 (*b* pag. 2), in quibus quamquam mutilis eandem tamen caerimoniam significari apparet. Ea autem cum eodem modo eodemque tempore duobus annis facta sit, hoc loco de ea agendum erit. Acta concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies primo loco positi erant, sed lapidibus fractis omnino interciderunt in actis anni 186, ex parte tantum servati sunt in actis anni 183. In quibus nomina quidem supersunt consulum sic scripta:

T. Pactumeio Magno, L. Septimio Fla[viano? co(n)s(ulibus)]

nihil vero aliud de iis elucet nisi cum post mensem Maium eos consulatu functos esse (proxime enim praecedunt acta sacri deae Diae diebus XVI XIIII XIII kalendas Iunias celebrati), tum non extremo anno sacra illa facta esse, quod in actis anni 186 post nuncupationem eorum alius etiam consulatus commemoratur.

2. Locus.

Fiebant sacrificia in Capitolio, cuius mentionem insertam fuisse proxime post notam diei ostendit quod nomen eius initio versus superest.

3. Ratio votorum.

[183 186] pro salute imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli Commodi Anto[nini Aug(usti) Pii [1]) Sarm(atici) Germ(anici) max(imi)] fratres Arvales convenerunt et immolavit *ille* [Iovi] o(ptimo) m(aximo) b(ovem) marem, Iunoni reg(inae) bovem feminam, M[inervae bovem feminam], Saluti bovem feminam, Providentiae deorum [bovem feminam, [2]) Genio ipsius (?) taurum].[3])

Dedi ex actis minus mutilis anni 183.

[1]) Pii F(elicis) Aug(usti) Britt(annici) max(imi) p(ontificis) m(aximi) 186: *titulo Pii Felicis Commodus usus est inde ab a.* 185, *Brittannici inde ab anno* 184; *cf. Eckhel* 7 *p.* 118 113 135.

[2]) vaccam *scribendum esse ubique in actis a.* 186 *ostendit illa vox superstes ubi de Salute agitur.*
[3]) taurum *cum in fine actorum a.* 186 *servatum sit, Genium Augusti eo loco memoratum fuisse probabile, licet Marti quoque taurum sacrificatum esse constet.*

Providentia et Genius Augusti in votis pro salute imperatoris susceptis nusquam alibi apparent.

4. Praesentes.

Ii qui adfuerunt, in fine commemorati fuisse videntur, sed mentio eorum fractis lapidibus interiit.

III. VOTA OB CAUSAS SINGULARES EXTRA ORDINEM FACTA.

In actis, quae supersunt, vota commemorantur facta propter causas singulares has annis et diebus hisce:

[34] k(alendis) Ian(uariis) *lapide fracto deficit causa.* [1])

[1]) *vota non ob introitum consulatus suscepta esse inde constat, quod fasces eo anno non gessit Caesar.*

37*a* idibus Ianuaris [1]) — pro salute Ti. Caesaris.

[37*b*] a(nte) d(iem) X k(alendas) Febr(uarias) [1]) — ob securitatem et salut[em Ti. Caesar]is Augusti.

[1]) *anno 37 cur tribuerim, exposui ad ipsam tabulam p.* XXXIX.

Quamquam non nominantur, videntur tamen intellegenda esse vota soluta fortasse ea quae idibus Ianuariis concepta erant. Cogitavi de causis maiestatis et impietatis primis mensibus anni 37 actis (cf. Tac. *ann.* 6, 47).

[CLAVD. C] IIII k(alendas) Iulias — [pro valetudine Ne]ronis Claudi Drusi Germa[nici Caesaris].

Ad adoptionem Neronis perperam rettulit Melchiorrius (*appendice agli atti de' fratelli Arvali* cet. p. 10), cuius sententia iam eo quoque refellitur, quod Neronem a. d. V kalendas Martias adoptatum esse ex actis anni 59 didicimus. Ad vota pro valetudine eius nuncupata fragmentum pertinere recte proposuit Mommsenus ad Henzen 7419; cf. p. LVII.

63 XII k(alendas) Februar(ias) — [pr]o partu et incolumitate Poppaeae [Augustae].

Cf. Tacitus *ann.* 15, 23: *Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortāle gaudium accepit appellavitque Augustam dato et Poppaeae eodem cognomento. Iam senatus uterum Poppaeae commendaverat dis votaque et publice susceperat, quae multiplicata exsolutaque* cet.

[66*a*] *lapide fracto dies deficit, sed ad priorem partem anni pertinere ex loco, quo in actis legitur, apparet.* [ob det]ecta [nefariorum consilia].

[66*b*] *item lapide fracto periit dies, quem posteriorem fuisse kalendis Iuliis ostendunt nomina consulum quae proxime praecedunt.* [1]) [ob detecta nefariorum con]-silia.

[1]) *erravi, cum consuli, cuius nomen superest,* M. Arruntio [Aquilae] *collegam tribuerem Aponium Saturninum (Relaz. p.* 23)*; fragmentum enim, quo titulum* co[s.] *Saturnino dari conieci, explendum potius est* co[llegi].

Anno 66 recte videtur tribui posse coniuratio Viniciana (Suet. *Nero* 36, cf. Tillemont *hist. des emp.* I p. 313) ad eamque spectant fortasse detecta, de quibus agitur, nefariorum consilia. Quae cum aperiri coepta essent anno ineunte, vota illa videntur suscepta esse, soluta autem aliquot mensibus post, cum detecta plane essent consilia et irrita facta. Id ex ratione, qua acta posteriora concepta sunt, deducitur (cf. infra p. 125).

[66*c*] . . . . . [M]aias — propter . . . . . [et valet]udinem C[aesaris Augusti].

Cf. ea quae de catarrho Neronis ad annum 66 narrat Philostratus (*vit. Apoll.* 4, 44): *ἐμπεσόντος δ᾽ ἐν Ῥώμῃ νοσήματος, ὃ κατάρρουν οἱ ἰατροὶ ὀνομάζουσιν (ἀνίστανται δ᾽ ἄρ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ βῆχες καὶ ἡ φωνὴ τοῖς λαλοῦσι πονήρως ἔχει), τὰ μὲν ἱερὰ πλέα ἦν ἱκετευόντων τοὺς θεούς, ἐπεὶ διῳδήκει τὴν φάρυγγα Νέρων καὶ μελαίνῃ τῇ φωνῇ ἐχρῆτο κτλ.*

[66*d*] VII k(alendas) Oc[tobres] — [pro salute] et reditu imperatoris Neronis Claudi Caes(aris) Aug(usti) Germ(anici) et Messallinae coniugis eius].

Nomen Statiliae Messallinae Neronis cum in iisdem actis antea positum sit, ne hoc quidem loco praetermitti poterat. Vota autem sive sacrificia, de quibus agitur, commode referuntur ad iter in Graeciam susceptum anno 66: cf. Dio 63, 8 et Eckhel 6 p. 266.

69*a* pr(idie) idus Martias — pro s[al]ute et reditu [Vitelli] Germanici imp(eratoris).

Vota quae dicuntur suscepta esse pro salute et reditu Vitellii, re vera pro Othone ad bellum contra Vitellianos proficiscente nuncupata erant: qui cum vita cessisset, et imperator factus esset Vitellius, huius nomen loco Othonis ob metum, ut videtur, et adulationem ab Arvalibus in acta insertum est; cf. *Bull.* 1869 p. 102 et Mommsen *Grenzboten* 1870, I p. 177. Item Vitellius magister dicitur collegii, cui re vera Otho tunc praeerat. Postea Vitellii quoque nomen in actis deletum est; id enim antea in iis scriptum fuisse servatum ostendit cognomen Germanici.

[69*b*] *lapide fracto deficit dies.* [pro] salute et a[dventu [Vitelli] Germanici imp(eratoris). [1])

[1]) *aptius credidi inter vota fragmentum referri posse quam inter sacrificia, quamquam numina, quibus immolatur, diversa fuisse ostendunt vota, de quibus modo dixi, pro Othone concepta. Cum autem dubium esse non possit quin pro adventu Vitellii Arvales vota conceperint, ad eorum solutionem fragmentum posui pertinere.*

80 VII idus Decembris — ad restitutionem et dedicatio-

nem Capitoli ab imp(eratore) T. Caesare Vespasiano Aug(usto).

Cf. Plut. *Popl.* 15: *ἅμα γὰρ τῷ τελευτῆσαι Οὐεσπασιανὸν ἐνεπρήσθη τὸ Καπιτώλιον. ὁ δὲ τέταρτος οὗτος ὑπὸ Δομετιανοῦ καὶ συνετελέσθη καὶ καθιερώθη*; Dio 66, 24: . . . . . *πῦρ δὲ δὴ ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει* (80) *πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα τὸ ἐν τῇ Καμπανίᾳ γενόμενον ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο . . . . . . τόν τε νεὼν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου μετὰ τῶν συννάων αὐτοῦ κατέκαυσε*; Sueton. *Domit.* 5: *plurima et amplissima opera incendio absumpta restituit, in quis et Capitolium, quod rursus arserat:* cf. Becker *Topogr.* p. 401, et quae infra p. 119 notavi de loco, quo hoc anno convenerunt Arvales.

[87] *fracto lapide deficit dies.* [pr]o salute e[t incolumitate imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti)] Germanici. [1])

[1]) *votum ad salutem et incolumitatem principis pertinere dii in actis memorati videntur indicare: ubi enim pro reditu et victoria sacrum fit, pluribus numinibus immolari solet.*

[89*a*] pr(idie) idu[s Ianuar(ias)] — pro salute et vict[oria et reditu] imp(eratoris) Domitiani Caesaris Augusti Ger[manici].

[89*b*] XVI k(alendas) F]ebr(uarias) — pro salute et redit[u e]t victoria *eiusdem.*

[89*c*] IIII k(alendas) Febr(uarias) — pro salute et re[ditu] *eiusdem.*

Acta haec olim (*Relazione* p. 49) rettuli ed bellum Suebicum et Sarmaticum Domitiani. De bellis ab hoc gestis Suetonius (*Dom.* 6) scribit sic: *expeditiones . . . . . . suscepit sponte in Catthos, necessario unam in Sarmatas, legione cum legato simul caesa, in Dacos duas* cet. Bellum contra Cattos prioribus imperii annis gestum ab eo esse nomen ostendit Germanici, quo inde ab anno certe 84 Domitianus usus est (Eckhel 6 p. 379 et 397): expeditiones autem Dacicae annis 86—91 tribui solebant (l. c. p. 381; Tillemont l. c. 2 p. 481) bellumque Suebicum et Sarmaticum anno 93 (Tillemont l. c. p. 102). Sed nuper Mommsenus (*Hermes* 3 p. 115 seqq.) post seditionem Antonii Saturnini (a. 87/8; cf. Tillemont l. c. p. 95; Eckhel l. c. p. 382; Mommsen *Relazione* addenda p. XIV ad a. 87; Hirschfeld *Gött. gel. Anzeigen* 1869 p. 1508) expeditionem hanc susceptam esse statuit. Quod si verum est, ad eam acta anni 89 probabiliter referri possunt; cf. *Relazione* p. 49. Iam vero nescio an magis probanda sint quae proposuit Hirschfeldius (l. c. p. 1506 seq.), in his actis de bello Dacico agi. Triumphus enim Domitiani de Dacis cum ab Eusebio (p. 160 ed. Schoene) tribuatur anno 2106, quem a kalendis Octobribus anni 89 incepisse nuper exposuit Gutschmidius (*de temporum notis quibus Eusebius utitur* Kiel 1868 p. 9; librum ipse non vidi), nec ductus esse possit anno 90, cuius actis non commemoratur, tribuendus est anni 89 mensibus ultimis. Quod bene convenit ad ea, quae de aetate libri sexti epigrammatum Martialis deque morte Iuliae Augustae nunc explorata sunt: nam Iuliam constat mortuam esse ante a. 90, cum in actis huius anni nomen eius iam non legatur,

liber autem sextus Martialis et mentionem facit Iuliae, nec ante triumphum Dacicum potest editus esse: cf. Friedlaender *de temporibus librorum Martialis* 1862 p. 9 et Hirschfeld l. c. — Vota autem commemorata in actis anni 89*a* pro salute et victoria et reditu principis bello etiamtum fervente suscepta sunt, ad eaque ex edicto consulum et senatus consulto paucis interiectis diebus altera vota accesserunt (*adsuscepta*). Mox victoria Romam nuntiata factis a senatu supplicationibus Arvales quoque ob laetitiam publicam immolarunt (cf. acta a. 89 et ubi de sacrificiis Arvalium egi p. 80): quapropter cum iam debellatum esset, nova Arvalium vota (89*c*) victoriae mentione omissa pro salute tantum et reditu nuncupata sunt. Cf. *Bull. inst. arch.* 1869 p. 112.

[101] VIII k(alendas) Apr(iles) — [pro salute et redit]u et victoria imp(eratoris) Caesaris Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici).

Pertinet ad priorem expeditionem Dacicam Traiani: cf. carmen votorum huius anni p. 123 et *Bull. inst. arch.* 1869 p. 118.

[105] . . . . [no]n(as) Iun(ias) — [pro it]u et reditu [imp(eratoris) C]aesa[ri]s Nervae Trai[ani].

Cum littera V superstes ante verba quae sunt *et reditu* aliter non videatur restitui posse, statuendum est pro profectione principis ad bellum Dacicum alterum vota suscepta esse. Expeditionem autem secundam Dacicam anno 105 inceptam esse docuerunt Tillemont l. c. p. 184, Eckhel 7 p. 418, Mommsen *C. I. L.* 3 p. 102 ad n. 550.

[214] *fracto lapide deficit dies.* [quod domi]nus n(oster) imp(erator) Caes(ar) M. Aurellius Antoninus pius [felix Aug(ustus) Parth(icus) max(imus) Brit(annicus) max(imus) Germ(anicus) ma]x(imus) p(ontifex) m(aximus) t(ribunicia) p(otestate) XVII imp(erator) III co(n)s(ul) IIII p(ater) p(atriae) proco(n)s(ul) salv[us atque incolumis pro securitate provin]ciar(um) [1]) felicissime ad [h]iberna Nicomediae ing[ressus sit.] [2])

[1]) *supplementum est Marinii, qui ipse tamen dubitavit verumne sit.*

[2]) *aptius videri potest ad sacrificia fragmentum referri: sed hiatus ostendit intercidisse plures litteras quam quae solo verbo immolandi expleri possint: quapropter cogitavi de votis solutis et nuncupatis: cf. infra p. 120.*

De hieme Nicomediae ab Antonino peracta cf. Dio 77, 18; 78, 8.

[231] III kal(endas) . . . . . [pro salute et reditu et victoria imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurellii Severi Alexandri pii felicis Aug(usti) trib(unicia) pot(estate) X co(n)s(ulis) I]II p(atris) p(atriae) proco(n)s(ulis).

Caerimoniam, qua de agitur, extra ordinem fieri ex paucis verbis antea relatis satis apparet: sed incertum est, num profectioni Alexandri ad expeditionem Parthicam recte eam tribuerim. De huius aetate cf. Eckhel 7 p. 273 seqq.

[241] IIII . . . . — quod im[p(erator) Caes(ar) M. Anton(ius) Gordian[us p(ius) f(elix) Aug(ustus) p(onti-

fex) m(aximus) trib(unicia) pot(estate) IIII co(n)s(ul) II p(ater) p(atriae)] hum[an]i g[eneris? . . . . Furiam Sabiniam Tranquillinam] Aug(ustam) liberorum creandorum cau[sa duxerit.]

Hoc anno Tranquillinam nupsisse Gordiano docent Tillemont l. c. 3 p. 251; Eckhel 7 p. 311 et 318.

Acta concepta sunt sic:

1. Annus et dies.

Annus et dies nunquam deficiunt nisi lapide fracto et in actis semper primo loco scripti sunt. Non repetuntur tamen consulum nomina in actis quibusdam, in quibus semel ab initio notantur. Praeter consulum autem magistri quoque et promagistri nomina nonnunquam temporis indicandi causa in acta relata sunt. Haec igitur concepta sunt sic:

[34 37*ab*] CLAVD. C 63 80 87 89 101 [105 214 231 241]	*illis* co(n)s(ulibus) [1]) *die illo.*

[1]) *consulum ab initio tabulae indicatorum nomina non repetuntur CLAVD. C* 231 241. — *Lapide fracto exciderunt consules* 37 105, *dies* 214.

[66] 69	*illis* co(n)s(ulibus) *die illo* mag(isterio) *illius*, promagistro *illo.* [1])

[1]) *in actis anni* 66 *temporis indicandi causa solus magister memoratur, cum promagister ipse sacrum faciat: commemoratur autem proxime post notam diei. In actis contra anni* 69 *et magisterium et promagister notantur post mentionem causae nomenque eius qui praeivit.*

2. Locus.

Locus, in quem convenerint Arvales, in actis anni 66*c* memoratur ante nomina deorum victimarumque mentionem: in ceteris constanter collocatur proxime post notam diei, nec lapide incolumi deficit exceptis actis a. 69*a*, in quibus errore eius qui concepit vel quadratarii videtur intercidisse. Lapidibus fractis deest a. 34 66 *a. b. d.* 105 214. — Legitur autem in actis sic:

37 [CLAVD. C 63 66*c* 69*b* 87] 89 101	in Capitolio.
80	in Capitolio in aedem Opis.
[214 231 241]	in Capitolio ante cellam Iunonis reginae.

Locus votorum nuncupandorum semper videtur fuisse aedes Iovis Capitolini (cf. supra ad vota annua p. 91 et ad vota pro novis imperatoribus suscepta p. 109), quam in actis aevi posterioris cella Iunonis reginae satis indicat. Solo anno 80

Arvales in aedem Opis dicuntur convenisse, quae fuit in imo Capitolio ad forum prope templum Saturni (cf. Becker *Topogr.* p. 404 et Mommsen *C. I. L.* I p. 409) et proprie aedes dicebatur Opis et Saturni (Or. 1506). Illa enim aetate aedes Iovis ex incendio Vitelliano vixdum restituta (Tac. *hist.* 4, 53; Suet. *Vesp.* 8; Dio 66, 10; cf. Becker l. c. p. 400) denuo conflagraverat (Plutarch. *Popl.* 15, cf. Suet. *Dom.* 5; Dio 66, 24), ut in eam convenire Arvales non possent, cum ob restitutionem et dedicationem Capitolii vota nuncuparent (cf. p. 115).

3. Votorum ratio.

[34(?) 37*a*] *ille* magister frat[rum Arvalium ex permis]su consulum collegas convocav[it ad vota solvenda et sus]cipienda pro *cet.* [1])

[1]) *ex actis a.* 34 *paucissimae quidem supersunt verborum reliquiae, sed collatis actis a.* 37 *satis probabiliter restituuntur. Scripsi* fratrum Arvalium, *omisso quod in plerisque actis legitur verbo* nomine, *quod in actis a.* 34 *certo non legebatur.*

37*b* *ille* magister fratrum A[rvalium ex permis]su consulis et ex consensu senatus c[ollegas con]vocavit et ob *cet.* immolav]it.[1])

[1]) *huc rettuli, quia ad solutionem votorum, quorum acta supra posui, haec videntur pertinere.*

[CLAVD. C] [*ille* magister (promagister) co]nlegi fratrum Arvalium n[omine vota nuncupavit pro *cet.* praeeunte *illo* in e(a) v(erba) q(uae) i(nfra) s(cripta) s(unt).] [1])

[1]) *similiter fortasse concepta erant acta sacri a.* 66 *ob detecta nefariorum consilia facti, quamquam nihil certi affirmari potest.*

[63] vota soluta quae suscepe[rant pro *cet.* — *ille* magister colleg]i fratrum [Arvalium nomine immolavit *cet.*]

[66*a*] *lapide fracto deficiunt.*

[66*b*] reddito sacrificio [quod . . . . fratres Arvales voverant ob *cet.*] magisteri[o *illius* promag(ister)] *ille* collegi fra[trum Arvalium nomine immolavit *cet.*] [1])

[1]) *videntur esse soluta vota anni eiusdem ante memorata* (66*a*).

[66*c*] [proma]gister *ille* [praeeunte] *illo* propter *cet.* [vota nuncupavit *cet.*]

[66*d*] promagister *ille* [collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit in *cet.* pro *cet.*]

69*a*. [87] vota numcupata (*sic*) pro *cet.* praeeunte *illo*, mag(isterio) *illius*, promag(istro) *illo*, coll(egi) fra(trum) Arval(ium) nomine. [1])

[1]) *Ad solutionem votorum a.* 69 *susceptorum videntur pertinere fragmenta quaedam actorum tabulae alterius anni eiusdem* 69*b*. — *Acta anni* 87 *puto similiter concepta fuisse; deest mentio praeeuntis.*

80	sacerdotes convenerunt ad vota nuncupanda ad *cet.*
89*a*	ex s(enatus) c(onsulto) pro *cet.* [fratres Arvales vota] nuncuparunt.
89*b*	ob vota adsuscipienda e[x ed]icto co(n)s(ulum) et ex s(enatus) c(onsulto) pro *cet.* collegium fratrum Arvalium convenit.
89*c*	ad vota solvenda et nuncupanda pro *cet.* fratres Arvales conven[erunt et] *cet.* . . . . . . voverunt.
[101]	pro *cet.* [vota nuncupaverunt fratre]s Arvales in haec verba.
[105]	ad vota suscipi[enda pro *cet.* fr]atres Arva[l]es convenerunt [et vota nuncupaverunt] praeeun[t]e *illo* [in ea verba quae infra s(cripta) s(unt).]
[214]	fratres Arvales convenerunt ad [vota solvenda et nuncupanda, [1]) quod *cet.* et immolavit *ille*] promag(ister).

[1]) *cf. supra p.* 117.

231	[fratres Arvales] . . . . . convenerunt per *illum* [magistrum *pro cet.*]
241	fratres Arvales . . . . [convenerunt ad vota suscipien]da, quod *cet.*

Quod Arvalium vota modo facta sunt *ex permissu consulum*, vel *ex permissu consulis et ex consensu senatus*, modo *ex senatus consulto* vel *ex edicto consulum et ex senatus consulto,* ita puto explicandum esse ut illa Arvales sua sponte instituerint eamque ob causam sine permissu consulum et senatus non potuerint convenire, haec autem senatus ipse et consules facienda praescripserint. Et haec quidem ad bellum Domitiani Dacicum pertinent (cf. p. 116), pro eiusque exitu publice vota concepta esse valde probabile est: illa autem ad ultima Tiberii tempora videntur spectare; nam minus recte Marinius ex eo, quod unus modo consul in actis anni 37*b* commemoratur, de anno 32 vel 18 cogitandum esse conclusit (p. 42): cf. ea quae ad hanc tabulam p. XXXIX exposui. Vota autem, ut supplicationes, a senatu decreta esse et scriptores et monumenta satis declarant.

Vota ab Arvalibus suscipiuntur et solvuntur numinibus his et victimae immolantur hae:

[34]	*lapide fracto desunt nomina deorum victimarumque commemoratio.*
37*a*	*nec dii nec victimae nominantur.*
[37*b*] *ob securitatem et salutem Ti. Caesaris:*	boves mares duo Iovi o(ptimo) m(aximo).
[CLAVD. C]	*pro valetudine Neronis cf. carmen p.* 122.

[63] *pro partu Poppaeae:*	[Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni] vacc[am, Minervae vaccam: *reliqua perierunt.*
[66a b] *ob detecta nefariorum consilia:*	[Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Ma]rti [taurum, Provi]dentiae [vacc(am) . . . . . .] eod[em d]ie s[a]cratissi[mi principis Genio taurum (?) . . . . va]cc(am), Hon[or]i vacc(am), Aeterni[tati imperi vacc(am) *cet.* [1])
	[1]) *desumpsi ex actis* 66*a*: *in actis b, quae ad vota soluta rettuli, legitur sic*: [Iovi b(ovem m(arem), Iunoni] vacc(am), Minervae va[ccam . . . . Pro]videntiae vacc(am), M[arti taurum . . . .
66*c* *propter . . . . et valetudinem Neronis:*	*fracto lapide deficit et deorum et victimarum mentio, nisi omissa erat, ut in actis* 66*d.*
66*d* *pro salute et reditu eiusdem:*	*omissa esse et deorum nomina et victimarum mentionem ostendit spatium satis angustum.*
69*a* *pro salute et reditu Vitelli:*	Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem). [1])
	[1]) *vota haec re vera pro Othone concepta ac postea Vitellio tributa esse antea exposui p.* 115: *ita videtur explicandum esse, quod etiamtum divis Augustis vota fiunt, cum postea cultus eorum desierit; cf. p.* 104 *et* 107.
[69*b*] *pro salute et adventu eiusdem:*	Iovi [b(ovem) m(arem)], Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) [v]acc(am), Iov(i) victori, [1]) Sal[uti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), Felicitati vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taur(um); in foro August]i Marti ul[tori] taur(um), Gen(io) ipsiu[s t]aurum. [2])
	[1]) *quadratarii, ut videtur, errore intercidit victimae mentio.*
	[2]) *restitui deorum nomina, quae lapide fracto deficiunt, ex actis ad diem imperii principis eiusdem pertinentibus (cf. p.* 72), *quamquam de singulis non constat, ut ibi diximus.*
80 *ad restitutionem et dedicationem Capitolii:* 89 *pro salute et reditu et victoria Domitiani ad vota nuncupanda et adsuscipienda:*	*nec dii nec victimae nominantur.*
[87] *pro salute et incolumitate Domitiani:*	[Iovi o(ptimo) m(aximo)] b(ovem) m(arem), Iunoni regin[ae b(ovem) f(eminam), Minervae b(ovem) f(eminam)] . . . . . *(intercidit fortasse Salus publica).*

89 *pro salute et reditu Domitiani:* Iovi, Iunoni, Minervae, Marti, Saluti, Fortunae, Victoriae reduci, [Genio po]puli Romani *(victimis non memoratis).*

[101] *pro salute et reditu et victoria Traiani:* *cf. carmen p.* 123.

[105] *pro itu et reditu eiusdem:* *in acta relatum erat carmen quod fracto lapide nunc deficit.*

[214] *quod ad hiberna Nicomediae Caracallus ingressus sit:* *lapide fracto exciderunt nomina, ut videtur, numinum Capitolinorum ac victimae iis immolatae: sequuntur haec:* [b(ovem)] f(eminam) a(uratam), Saluti imp(eratoris) Antonini b(ovem) f(eminam) a(uratam), Fort(unae) duci b(ovem) [f(eminam) a(uratam), Lari v]iali [1]) t(aurum) a(uratum, Genio Antonini Aug(usti) t(aurum) a(uratum), Iun(oni) Iuliae [Aug(ustae) b(ovem) f(eminam) a(uratam)] . . . .

[1]) *sic restituit Marinius (p.* 510): *idem in iis quae praecedunt* ducis exercitus, *contra lapidem.*

[231] *pro salute, reditu, victoria (?) Alexandri:*
[241] *pro matrimonio Gordiani:* *fractis lapidibus deficit deorum et victimarum mentio.*

4. Carmen votorum.

Verba, quibus vota concipiuntur, supersunt in solis actis CLAUD. C et anni 101. Relata erant in anni quoque 105 acta, sed exceptis reliquiis nonnullis nominis Iovis optimi maximi fracto marmore tota ibi interciderunt. In actis ceteris ipsa verba carminis non enuntiantur. Concepta sunt carmina sic:

CLAVD. C] [Iu]ppiter optime maxime, te pr[ecamur quaesumusque, uti t]u Neronem Claudium subo[lem Agrippinae Aug(ustae), imp(eratoris) Claudii Germ(anici) d]ivini [1]) principis parentisque [publici filium, princ(ipem) iuvent(utis), salvom incolum]enque (*sic*) conserves et in reliq[uom malae valetudinis primo q]uoque tempore praestes ex[pertem, quae si ita sunt eruntve, astu ea ita f]acxsis, tum nos tibi boʌe aur[ato vovemus esse futurum. Iu]ppiter optime maxime, quae i[n verba tibi b(ove) a(urato) vovimus esse futurum, q]uod hodie voʌimus, [2]) astu ea it[a facxsis, tum nos in eadem verba, q]uod conlegium fratrum Ar[valium hodie vovit, b(ove) a(urato) ti]ri (*sic*) ʌoʌemus esse furum (*sic*). — [Iu]no re-

gina, quae in verba IoℲi [optimo maximo b(ove) a(urato) vovimus esse f]uturum, quod hodie ℲoℲimu[s, astu ea ita faexsis, tum nos in eadem verba c]onlegi fratrum ArℲalium no[mine b(ove) a(urata) tibi vovemus esse futurum. — Mi]nerva, quae in verba Iunon[i reginae b(ove) a(urata) vovimus esse (*quae sequuntur, ut supra de Iunone*). [Sa]lus publica populi Romani Q[uiritium, te quaesumus precam]urque, uti tu Neronem Clau[dium, subolem Agrippinae Aug(ustae) imp(eratoris) Claudii G]ermanici, divini principis [parentisque publici filium, princ(ipem iuvent(utis) s]alvom incolumemque con[serves et in reliquom malae v]aletudinis primo quoque [tempore praestes expertem; quae si ita sunt e]runtve, astu ea ita faexsis, tum [nos bove aurata tibi vovemus esse futurum].

[1]) *nota Claudio datum titulum divini principis. Cognomen quod est* divina *domui Augustae tempore demum multo recentiore tribui solet eiusque exemplum antiquissimum olim dixi anno* 170 *exaratum esse (index ad Or. p.* 57*): sed paullo antiquiores tituli sunt Africani apud Renierium I. A.* 1595 = *Henzen* 5471, *qui est anni* 169, *et qui eiusdem fere aetatis est alter apud Guérin voyage dans la régence de Tunis* 436, *item titulus quidam urbanus (C. I. L.* 6, 253 = *Murat.* 314, 3*) qui cum Sergium Paullum consulem simpliciter sistat, ante annum* 168 *exaratum eum esse intellegitur, quo iterum fasces ille gessit: quapropter tribui Hadriano Augusto, cum Antoninus cognomine Pii carere non possit. His tamen exemplis ad saeculum alterum pertinentibus addendus est titulus C. I. L.* 7, 11 = *Or.* 1338, *quem ad saeculum primum pertinere litterarum formae manifesto ostendunt.*

[2]) *littera Claudiana* Ⅎ *modo adhibetur, modo neglegitur.*

101 Iuppiter o(ptime) m(axime), te precamur, qua[esumus obtestam]urque, uti tu imp(eratorem) Caesarem Nervae filium Nerva (*sic*) Traianum Aug(ustum) Germ(anicum), prin[cipe]m parentemq(ue) nostrum, pont(ificem) max(imum) tribun(icia) potest(ate) p(atrem) p(atriae), quem nos sentimus [dicere, e]x is locis provincisq(ue), quas terras (*sic*) marique adierit, bene adque feliciter i[ncolumem red]ucem victoremq(ue) faci[a]s, earumq(ue) rerum ei, quas nunc agit actur[usve est, bonum eventum] des, adque in eo statu, quo nunc est, aut eo meliori eum conserv[es eumque reduce]m incolumem victoremq(ue) primo quoq(ue) tempore in urbem Romam sis[tas; ast tu ea ita facsi]s, tum tibi nomine col-l(egi) fratrum Arvalium bove aurato vovimu[s esse futurum. Iu]no regina, quae in verba Iovi o(p-

timo) m(aximo) pro salute et reditu et vi[ctoria imp(eratoris) Caesaris di]vi Nervae f(ili) Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici) pr[i]ncipis parentisq(ue) nostr[i, pont(ificis) max(imi) trib(unicia) pot(estate) p(atris)] p(atriae) bovem (*sic*) aurato vovimus esse futurum, quod hodie vovimus, astu e[a] ita fa[csis, tunc tib]i in eadem verba nomine coll(egi) fratr(um) Arval(ium) bove aurat(a) vovimus esse futurum. Minerva *cet. ut de Iunone.* Iovis victor *cet. ut de Iunone, nisi quod* bov(e) aurato *ei vovetur.* Salus rei pub(licae) p(opuli) R(omani) Quiritium *cet. ut de Iunone, nisi quod* p[ro sal(ute) et i]tu et red(itu) et victor(ia) *vovetur.* Mars pater *cet. ut de Iunone, nisi quod* [pro] itu et red(itu) et victor(ia) *vovetur posteaque* tauro aurato *in lapide legitur.* Mars victor *cet. ut de Iunone, nisi quod* tauro aurato *immolatur.* Victoria *cet. ut de Iunone.* Fortuna redux *cet. ut de Iunone.* Vester mater *cet. ut de Iunone.* Neptune pater *cet. ut de Iunone, nisi quod* tauro aur(ato) *immolatur.* Hercules victor *cet. ut de Iunone, nisi quod* tauris (*sic*) aur(atis) *immolatur.* [1])

[1]) *vide emendandumne sit* tauro aur(ato).

Pertinent vota ad profectionem Traiani ad bellum prius contra Dacos gerendum, marique eum iter fecisse et formulae carminis et invocatio Neptuni patris significant. Idem de expeditione altera ostendunt imagines in columna Traiani repraesentatae; cf. Fröhner *colonne Traiane* p. 123. — Vota ipso profectionis die suscepta esse probabile sane est: sed cf. ea quae de votis annuis annis 101 et 105 non solutis antea p. 97 conieci.

[105] [Iuppiter] o(ptime) m(axime): *lapide fracto deficiunt cetera.*

Fragmentum hoc ad profectionem Traiani ad secundam expeditionem Dacicam referendum esse antea exposui p. 117, de eoque credendum est idem, quod modo dixi de votis anni 101.

Vota extra ordinem ab Arvalibus nuncupata, ut ipsa, de quibus antea egimus p. 89 seqq., vota annua, Iovi optimo maximo potissimum facta sunt, cui magna accedunt numina Capitolina quae sunt Iuno regina et Minerva, porro Salus publica. Horum autem deorum invocatio videtur suffecisse, ubi pro salute vel valetudine principum vota suscipienda erant (cf. CLAUD. C. 87), cum vero pro itu imperatoris et reditu vel pro victoria vota fiebant, alia addebantur numina. Et accesserunt quidem divus Augustus, diva Augusta, divus Claudius, cum pro salute et reditu Othonis vota conciperentur; pro adventu autem

Vitellii cum immolaretur, omissis divis gentis Iuliae et Claudiae (p. 121; cf. 104, 107) addita sunt vota Iovi victori, Marti ultori, Genio Caesaris, porro Felicitati, ut videtur, et Genio populi Romani. Similiter cum pro bello Domitiani Dacico vota fierent, praeter numina Capitolina et Salutem invocati sunt Mars, Fortuna, Victoria redux, Genius populi Romani, numina scilicet ea, quorum auxilio ad bellum feliciter gerendum maxime opus erat.

Item cum ad priorem expeditionem Dacicam Traianus proficisceretur et mari iter facturus esset, ut deus quoque maris potens invocaretur necesse erat. Tum enim vota concepta sunt numinibus Capitolinis, Saluti rei publicae populi Romani, Marti patri. Accesserunt autem Iovi patri optimo maximo Iovis victor; Marti patri, fundatori scilicet gentis Romanae, Mars victor bellorum potens; praeter Victoriam deinde Fortunamque reducem invocantur etiam Vesta mater summa urbis domusque custos et dea tutelaris, Neptunus pater maris dominus; denique Hercules victor, qui *triumphalis vocatur atque per triumphos vestitur habitu triumphali* (Plin. *n. h.* 34, 33). De decima temporibus antiquis ei consecrata de eiusque cultu posteriore etiam imperii aetate servato cf. nunc Mommsen *C. I. L.* 1 p. 149. Ceterum conferenda sunt ea quae de sacrificiis ob victoriam Germanicam Antonini Severi f. in acta a. 213 relata sunt (p. 81. 86). Ibi enim immolatur numinibus iisdem nisi quod pro Marte victore, Hercule et Neptuno Lares duo militares ac Genius principis invocantur, item pro Vesta matre Iuno Iuliae Augustae matris Augusti. Numina igitur sunt duodena, seni dii deaeque senae, quibus belli causa sacrum fit, ut recte notavit Mommsenus (*Grenzboten* 1870 1 p. 174). — Restant vota anno 66 nuncupata et soluta ob detecta nefariorum consilia: nam vix videtur aliter explicari posse iterata rei eiusdem commemoratio nisi ut primo detecta necdum oppressa coniuratione concepta dicamus esse vota, quae postea reddita sunt. Et haec quidem vota praeter numina magna Capitolina aliaque nonnulla, quorum mentio fracto lapide intercidit, ad Martem pertinent et Providentiam, item ad Honorem, Aeternitatem imperii, Genium denique, ut videtur, principis. De Aeternitate imperii cf. quae ad vota adnotavi pro Domitiano Augusto a. d. XI kalendas Februarias nuncupata p. 111; Providentiae immolatum est anno 59, cum pro salute Neronis Caesaris supplicationes fierent (p. 84), item anno 69 ob adoptionem Ser. Sulpicii Galbae Caesaris (p. 86): ara autem Providentiae Augustae memoratur anno 38 (p. 75) incertoque quodam anno imperatoris Claudii; Providentiae denique deorum pro salute Commodi immolatur a. 183 (cf. acta horum annorum et p. 112). In nummis saepe occurrit Providentia et simpliciter dicta et Augusta deorumque: cf. Eckhel 8 index inscriptionum p. 549, et de ipsa dea Marini p. 80 et Preller *R. Myth.* p. 630 ed. 1. — De Honore cf. idem l. c. p. 613.

Victimae immolantur singulae numinibus singulis, excepto anno 37, quo ob securitatem et salutem Ti. Caesaris boves mares duo Iovi sacrificantur. Item Herculi victori ob profectionem Traiani ad priorem expeditionem Dacicam *tauris* dicitur immolatum esse: sed cum ceteris diis omnibus singulis victimis sacrum factum sit, videtur errore quadratarii pluralis pro singulari numero positus esse.

5. Praesentes.

Qui adfuerunt, nisi nomina eorum fractis lapidibus interciderunt, in fine actorum adnotantur praescriptis verbis his:

[CLAVD. C.] 66 69 80 86 [87] 89 (*IIII k. Febr.*)	in collegio adfuerunt.
[89 (*pr. idus Ian.* et *VI k. Febr.*)]	*non constat, utrum scriptum fuerit* in collegio adfuerunt, *an* interfuerunt.
101	adfuerunt in collegio.
[34 37 63 90 105 214 231 241]	*lapide fracto deficit.*

C. PIACULA.

I. PIACULA ANNUA LUCI COINQUIENDI.

Piacula ob lucum coinquiendum die altero sacri deae Diae facti in ipso luco fiebant: de quibus vide ea quae de illo die supra exposuimus p. 22.

II. PIACULA OB FERRI INLATIONEM ET ELATIONEM FACTA.

Acta fratrum Arvalium inde ab aetate Caesaris Augusti vidimus (p. II) palam esse proposita, id quod ita fieri solebat ut acta magisteri consummati primis mensibus anni proximi sequentis in luco in marmore exararentur. Ob eam rem cum instrumenta ferrea in lucum inferre opus esset, nec ex ritu vetusto liceret ferro ibi uti, piaculum luci expiandi causa faciendum erat et cum inferretur ferrum et cum rursus efferretur. Id quamquam re vera anno insequenti fiebat, adnotabatur tamen ad finem actorum eius anni ad quem ipsa acta spectabant. Piaculorum autem illorum, etsi quin aetate iam Caesaris Augusti facta sint dubium non est, in actis Arvalium mentio superest nulla ante annum 80, in cuius actis piacula signata sunt mense Maio anni 81 facta. Inscribi autem coepta esse eiusmodi piacula post annum demum 59, huius anni acta ostendunt, quae licet fere plena exhibeant documenta ad annum 59 pertinentia, piacula ob ferrum inferendum et efferendum facta non commemorant. Unde constat inter annos 59 et 80 in acta referri ea coepta esse.

Fiebant eodem plane modo piacula ob ferri inlationem et elationem.

1. Annus et dies.

Annus et dies nusquam omittuntur et semper primum locum obtinent: exceptionem faciunt sola acta anni 225, quibus coniunguntur quodam modo piacula ob inlationem et elationem facta, et anni 214, quibus annus et dies videntur omissi esse.

	1. *piacula ob inlationem facta.*	2. *piacula ob elationem facta.*
81	L. Vitellio Paullo T. Iunio Montano co(n)s(ulibus) k(alendis) Mais.	isdem co(n)s(ulibus) III idus Maias.
[88]	. . . . Plotio Grypo co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Maias.	. . . .

[91]	[M'. Acilio Glabrione, M. Ul]pio Traiano co(n)s(ulibus) III k(alendas) Maias.	. . . . [1]

[1]) *propter angustiam spatii* isdem co(n)s(ulibus) *receperim: cum autem illa aetate consules vix ultra quartum mensem fasces gessisse possint, nec duobus diebus acta integra videantur incidi potuisse, versum explere non sum conatus.*

[92]	Q. Volusio Saturnino, L. Venu[leio Aproniano co(n)s(ulibus)] VII k(alendas) Maias.	[isdem co(n)s(ulibus . . . .]
[119]	[imp(eratore) Caesare Traiano Hadri]ano Aug(usto) III, A. Platorio Nepote co(n)s(ulibus) . . . [k(alendas) Maias].	. . . . o Gallo co(n)s(ulibus) VII . . . [Maias]
121	M. [. . . . . . F]austo, Q. Pomponio Marcello co(n)s(ulibus) VII id(us) Apriles.	T. Pomponio An[ti]stiano, L. Pomponio Silvano co(n)s(ulibus) V . . . [Maias].
[126]	. . . .	eisdem co(n)s(ulibus) . . . . . [1]

[1]) *consules ordinarii fuerunt M. Annius Verus III, Eggius Ambibulus, qui cum ignoremus utrum per duos, an per quattuor menses fasces gesserint, nomina consulum restituere non potui.*

[130]	Q. Fabio Catull[ino, M. Flavio Apr]o co(n)s(ulibus) VIIII k(alendas) M[artias].	[. . Ca]ssio Agri[ppa? . . . . .] Quarti [. . . . c]o(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) [Apriles].
156	A. Avillio Urinatio Quadrato, Straboni Aemiliano co(n)s(ulibus) pridie idus Mart(ias).	isdem co(n)s(ulibus) non(is) Mart(iis). [1]

[1]) *in indicandis diebus erratum esse constat: fortasse inlatum ferrum nonis Martiis pridie idus easdem elatum est, cum si nonis Aprilibus elationem tribuerimus, nimis magnum procedat intervallum inter inlationem et elationem.*

[MARC. F]	*lapide fracto deficiunt consulum nomina*	*item.*
	. . . . [Ap]ril.	V non(as) Mai(as).
[184]	L. Cossonio Eggio Marullo, Cn. Papirio Aeliano [co(n)s(ulibus) . . . . . . Maias].	C. Octavio Vindice [1]) XV k(alendas) Iun(ias).

[1]) *nota unum consulem nominatum fortasse propterea, quod solus erat suffectus nomenque collegae iam antea relatum erat: cf. Marini p.* 360.

[214] *desunt annus et dies, nec scripti videntur in actis fuisse.*

[219]	[imp(eratore) Antonino Aug(usto) II et S]acerdote II co(n)s(ulibus	[isdem co(n)s(ulibus) . . . . .]
221	Grato et Seleuco co(n)s(ulibus) VII id(us) Maias.	isdem co(n)s(ulibus) (*dies omissus*).
[222]	[imp(eratore) Caes(are) M. Aur(elio) Antonino Aug(usto) IIII, M. Aur(elio) Severo Alexandro Caesar]e Aug(usto) co(n)s(ulibus) XVI kal(endas) Mai(as).	[isdem co(n)s(ulibus)] VII kal(endas) Mai(as).
225	Fusco II et Dextro co(n)s(ulibus) XIIII k(alendas) Maias.	(*omissa consulum nomina*) III non(as) Mai(as).

Collatis actorum partibus supra propositis acta plerumque mense Aprili incisa esse apparet: differunt anni 81 183 221, quibus Maio, 156, quo Martio, 130, quo Februario et Martio exarata sunt.

2. Locus.

Locus, cum piaculum semper in luco deae Diae fieret nec de ea re dubitari posset, non ubique adscribebatur; deficit enim in actis annorum 156 183 214. Ubi autem adnotatur, ponitur fere semper post notam diei, raro post verba quae sunt *piaculum factum*. Pro verbis *in luco deae Diae* semel videtur scriptum fuisse *a*]*d d*[*eae Diae*]: aliter enim nego expleri posse litteras *dd* quae solae supersunt in actis piaculi ob efferendum ferrum anno 88 facti. Ceterum exceptis actis anni 88 de loco plane inter se consentiunt acta piaculorum quae singulis annis ob inlationem et elationem ferri fiebant, nisi quod in actis elationis interdum omittitur locus, cum in actis inlationis notetur (221 225).

1 *piacula ob inlationem facta.*	2 *piacula ob elationem facta.*
81 [118] 121 [126 130] 225 in luco deae Diae piaculum factum.	*similiter, nisi quod omittitur locus a.* 225.
[88] piaculum fa[ctum in luco deae Diae]. [1]	[piaculum factum a]d d[eae Diae].
221 piaculum factum mag(isteri) *illius* in luco deae Diae.	*omissus est locus.*

[1]) *locus non videtur esse omissus, cum hiatus satis amplus aliter vix possit expleri.*

156 184 214 *omissus est locus.*

[91 92 219 222] *deficiunt nonnulla actorum verba, sed hiatus videntur postulare loci mentionem.*

3. Ratio piaculorum.

a. quam ob causam piacula facta sint.

81 ob ferrum inlatum in aedem (de aede elatum) scripturae caussa. [1])

[1]) *verba* scripturae caussa *deficiunt in actis elationis.*

[88] ob ferrum in[latum scripturae et scalpturae consummato magi]sterio *illius.* [1])

[1]) *ex actis elationis tam exiguae reliquiae supersunt, ut qua ratione fuerint concepta non satis perspiciatur.*

[91] [ob ferrum in]latum ut acta insculperentur magisteri *illius.* [1])

[1]) *in actis elationis scriptum est:* ob ferrum elatum *omissis iis quae sequuntur.*

[92 119 121 126 130] 156 ob ferrum inlatum (elatum) scripturae et [1]) scalpturae magisteri consummati *illius.* [2])

[1]) *verba* et scripturae *omissa sunt in actis inlationis anni* 156.
[2]) *in singulis versibus cum quinquagenae fere litterae exaratae sint, nec possint defuisse verba* scalpturae et scripturae *propter similitudinem actorum quae ad elationem pertinent, in restituendis actis ad inlationem spectantibus propter angustiam spatii verbum* consummati *omittendum est* 92. — *In actis elationis nomen magistri videtur omissum fuisse: fortasse scriptum ibi erat* s(upra) s(cripti) 126. — Magisterio (*sic*) *illius* consummati 156 *inlat.* — *Acta anni* 92 *ad elationem ferri pertinentia sic fere concepta sunt:* piaculum factum per *illum* [ob ferrum . . . .] tum et elatum scalpturae et [scripturae magisteri consummati fratrum Ar]valium. *Marinius explevit sic:* piaculum *cet.* [ob ferrum de aede educ]tum et elatum scalpturae et [scripturae marmoris et operis perfecti per publicos fratrum Ar]valium *cet. item in actis piaculi ob inlationem facti post verbum* inlatum *inseruntur verba* in aedem. *Neque tamen unquam Domitiano imperante in aede acta dicuntur insculpta esse, nec respondet litterarum numerus, formulae autem a Marinio adhibitae aevi recentioris sunt: cf. a.* 221 225. *Iam vero cum notatus non sit dies quo ferrum elatum sit, eodem die videtur elatum esse quo inlatum erat. Uno autem die cum acta nequeant incisa esse, ferrum nescio an credi possit ruptum eamque ob causam statim elatum esse. Nimis tamen incerta omnia quam quae in restituendo monumento proponi potuerint. Verbum* [Ar]valium *in fine servatum publicorum mentionem videtur postulare; sed obstat quod sic calator loco priore commemoratur.*

[MARC. F 184] ob ferri inlationem [1]) (elationem) [2]) scripturae et scalpturae magisteri peracti. [3])

[1]) inlatum 184.
[2]) elationi 184.
[3]) *ex actis* MARC. F *pauca quidem supersunt, sed quae cum actis a.* 184 *maxime conveniant. Nomen magistri omissum esse ostendunt non solum acta MARC. F, sed etiam angustia hiatus in actis a.* 184.

[214] ferri inferendi (efferendi). [1])

[1]) *acta inlationis valde mutila ex elationis actis restituuntur.*

[219]221 [ALEX. D] mag(isteri) [1]) *illius* . . . . ob ferri inlatione (*sic.* elationem) scripturae et scalpturae marmoris. [2])

Dedi acta a. 221.

[1]) *sc.* piaculum: *verba* magisteri secundi *in actis elationis desunt.*

[2]) operis perfecti *pro* marmoris *act. elat.* — *Fragmentum exiguum, quod propter similitudinem litterarum temporibus Alexandri tribui, easdem videtur exhibuisse formulas: item similia sunt ea quae ex actis a.* 219 *supersunt.*

[222] [ferru]m inferendi scripturae et sca[l]ptur[ae mar]m(oris). [1])

[ferrum efferendi scripturae et scalpturae] magisteri peracti. [1])

[1]) *in actis inlationis mentio magistri anni, cuius acta incidenda sunt, coniuncta erat cum verbis* piaculum factum: *deficiebat in actis elationis.*

225 mag(isteri) *illius* [1]) ob ferri inlationem (elationem) scriptur(ae) et sculptur(ae) marmor(is) causa. [2])

[1]) *sc.* piaculum: *verba* magisteri illius *om. acta elationis.*

[2]) operis perfecti *pro* marmoris *act. elat.*

Ferro uti in sacris non licebat. Legimus apud Macrobium (5, 19, 11): *omnino ad rem divinam pleraque aenea adhiberi solita multa indicio sunt,* et paullo post (l. c. 13) verba Carminii haec: *prius itaque et Tuscos aeneo vomere uti, cum conderentur urbes, solitos, in Tageticis eorum sacris invenio et in Sabinis ex aere cultros quibus sacerdotes tonderentur.* Item Servius (*ad Aen.* 1, 448): *flamen Dialis aereis cultris tondebatur,* deque flaminica Diali Ovidius (*fast.* 6, 230): *non ungues ferro subsecuisse licet;* cf. Ioh. Lyd. *de mens.* 1, 31. Scribunt porro de ponte sublicio Dionys. Halic. 3, 45: *καὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν, ἣν ἄνευ χαλκοῦ καὶ σιδήρου δεδέσθαι θέμις ὑπ' αὐτῶν διακρατουμένην τῶν ξύλων, ἐκεῖνος* (sc. *Ἄγκος Μάρκιος*) *ἐπιθεῖναι τῷ Τεβέρει λέγεται, ἣν ἄχρι τοῦ παρόντος φυλάττουσιν ἱερὸν εἶναι νομίζοντες*: et Plinius (*n. h.* 36, 100): *Cyzici et buleuterium vocant aedificium amplum sine ferreo clavo, ita disposita contignatione ut eximantur trabes sine fulturis ac reponantur, quod item Romae in ponte sublicio religiosum est.* In lege porro de aede Iovis Liberi Furfonensi (*C. I. L.* 1, 603) id ipsum cavetur ut in reficienda ea ferro uti fas sit. Ritu igitur vetusto cautum erat ne ad sacra ferrum adhiberetur, eamque ob causam piaculum erat Arvalibus, quoties in lucum aedemve ferrum inlatum erat. Cf. Mommsen *ad C. I. L.* l. c. et M. de Rossi *Ann. inst. arch.* 1867 p. 35. — Inferebatur autem ferrum *scripturae et scalpturae causa,* sive *ut acta insculperentur magisteri* cuiusdam (cf. 91). Quae antea vidimus in parietibus externis aedis deae Diae exarata esse (cf. Exordium §. 28 p. XXV), donec spatium recipiendis iis sufficeret: id quod confirmatur verbis actorum anni 81, quibus *in aedem* ferrum inlatum esse dicitur.

---

b. a quo piacula facta sint.

81 per calatorem et publicos eius sacerdoti. [1])

[1]) *sc. fratrum Arvalium.*

[88 91 214] per calatorem et publicos.

[92] per calatorem. [1])

[1]) *in actis tamen elationis publicorum quoque mentionem factam esse spatium indicat.*

[119 130] 156 [MARC. F 184] per *illum* calatorem [1]) eius [2]) et publicos fratrum Arvalium.

[1]) *nomen calatoris ante mentionem officii ponitur* 130 156 184, *post eam* 121; *non constat quo loco positum fuerit, quamquam nomen videtur requirere hiatus satis amplus,* 119.

[2]) *sc. magistri; omittitur* MARC. F *et* 184, *ubi errore legitur in actis inlationis* per *illo* kalatore.

121 per publicos et calatorem eius *illum.*

[219] [per *illum*] tab(ularium) rat(ionis) k(astrensis) [et per publ(icos) fratr(um) Arv(alium)]. [1])

[1]) *similiter legitur in actis elationis:* [per *illo*] tab(ulario) rat(ionis s(upra) s(criptae) et [p]er [*illos* publicos] fr(atrum) Arv(alium). — *Marinius* (*p.* 659) *intellegendos esse putat* tab(ularium) rat(ionalem) *vel* a rationibus *Arvalium eorumque* k[alatorem], *quamquam verae siglorum significationis minime ignarus. Huic opinioni obstat quod in actis elationis legitur.*

221 [ALEX. D] per *illum* [1]) c(larissimum) v(irum) fratrem Arval(em) et public(os) et a sacris. [2])

[1]) *sc. magistrum anni cuius acta inciduntur.*

[2]) *in actis elationis scriptum est sic:* per eos quos supra, et per Primum Cornelianum comm(entariensem) et public(os) fratr(um) Arval(ium). — *Fragmentum quod citavi aetatis Alexandri paucissimas quidem litteras exhibet, tamen de similitudine cum actis a.* 221 *constat.*

[222] per *illum* [1]) [et per *illum*] Aug(usti) lib(ertum).

[1]) *sc. magistrum anni cuius acta inciduntur.*

225 *inlat.* immol(ante) ipso mag(istro) . . . . ministrantibus public(is) et pr[a]e[s]entibus a sacr(is) d(omini) n(ostri) Aug(usti).

elat. item immolavit . . . . . . per *illum* calat(orem) et per public(os) fratr(um) Arvalium.

[126] *angustiae spatii videntur indicare omissam fuisse mentionem eorum, per quos piaculum factum est.*

Fiebant piacula plerumque per calatorem sacerdotis eius, qui anno praecedenti magister fuerat huiusque, ut videtur, nomine, ita ut ageret vice sacerdotis, unde in actis a. 225 hic per calatorem dicitur immolasse, licet non appareat, utrum ipse adfuerit, an absens piaculum faciendum curaverit. Interdum ipse sacerdos praesens immolavit, ut Flavius Archelaus ob ferri inlationem magisteri, quo functus erat anno 220, anno 221 piaculum fecit: item Aelius, ut videtur, Secundinus ob magisterium alterum anno 221 gestum anno 222 sacrum fecit. Anno autem 225 magister qui dicitur immolasse ob piaculum inlationis ferri magisteri L. Porci Prisci, ipse videtur fuisse Porcius, quod in actis elationis immolasse dicitur per calatorem Porcium Philologum. Calatores

enim cum liberti essent fratrum Arvalium, Porcius calator necessario poscit Porcium magistrum. Calator autem cum ageret vice sacerdotis, non aderat caerimoniae, cum hic ipse sacra faciebat. Eamque ob causam qui in actis anni 222 commemoratur Augusti libertus, non potest fuisse calator, cum piaculum fecerit ipse Aelius Secundinus magister qui fuerat. Quod anno 219 tabularius rationis castrensis piaculum fecit, quo modo explicandum sit, minus liquet. Anno 218 cum incertum sit quis magister Arvalium fuerit, hominem non privatum magisterio functum esse quodammodo indicare videtur, quod primo Ambarvalium die Arvales *in Palatio in divorum* convenerunt, cum in domum magistri plerumque convenire solerent. Iam vero cum anno 218 Elagabalus certe magister non fuerit, quippe qui eo demum anno inter Arvales cooptatus sit, cogitari potest de Macrino, quamquam sane probabile non est post caedem eius magisterium per sex menses vacuum relictum esse. Nihilominus id videtur admittendum esse et aut statuendum deficiente iam caeso Macrino calatore eius tabularium pro calatore acta incidenda curasse, aut tabularium illum simul calatoris munere functum esse. — Praeter calatores et quem eorum loco vidimus fuisse tabularium publici commemorantur, eosque calatori in sacris praesto fuisse ostendit quod in actis anni 225 ministrantibus iis immolasse magister dicitur. Cum autem in sacrificando non agerent nisi partes secundas, mentio eorum nonnunquam in actis omissa est (cf. 92 et 222). Cum vero ipse magister, cuius acta incidebantur, piaculum faciebat, praeter publicos commemorantur etiam homines quidam *a sacris* (221) vel *a sacris domini nostri,* qui nec immolarunt nec ministrarunt, sed praesentes dicuntur fuisse (225). Quos recte distinxit Marinius a sacerdotibus qui dicuntur imperatoris Augusti (Arv. p. 579; cf. supra p. 16 seq.), ministros eos vel aedituos fuisse affirmans, quamquam quam ob causam Arvalium sacris interfuerint parum liquet. Id tantum constat sacerdotibus, cum piaculum ipsi faciebant, plures quam calatoribus ministros adfuisse ac maiore cum apparatu caerimonias celebratas esse. Nec iniuria Marinius (p. 209) aetate antiquiore calatores, posteriore ipsos Arvales piaculum fecisse posuit: quamquam nec ante annum 221 ullum novimus exemplum piaculi per magistrum facti, et etiam tunc interdum certe sacerdotes per calatorem immolasse acta elationis anni 225 ostendunt. — Semel denique mentio fit commentariensis, qui praeter publicos et a sacris adfuit, cum ob elationem ferri anno 221 frater Arvalis piaculum faceret. Iam cum consentaneum sit, qui acta Arvalium in commentarios rettulisset, eundem incidenda ea curasse, hunc probabile est semper piaculo elationis adfuisse, nomen autem in actis omissum esse, quia in ipso piaculo faciendo partes ageret nullas, ut solum calatorem vidimus memoratum nonnunquam esse, quamquam publici semper ei adfuerunt. De calatore et publicis cf. Exordium p. VII seq.

---

c. quo modo facta sint piacula.

81	piaculum factum per *illos* ob ferrum *cet.* porcam et agnam opimam.
[88 91 92]	piaculum factum per *illos cet. omissa victimarum indicatione.*
119 121 [125 130] 156 [MARC. F] 184	piaculum factum ob ferrum *cet.* porcis et agnis, [1]) struibus fertisque per *illos.*
	[1]) porca et agna opima 125, *ubi haec verba proxime post verba* piaculum factum *posita sunt;* porca et agna 156 184; *item, ut videtur,* MARC. F.
[214]	piaculum factum ferri *cet.* [agna]m [1]) et porcil(iam) per *illos.*
	[1]) *collatis actis aetatis fere eiusdem verbum* opimam *non addidi.*
[219]	*lapide fracto intercidit mentio victimarum.*
221 [ALEX. D]	piaculum factum mag(isteri) *illius* ob ferri *cet.* per *illos* porcam piacularem, struibus, fertis et agnam, quorum (*sic*) extae redditae sunt.
222	piac[ulum factum ferru]m inferendi [*cet.* per *illum*] struib(us) e[t] fert(is), porciliam alb[am et agnam]. [1])
	[1]) *fortasse additum erat:* quarum extae redditae sunt. — *In actis elationis:* piaculum factum *cet.* ea omnia quae [supra fac]ta sunt.
225 *inlat.*	p(iaculum) f(actum) *cet.* immol(ante) ipso mag(istro) porcam et agnam, struib(us) e[t] fertis, et extas reddid[it] ad aram, ministrantibus *illis.*
elat.	item immolavit ob ferri elationem *cet.* per *illum* et *illos.*

III. PIACULA OB CAUSAS SINGULARES EXTRA ORDINEM FACTA.

---

a. PIACULA MINORA.

Piacula extra ordinem ab Arvalibus facta pertinent fere omnia ad lucum eorum, in quo sive arbor sive ramus vetustate tempestateve deciderat, piaculum erat sacrificiis expiandum. In eaque re ita versatos esse Arvales ut magister quidem ad fratres referret, hi censerent quid faciendum esset, acta ostendunt anni 14, in quibus scriptum est sic:

> [isdem consulibus (*deficiunt dies et locus*) . . . . quod [Cn. Corneliu]s Cn. f. Lentulus augur mag(ister) in locum . . . . [factus, ad] fratres Arvales rettulit arborem [in luco d]e[ae] Diae vetustate cecidisse, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): [cum arbo]r vetustate in luco deae Diae cecidisset, ut [in luc]o ad sacrificium consumeretur, neve quid [ligni] exportaretur. [1]) [adfuerunt *fratres illi.*]

[1]) *Marinius explevit sic:* ut [illa expiaretur porca et agna opima] . . . . o ad sacrificium consumeretur, neve quid [e luco] exportaretur, *nulla ratione habita spatii, quod tot litteras minime capit.*

Piaculi hic mentio non fit, nec fortasse eo opus fuit, cum in ipso luco ad sacrificium lignum consumendum esset; nam hoc loco excepto nunquam commemoratur arbor collapsa, quae sacrificiis non sit expiata. Quapropter mentionem piaculi in alterum quoque inserui decretum de arboribus caedendis anno 105 ab Arvalibus factum, quod ita fere videtur conceptum fuisse:

> isdem c[o(n)s(ulibus) (*die aliquo post diem VII idus Ianuarias ante kalendas Iunias*)] in aedem Conco[rdiae fratres Arvales convenerunt] ibique referen[te M. Valerio Trebicio Deciano mag(istro) ad] colle-

gas de arbor[ibus lauribus in luco deae Diae quod] a tempestatibus per[ustae essent, placuit piaculo fac]to caedi. adfuerunt in collegio *illi.*

De ipso piaculo facto cf. infra. — Acta autem piaculorum, quae ob arbores quae deciderant ramosve delapsos fiunt, concipiuntur sic:

1. Annus et dies.

Annus raro omittitur, dies nunquam nisi lapide fracto, primoque semper loco positi sunt. Commemorantur autem piacula annis his:

38 a(nte) d(iem) XIIII k(alendas) Maias. [1])

(post diem IIII idus Octobres ante diem XVI kalendas Decembres: nota enim diei excidit.)

[1]) *consulatus in hac tabula non repetitur, sed semel ponitur ubi primum commemoratur.*

[58 66] *videtur notatum esse piaculum, sed deficit dies.*

[72] imp(eratore) Cae[sa]re Ves[pasiano Aug(usto) I]III, Tito Caesare imp(eratore) II co(n)s(ulibus) [......] Maias.

81 L. Flavio Silva Nonio Basso, Asinio Pollione Verrucoso co(n)s(ulibus) XVIII k(alendas) Febr(uarias).

M. Roscio Coelio, C. Iulio Iuvenale co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Apr(iles).

87 .... Prisco co(n)s(ulibus) IIII idus Sept(embres) mag(isterio) C. Iuli [Sila]ni.

[89] [isdem c]o(n)s(ulibus) pr(idie) idus April(es).

[90] [isdem (?) co(n)s(ulibus)] VIIII k(alendas) Maias magisterio P. Sallusti Blaesi II.

[91] Q. Valerio Vegeto, P. Met[ilio Secundo (?) co(n)s(ulibus) non(is) Nov(embribus) magisterio II L. Verati Quadrati.

[101] Q. Servaeo Innocente, M. Maecio Celere co(n)s(ulibus) VI k(alendas) Mai(as).

iterum eodem anno piaculum factum ob arborem quae deciderat, sed deficiunt consulatus ac diei notae.

[105] isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) ......

118 isd(em) co(n)s(ulibus) pr(idie) non(as) Mart(ias).

155 [isdem] co(n)s(ulibus) III k(alendas) Iun(ias).

2. Locus.

Locus constanter enuntiatur verbis quae sunt *in luco deae Diae*, non eodem tamen loco positis: nam concepta sunt acta sic, ut verba

38 [66]	in luco deae Diae *addantur ad verba* ramum delapsum arboremve quae ceciderat, *locumque indicent, quo acciderit id, propter quod factum sit piaculum;*
[72]	*inserta sint post verba* piaculum factum;
81 (bis) 87 [89 90 101] 105 [118 155]	*ab initio statim post notas anni et diei collocentur;*
[91]	*post indicationem eorum per quos factum sit piaculum*

3. Ratio piaculorum.

a. quam ob causam facta sint piacula.

[38]		ob ramum vetus[tate delaps]um.
[66]		[o]b arborem quae ceci[derat.]
[72]		ob arborem qua[e a] tempestate de[ciderat].
81		quod arbor a vetustate decidit, expiandum.
	iterum:	ob arbores, quae a tempestate nivis deciderant, expiandas.
87		quod ramus ex arbore ilicina ob [v]etustatem deciderit.
[89]		ob a[rbor]em expiata (*sic*) cui prae . . . . (?)
90		expiatam arborem ob vetustatem quod decidit.
[91]		expiata arbor quod vetustat[e decidit].
101		arbores expiatae, quod vetustate vel vi maiori deciderant.
	iterum:	quod arbor vetusta[te deciderat].
[105]		[ob arbores lau]rus caedendas, quod tempestatibus perusta[e erant].
[118]		ob arb[orum caeden]darum causa, quae tempestate vel vi maiori decide[rant].
[155]		ob arborem expiandam quae ve[tustate deciderat].

Fiebant igitur piacula, cum arbores vel rami decidissent sive ob vetustatem sive tempestatibus sive vi maiore. Vis autem maior quo modo intellegenda sit, cum dubium sit, mihi probabile est fulminis ictum significari: nam et una cum tempestate commemoratur (118), nec de hominum iniuriis in luco sacro cogitari potest. At ubi arbores dicuntur perustae esse tempestatibus,

fulmina non puto intellegenda esse, sed verbum perurendi ita usitatum, ut hodieque Itali verbo utuntur quod est *bruciare*, quod aeque de calore, frigore, ventis adhibent. Ac de frigore quidem cf. Cato *R. R.* 161 qui de asparago sic praescribit: *substramentis per hiemem operito ne peruratur*. Cum autem re vera fulmine tactae arserant arbores, maioribus piaculis videtur opus fuisse: cf. infra p. 142. — Anno 81 nota arbores exeunte etiam mense Martio tempestate nivis decidisse.

---

b. *a quo facta sint piacula.*

38 *ille* promagister.

[*iterum*] *ille* [promagiste]r collegii fratrum Arva[lium nomine].

72 87 [89] per calatorem et publicos. [1])

[1]) per publicos [et ca]latorem 89.

81 bis [101] per calatorem et publicos eius sacerdoti. [1])

[1]) publicos eorum 101.

91 per calatorem et publicos et aedituom.

[66 90 101 *iterum*] *fracto marmore intercidit mentio eorum per quos piacula facta sint.*

105 per *illum* [mag(istrum)] ministrantibus public[is].

118 155 per *illum* mag(istrum) [1]) et publicos fratrum Arva[lium].

[1]) [pro]magist(rum) 155

Quod antea piacula exposuimus ferri inferendi et efferendi ab ipso interdum magistro provemagistro facta esse, huius vero vice et nomine egisse calatorem, id confirmatur conlatis actis supra propositis. Praeter calatorem et publicos semel nota commemoratum esse aedituum, aedis puta deae Diae.

---

c. *quo modo facta sint piacula.*

[38 bis] *ille* promagister . . . . . sacrificium piaculare fecit ramumqu[e exportari iu]ssit.

[75] [sa]crific[ium piaculare factum] *cet.*

87 piaculum factum per *illos*.

[66] 81 bis [90 91] piaculum factum per *illos* . . . . porcam et agnam opimam. [1])

[1]) *omittitur verbum* opimam 90 91. *In fine actorum indicantur victimae* 66 81 *bis, praecedunt indicationem causae piaculi* 90 91.

[101 bis] 105 118 piaculum factum quod *cet.* porcis et agnis, struibus fertisque per *illos*.

[155] [piaculum fact]um ob *cet.* [porca]m et agnam, struibus ferctisq(ue) per *illos.*

72 89 *deficit victimarum mentio.*

Piaculum item extra ordinem factum signatum est in actis anni 69 sic:

[. . . . . . in luco deae Diae p]iaculum factum per calato[rem et publicos coll(egi) fratr(um) Arval(ium) ob . . . .] m faction(is) venet(ae) [1]) porcam et a[gnam opimam].

[1]) *potest etiam scriptum fuisse* a faction(e) venet(a).

Respondent igitur tam victimae quam ministri sacrorum iis qui in actis commemorantur piaculorum de quibus antea egimus. Videtur autem hoc loco indicatum esse piaculum factum ob errorem quendam a factione veneta commissum fortasse in ludis in luco altero sacri die celebratis. — Denique piaculum indicatum est in actis a. 58, ubi scriptum est sic:

isdem co(n)s(ulibus) x [. . . . . . in l]uco deae Diae [piaculum factum por]cam [et agnam opimam . . . . c]ausam.

---

b. PIACULA MAIORA.

Praeter piacula, quae ob arbores vetustate tempestateve lapsas aliasque propter causas minores omnibus fere annis fiebant, piacula nonnulla maiora in acta relata sunt, ea scilicet, quorum causa nec paucis victimis struibusque et fertis, nec, ut in illis videtur factum esse, soli deae Diae immolatum est, sed victimis plurimis numinibusque, ut videtur, omnibus, quae in luco Arvalium colerentur. Unde haec quidem a minoribus piaculis bene distinguenda sunt de iisque separatim disputandum. Concepta autem acta sunt sic, ut primo loco indicentur annus et dies, deinde locus, quo piaculum factum est. Sequitur indicatio eorum qui sacra fecerunt, ac relata causa, propter quam piaculum faciendum fuerit, enumerantur numina, quibus immolatum est, addito ipsarum victimarum indice.

1. Annus et dies.

183 L. Tutilio Pontiano Gentiano co(n)s(ule) [1]) VI id(us) Februar(ias).

[1]) *suffectum putant Borghesius in fastis ined. Commodo Augusto, Marinius p.* 360 *Aufidio Victorino, ut nomen imperatoris omissum sit: ille certe probabilius, cum post paucos dies consulatu se abdicare Caesares soliti sint. Omissum igitur erit Victorini nomen utpote antea iam propositum.*

iterum: M. Herennio Secundo, M. Egnatio Proculo co(n)s(ulibus) III id(us) Mai(as).

[218] (*lapide fracto deficiunt annus et dies.*)

224 (*omissa sunt nomina consulum*) VII id(us) Nov(embres). (*item*) IIII id(us) Dec(embres).

[ALEX. B] (*lapide fracto deficiunt consules*) non(is? as?) Mai(s?as?).

2. Locus.

183 bis [218] in luco deae Diae, *ibique item immolatur* ad aedem [1]) deae Diae *et* ante Caesareum.

[1]) *verba* ad aedem *omissa sunt* 218, *ubi tamen notatur immolatum esse deae Diae. Ibidem in actis operis perfecti locus non commemoratur.*

224 [ALEX. B] in luc(o) d(eae) D(iae) via Camp(ana) apud lap(idem) V, [1]) *ibique item immolatur* ante Caesar(eum).

[1]) *haec certe legebantur in actis: de iis quae sequuntur non constat propter lapidem fractum* ALEX. B.

3. Ratio piaculorum.

a. *quas ob causas facta sint piacula.*

183 operis inchuandi causa quod in fastigio aedis deae Diae ficus innata esset, eruendam et aedem reficiendam.

operis perfecti causa, quod arboris eruendae et aedis refectae.

[218] *fracto marmore deficit indicatio causae, in actis tamen operis perfecti nihil aliud potest scriptum fuisse nisi ipsa verba* operis perfecti causa.

224 quod vi tempestat(is) ictu fulmin(is) arbor(es) sacr(i) l(uci) d(eae) D(iae) attactae arduer(int), ear(um)q(ue) arbor(um) eruendar(um), ferr(o) [f]endendar(um), adolendar(um), commolendar(um), item aliar(um) restituendar(um) causa operisq(ue) inc[h]oandi, ara[s] temporal(es) sacr(i) [luci?] d(eae) D(iae) reficiend(i), eius rei causa *cet.*

quod ab ictu fulminis arbores luci sacri d(eae) D(iae) attactae arduerint, earumq(ue) arborum adolefactarum et coinquendarum, et [quod] in eo luco sacro aliae sint repositae et arae temporal(es) refectae, ferri effer(endi) [h]uius oper(is) perfecti causa.

[ALEX. B] operum luci sacri [*inchoandorum causa*] *cet.*

Anno 183 facta sunt piacula maiora, quod fico in fastigio aedis nata cavendum erat ne haec everteretur. Similiter narrat Plinius (*n. h.* 15, 77): *fuit et ante Saturni aedem (ficus) urbis anno 260 sublata sacro a Vestalibus facto, cum Silvani simulacrum subverteret.* De ficis in luco sacro natis cf. Festus ed. M. 169 *s. v. Navia* et Plinius l. c. — Anno autem 224 quod piacula facta sunt maiora, id inde videtur explicari, quod arbores non solum vetustate tempestateve ceciderant, sed arserant ictu fulminis attactae, unde eruendae earumque loco aliae restituendae erant. Ipsae autem arbores attactae dicuntur ferro fissae esse: verbum enim quod apud Ursinum legitur *pendendar(um)* emendandum esse in *[f]endendarum* sive *[f]indendarum,* priores secutus, licet dubitans, recte proposuit Marinius (p. 679). Idem vocabulum *attactae* proprium fuisse haruspicinae ex verbis Festi (ed. M. p. 333) collegit, qui de puteali Scriboniano verba faciens ea voce videtur usus esse. Ligna deinde fissa non exportata ex luco sunt (cf. a. 38), sed ad sacrificia ut videtur adhibita (cf. a. 14), vel in honorem deorum combusta: de verbo enim *adolendi* scribit quidem Nonius (p. 58 ed. Merc.): *adolere verbum est proprie sacra reddentium, quod significat votis ac supplicationibus numen auctius facere* cet., alibi autem (p. 247) *adolere,* dicit, *est urere. Verg. in Bucolicis: verbenasque adole pinguis et mascula tura* cet. Similiter Servius *ad Verg. Aen.* 1, 704: *flammis adolere penates, i. e. colere, sed adolere est proprie augere. In sacris autem κατ' εὐφημισμὸν adolere per bonum omen dicitur, nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur;* id. *ad Ecl.* 8, 65: *adole: incende, sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur; nam adole est auge.* — Verbum quod sequitur *commolendi* idem videtur significare atque quod eodem loco postea ponitur *coinquendi* vocabulum (cf. Marini p. 382 et 680): de quo vide ad acta diei secundi sacri deae Diae p. 22. Vulgari enim verbi commolendi significationi, quae ad granum conterendum pertinet, locus hic non est. Videntur igitur non omnes arbores crematae, sed quae minus damni passae erant, deputatis quibusdam ramis in luco relictae esse. — Aras denique temporales fuisse ad tempus factas, caespiticias fortasse, Marinius (p. 683) exposuit, qui dubitat, utrum quae in lapide extant notae SACR. D. D. omisso per errorem verbo *luci* explicandae, an *sacr(arii) d(eae) D(iae)* legendae sint. Piaculum autem quod inchoandi operis causa factum erat, repetitum est operis perfecti causa.

---

b. a quo facta sint piacula.

183 *ille* mag(ister).

218 [collegium fratrum Arvalium] per eundem *illum* promagistrum. [1])

[1]) *lapide fracto intercidit in actis operis inchoandi, in quibus similiter puto scriptum fuisse.*

224 fratres Arvales in *cet.* conv(enerunt) [1]) per *illum* mag(istrum) et ibi imm(olarunt) [2])

[1]) convener(unt);

[2]) immolav(erunt) *acta op. perf.*

[ALEX. B] *cum solum verbum* mag. *supersit, non constat quo modo acta concepta fuerint; videntur tamen respondisse actis a. 224.*

---

c. *quo modo quibus numinibus facta sint piacula.*

Piacula, de quibus antea egimus, minora soli deae Diae videntur facta esse: maiora haec omnibus, quae in luco colebantur, numinibus. Et initium quidem eorum ita fiebat, ut lustrum mitteretur suovetaurilibus, id quod in actis notatur sic:

183 [218] *ille* [1]) immolavit suovetaurilibus maioribus.

[1]) *collegium videtur nominatum fuisse in actis a.* 218: *cf. b.*

224 *fratres Arvales* immolarunt .... eius rei causa lustrum miss(um) suovetaurilib(us) maior(ibus).

[ALEX. B] [lustru]m missum *ille* [immolavit] .... suovetaur[ilibus maioribus].

Suovetaurilium fuisse genera duo confirmat Festus (ed. M. p. 189 s. v. *opima spolia*), qui legem opimorum spoliorum citans scribit sic: *secunda spolia, in Martis aram in campo solitaurilia utra voluerit caedito.* Quae minora ac maiora appellata esse ex actis Arvalium primum cognitum esse observavit Marinius (p. 364). Idem recte, ut videtur, maiora victimis adultis, minora lactentibus facta esse ex precatione quadam desumpsit a Catone servata (*de r. r.* 141), in qua verba leguntur haec: .... *harumce rerum ergo fundi, terrae agrique mei lustrandi lustrique faciendi ergo sicuti dixi macte hisce suovetaurilibus l a c t e n t i b u s immolandis esto.* Maioribus autem suovetaurilibus ob arbores fulmine attactas sacrificandum fuisse inde effecit, quod inter prodigia, quae Livius (24, 10; 28, 11) maioribus hostiis narrat procurata esse, non raro commemorantur aedes de caelo tactae: item ob ficum eruendam aedemque reficiendam iisdem opus fuisse loco Servii (*ad Aen.* 12, 170) probat, quo sic legitur: *in rebus quas volebant fieri celerius, senilibus et iam decrescentibus animalibus sacrificabant; in rebus vero, quas augeri et confirmari volebant, de minoribus et adhuc crescentibus sacrificabant.* De suovetaurilibus sive solitaurilibus cf. Festus (p. 293 ed. M. s. v.): *solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri arietis verris;* et Cato (l. c.): *ubi porcum, agnum vitulumque immolabis* cet. — *Lustrum mittere* idem esse atque *lustrum facere, condere* docet Marinius (l. c. et p. 684) verbum ratus inde explicandum esse, quod in lustro faciendo victimae circa agrum areamve lustrandam ducebantur (cf. Cato l. c.). In qua pompa praecessisse porcum, secutum esse agnum, taurum venisse ultimum imagines ostendunt sacrificii in vetustis monumentis superstites.

Suovetaurilibus perfectis immolabatur numinibus ceteris, de iisque sacrificiis acta concepta sunt sic:

183 ad aedem deae Diae boves feminas II.

[218] deae Diae [b(oves) f(eminas) n(umero) II].

224 ante aed(em) d(eae) D(iae) b(oves) f(eminas) a(uro) iunct(as) n(umero) II.

Sacrificia quae ad aedem deae Diae vel ante eam facta esse dicuntur, ipsi deae oblata esse collatis his actis apparet. — Boves feminae auro iunctae egregie explicantur iis quae de pompa quadam a Gallieno in Capitolium ducta Trebellius (*vit.* 8) narrat: *processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves cornuis auro iugatis* cet.; cf. Salmasius ad hunc locum (p. 281 ed. Paris 1620), qui *auro iugatum, vinctum, ligatum, χρυσένδετον* idem esse notat atque *auratum*, et Marinius p. 685. — Prosequuntur acta anni 224 sic:

item ad ar(as) tempor(ales) dis inf(ra) s(ub)s(criptis)

quae verba deficiunt in actis annorum 183 et 218: deinde numina et victimae enumerantur quae sequuntur:

183 224 Iano patri arietes II. [1])

[1]) *lapide fracto deest* 218.

De Iano Cic. *n. d.* 2, 27: *quumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt.* Confirmant id formula devotionis apud Livium 8, 9, quaeque de lustrando agro praescribit Cato *r. r.* 141. Cf. Preller *R. Myth.* p. 148 ed. 1.

183 224 Iovi berbeces II altilaneos. [1])

[1]) *lapide fracto desunt* 218; verbec(es) II *om. verbo altilaneos* 224.

Verveces altilanei dicuntur pro intonsis, ut Servius *ad Aen.* 12, 170: (*poëtam*) *intonsam . . . bidentem dixisse. quam pontifices altilaneam vocant.*

183 Marti arietes altilaneos II. [1])

[1]) *lapide fracto deest* 218.

224 Marti patri ult(ori) ar(ietes) n(umero) II.

Distinguendum esse Martem hunc ab illo, cui agri lustrandi causa suovetaurilibus immolabatur (Cato l. c. 141), observat Marinius (p. 686).

183 [218] 224 Iunoni deae Diae oves II. [1])

[1]) n(umero) II 224, *ubi verba haec leguntur post ea quae sequuntur.*

Genii deorum Iunonesque dearum saepe in monumentis antiquis commemorantur: cf. e. g. genius Asclepii (?) Or. 1731; Iovis *C. I. L.* 2, 2407. *I. N.* 6011 = Or. 2488; Martis *C. I. L.* 2, 2407. *I. Rhen.* 1611. 1701 = Or. 1351. 1352; Mercurii Alauni *I. Rhen.* 1717 = Henzen 5866; numinis Fontis Sermon. *C. I. L.* 6, 151; Iuno Concordiae Augustae *I. A.* 1429; Isidis victricis Or. 1882. A scriptoribus laudantur genius Iovialis (Arnob. 3, 40); genius Priapi (Petron. 21); genius Iunonis Sospitae (Mart. Cap. 1, 53). Cf. Marinius p. 368 seqq. et Preller *R. Mythol.* p. 74 ed. 1.

183 218 224 sive deo sive deae oves II. [1])

[1]) oves n(umero) II 218; verb(eces) II 224.

Aras habemus positas *sei deo sei deivae C. I. L.* 1, 632 et 6, 110 = Or. 2135; *sive deo sive deae C. I. L.* 6, 111 = Or. 2136; *sei deus sei dea* Henzen 5952 (eadem videtur esse atque ea quam citat Marinius p. 370 editam ab Oderico *diss.* p. 184 et 285). Ita autem Romani solebant appellare numina, quorum

de indole et sexu parum constabat; iisque modo oves tamquam deabus, modo verveces tamquam diis immolabantur: cf. Marinius p. 370.

183 224 Virginibus divis oves II. [1])

[1]) n(umero) II 224. — *Lapide fracto deficiunt* 218.

Virgines divae quae fuerint parum constat: videntur tamen fuisse Nymphae, ut nomen ipsum indicat Graecae certe appellationi respondens, neque inepte Prellerus (*R. Myth.* p. 88 ed. 1) adfert Festi (p. 261 ed. M. *s. v. Querquetulanae*) verba haec: *Querquetulanae* [*virae*] *putantur significari nymphae praesidentes querqueto virescenti, quod genus silvae indicant fuisse intra portam, quae ab eo dicta sit Querquetularia: sed feminas antiqui, quas sci*[*as*] *dicimus, viras appellabant, unde adhuc permanent virgines et viragines.* — *Camelis* (= *gameliis*) *virginibus supplicare nupturae solitae erant* legitur apud Paul. Diac. p. 63 ed. M.

183 224 Famulis divis verbeces duos. [1])

[1]) n(umero) II 224. — *Lapide fracto deficiunt* 218.

Famulos intellegendos esse non Famulas inde apparet, quod verbeces iis immolantur. Prellerus (l. c. p. 80) eos Faunos fuisse putat vel Silvanos Virginum Nympharumve propinquos, Graecorumque confert δαίμονας προπόλους (cf. Lobeck *Aglaoph.* p. 1234 seqq.). Marinius (p. 371 seqq.) confert verba Festi (Paul. Diac. p. 19 ed. M. s. v. *ancillae*): . . . . *quod antiqui anculare dicebant pro ministrare, ex quo dii quoque ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt anculi et anculae.* Neque tamen ad famulos hos videntur referri posse quae Martianus Capella (2, 152) scribit: *sed quoniam uni cuique superiorum deorum singuli quoque deserviunt, ex illorum arbitrio istorumque comitatu et generalis omnium praesul et specialis singulis mortalibus genius admovetur* cet., nec quod Elagabalus *omnes deos sui dei ministros esse aiebat, cum alios eius cubicularios appellaret, alios servos, alios diversarum rerum ministros* (vita 7). Cf. Servius *ad Aen.* 5, 95: *singula enim numina habent inferiores potestates* [*quasi*] *ministras.*

183 224 Laribus verbeces duos. [1])

[1]) n(umero) II 124.— *Lapide fracto deficiunt* 218.

183 [218] 224 Matri Larum oves duas. [1])

[1]) n(umero) II 218 224.

Lares in lucis cultos esse docent verba Ciceronis (*de leg.* 2, 8, 19): *lucos in agris habento et Larum sedes;* praeterea noti sunt Lares casanici, compitales, domestici, rurales, viales (cf. Or. Henzen *index* p. 32), nec videtur dubium esse quin omnibus fere locis Lares praefuerint; cf. Preller l. c. p. 486 seqq. — De matre eorum cf. idem p. 458 seqq. Eam Maniam dici tradunt Varro (l. l. 9, 61): *videmus enim Maniam matrem Larum dici,* et Macrobius (1, 7, 34. 35): . . . *ludi per urbem in compitis agitabantur, restituti scilicet a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae ex responso Apollinis, quo praeceptum est ut pro capitibus capitibus supplicaretur. Idque aliquamdiu observatum ut pro familiarium sospitate pueri mactarentur Maniae deae matri Larum.* Alii Larundam sive Laram volunt matrem Larum esse; cf. Lactant. 1, 20, 35: *quis quum audiat deam Mutam, tenere risum queat? hanc esse dicunt ex qua sint nati Lares, et ipsam Laram nominant vel Larundam;* Auson. *Technop. de diis* v. 9: *Larunda progenitus Lar;* quaeque de nympha Lara sive Muta matre Larum compitalium dicit Ovidius (*fast.* 2, 581 seqq.)

183 sive deo sive deae in cuius tutela hic lucus locusve est oves II. [1])

[1]) *numen hoc omissum est* 218 224.

Idem fere est qui Genius luci vel loci, et videtur etiam conferri posse *deus tutelae* (*C. I. L.* 2, 3377 4092), vel *deus tutelae Genius loci* (l. c. 2, 3021, ubi vide ea quae adnotavit Huebnerus). Omnia loca omnesque omnino res in tutela dei cuiusdam fuisse satis constat: cf. Marini p. 374.

183 218 224 Fonti verbeces II. [1])

[1]) verveces n(umero II 218, verb(eces) n(umero) II 224.

Cf. Servius *ad Aen.* 7, 84: *nullus enim fons non sacer;* Frontinus *de aquis* 4: *fontium memoria cum sanctitate adhuc extat et colitur,* deque Fontinalibus a. d. III idus Octobres celebratis (*fasti Sab. Maff. Amit.*) Varro (l. l. 6, 22): *Fontanalia a Fonte, quod is dies feriae eius; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos coronant,* et Festus (p. 85 s. v.): *Fontinalia fontium sacra, unde et Romae Fontinalis porta.* Inscriptiones ad cultum fontium pertinentes habes *C. I. L.* 2, 2005 2694; 3, 755; 6, 149—166 404; Henzen 5765 5766 cet. — Aram Fontano dicatam edidi in Annalibus Instituti archaeologici 1866 p. 128. cf. inscriptio sacra Fontano et Fontanae *C. I. L.* 2, 150.

183 218 224 Florae oves II. [1])

[1]) n(umero) II 218 224.

Cf. *fast. Praenest.* IIII k. Mai: *eodem die aedis Florae, quae rebus florescendis praeest, dedicata est propter sterilitatem frugum,* et quae ad hunc locum adnotat Mommsenus *C. I. L.* 1 p. 392.

224 Summan(o) pat(ri) verb(eces) atros II. [1])

[1]) *om.* 183 218.

Summano recte perspexit Marinius (p. 687) ideo sacrificari, quod expiandae erant arbores fulmine tactae, id quod noctu fortasse factum erat: *Romani enim veteres,* scribit Augustinus (*civit. dei* 4, 23), *nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iovem, ad quem diurna pertinebant;* item Plinius (*n. h.* 2, 182): *Tuscorum litterae novem deos emittere fulmina existumant eaque esse undecim generum, Iovem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iis servavere, diurna attribuentes Iovi, nocturna Summano* cet.; Paulus Diac. (p. 75 ed. M.): *dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum Summani,* et Festus (p. 229 ed M. s. v.): *provorsum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu an interdiu sit factum. itaque Iovi fulguri et Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur.* Inde explicantur quae in titulis commemorantur *fulgur dium* (*C. I. L.* 6, 205; cf. 2, 2421; Or. 2482) et *fulgur sum(manum) condit(um)* (*C. I. L.* 6, 206): cf. Marini l. c. *Iovem altum Summanum* exhibet Orellius 1216. — De imagine eius fictili in fastigio aedis Iovis optimi maximi posita cf. Cicero *de divinat.* 1, 10, 16; deque aede eius Livius 30, 29; Ovid. *fast.* 6, 725; Plinius *n. h.* 29, 57. *Summano ad circum maximum* legitur in *fastis Venus. Esq. Amit.* ad XII k. Iul. — Atris victimis immolabatur diis inferis diisque manibus: cf. *Cenot. Pisan.* apud Orellium 642: *inferiae mittantur bosque et ovis atri infulis caerulis infulati diis manibus eius* (*L. Caesaris*) *mactentur,* ad eumque locum Norisius *diss.* III c. 5, qui de ea re plurima scriptorum testimonia collegit.

183 Vestae oves II.

Vestae matri oves II.

224 Vestae matri ov(es) II.

Ves[tae] deo(rum) dear(um)q(ue) ov(es) II.

Quod Vesta claudit agmen numinum eorum quibus ad aras temporales immolatum est, recte se habet; scribit enim Cicero (*de deor. nat.* 2, 27): *cumque in omnibus rebus vim haberent maxumam prima et extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt . . . . Nam Vestae nomen a Graecis — ea est enim, quae ab illis Ἑστία dicitur — vis autem eius ad aras et focos pertinet. Itaque in ea dea, quod est custos rerum intumarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est.* Cf. Marini p. 378 et Preuner *Hestia-Vesta* p. 28.

Vesta deorum dearumque quo modo a Vesta matre diversa fuerit, ego certe non perspicio. Illam Marinius (p. 380) repperisse sibi visus est apud Arnobium (3, 32): *trina pariter numina vobis interpretibus nulla sunt: non Ceres, non Vesta deorum esse computabuntur in fastis, non ipsa denique Mater deum* cet.; sed genetivus *deorum,* quem cum nomine Vestae ille conectit, coniungendus potius videtur esse cum verbis *in fastis.* Vesta autem ubi mater a Romanis appellatur, ipsa est illa quae a Vestalibus colitur (cf. Vergil. *Georg.* 1, 498 et qui perperam a Prellero citatur titulus Or. 1181, in quo pontifex Vestae matris minime diversus est a pontifice simpliciter dicto) eamque quamvis virginem indole tamen quadam materna praeditam fuisse nuper exposuit Preunerus (l. c. p. 333 seqq. et 420 seqq.). Vesta mater invocatur etiam in votis anno 101 pro itu et reditu Traiani factis (p. 124).

A numinibus hucusque enumeratis voce *item* separatur dea quaedam varie in actis indicata. Haec enim concepta sunt sic:

183 [218] Adolendae Commolandae (*sive* Commolendae) Deferundae oves II. [1])

[1]) *fracto lapide periit nomen quod non constat num plane responderit nomini in actis anni* 183 *usitato* 218; *numero* II *ibd.*

224 Adolend(ae) Coinq(uendae) ov(es) II.

Binarius victimarum numerus ostendit de uno numine agi. Pertinebat autem id ad ipsum actum, propter quem piaculum faciendum erat, ob eamque causam non eodem semper nomine appellabatur. Cum enim anno 183 piaculum fieret ob ficum in fastigio aedis eruendam, arbor illa debebat primo de fastigio tolli indeque deferri, deinde commoli, denique adoleri sive comburi: tribus igitur actibus cum consisteret opus, cuius inchoandi vel perfecti causa piaculum factum est, tribus nominibus appellabatur dea, quam praesidere operi putabant. Anno contra 224, cum arbores fulmine attactae caedendae modo et cremandae essent, ab his duobus actibus operis faciendi quae ei praesidebat dea duobus nominibus nuncupabatur. Actio autem commolendi cum in actis anni 224 verbo indicetur coinquendi, dea quoque pro Commolenda, ut in actis anni 183 nominatur, in his Coinquenda vocatur. Ceterum apud omnes satis constat ex pontificum doctrina, ut Servius (*ad Aen.* 2, 141) scribit, *singulis actibus proprios deos praeesse, certos deos* a Varrone appellatos, alioque loco (*Georg.* 1, 21) idem sic tradit: *nomina haec numinum in indigita-*

mentis inveniuntur, i. e. in libris pontificalibus, qui et nomina deorum et rationes ipsorum continent: quae etiam Varro dicit. Nam, ut supra diximus, nomina numinibus ex officiis imposita. Verbi causa, ut ab occatione, deus Occator dicatur, a sarritione deus Sarritor cet. Cf. Marquardt *R. A.* 4 p. 7 seqq.; Preller *R. Myth.* p. 572 seqq. ed. 1. — Numinibus singulis hucusque enumeratis quod binis victimis immolabatur nescio quo modo explicandum sit: hoc certe constat altero quoque die sacri deae Diae, cum immolabatur luci coinquiendi causa, duabus porcis piacularibus sacrificatum esse, ut numerus binarius victimarum in piaculis maioribus fuerit sollemnis. In caerimoniis ceteris duae victimae non solebant immolari nisi cum pro salute duorum imperatorum simul sacrificabatur.

Absoluto deorum dearumque ordine acta continuantur sic:

224 Genio d(omini) n(ostri) Severi Alexandri Aug(usti) t(aurum) a(uratum). [1])

[1]) *Genius imperatoris om.* 183 218.

Genio imperatoris semper immolabatur tauro: cum autem ei sacrificetur ante Caesareum, in eo una cum imperatoribus consecratis apparet Genium Augusti imperantis cultum esse. Quamquam non semper simul iis immolatum esse acta ostendunt annorum 183 et 218.

183 Divis n(umero) XVI verbec(es) n(umero) XVI.

[218] 224 Divis n(umero) XX verbec(es) XX. [1])

[1]) n(umero) XX 218

Divi sunt imperatores consecrati, eorumque sedecim anno 183, viginti annis 218 et 224 ab Arvalibus colebantur. Quem numerum ita explicat Marinius (p. 387), ut praeter imperatores consecratos solae coniuges eorum eo comprehensae fuerint, exclusis sororibus eorum et filiabus. Consecrati autem re vera sunt hi, ex quibus asterisco notavi eos, qui ab Arvalibus non coluntur:

1 Caesar Augustus a. 14.

2 Iulia Augusta sive Livia a Claudio Augusto: Suet. *Claud.* 11; Dio 60, 5; cf. nummi et inscriptiones.

3* Drusilla Germanici filia a C. Caesare fratre a. 38: Dio 59, 11 13: Sueton. *Cal.* 24; cf. acta a. 38; Or. 673[b] 674 5389; et de nummis Eckhel d. n. 6, 231 et Borghesius dec. 14, 2, opp. 2, 139.

4 Claudius Augustus.

5* Claudia Augusta Neronis filia ex Poppaea a. 63: Tac. *Ann.* 15, 23; cf. acta a. 66 et supra ad sacrum ob Augustalia factum p. 50.

6 Poppaea Augusta Neronis exeunte fere anno 65 (*Relazione* p. 21); cf. Or. 731 et supra ad sacrum ob Augustalia factum p. 50.

7 Vespasianus Augustus.

8 T. Caesar Augustus: Suet. *Dom.* 10.

9* Iulia Augusta Titi Caesaris filia, quam ineunte saltem anno 87 in vivis fuisse acta ostendunt: cf. nummi l. c. p. 366.

10 Nerva.

11* Traianus pater imperatoris: *C. I. L.* 3, 5807; cf. Eckhel l. c. p. 433

et Mommsen *zwei Sepulcralreden in Abhandl. der Akad. der Wissenschaften zu Berlin* 1863 p. 487.

12* Marciana Augusta soror Traiani Aug. inter a. 112 et 114: Or. 792; cf. Eckhel l. c. p. 468 et Mommsen l. c. p. 486.

13 Traianus Augustus.

14* Matidia Augusta socrus Hadriani a. 119: acta a. 120; cf. Cohen 2 p. 166 n. 543 et Eckhel l. c. p. 472.

15 Plotina Traiani: Or. 797 3744 3774; cf. Eckhel l. c. p. 466.

16 Hadrianus Augustus.

17 Sabina Hadriani: non constat, utrum a marito, an ab Antonino Pio consecrata sit; cf. Eckhel l. c. p. 522.

18 Faustina Antonini P.i a. 141: Capitol. *Anton. P.* 6; cf. Eckhel l. c. 7, 37.

19 Antoninus Pius.

20 L. Verus.

21 Faustina Marci.

22 M. Aurelius Philosophus.

23 Commodus.

24 Pertinax.

25 L. Septimius Severus.

26 M. Aurelius Antoninus Severi filius. [1]

[1]) Addit Marinius p. 387 et 825 Iuliam Domnam et Getam, sed cf. Eckhel 7, 197 et 234.

Ex hoc numero deductis iis quos asterisco notavimus divis sex manent divi viginti ab Arvalibus culti; anno autem 183, cum nondum consecrati essent Commodus et qui ei successerunt, recte colebantur divi sedecim. Nec miraberis omissum esse nomen Divi Iulii, cum nunquam eius meminerint acta Arvalium ad cultum gentis Iuliae pertinentia, primusque qui inter Divos commemoretur Divus Augustus sit.

Nota singulos divos nulla sexus ratione habita singulis vervecibus honoratos esse, quamquam deabus victimis feminis immolari solebat.

De piaculo operis perfecti acta concepta sunt sic:

183 — *respondent omnino verbis actorum operis inchoandi.*

[218] — [collegium fratrum Arvalium f]ecit similiter q(uod) s(upra) f(actum) e(st) per eundem *illum* promagistrum.

224 — lustrum missum suovetaurilib(us) maioribus et cetera q(uae) s(upra). adfuerunt *illi.*

Nota anno 224 piaculo operis perfecti a magistro facto quattuor Arvales adfuisse, cum cetera quorum acta supersunt piacula praesentibus tantum publicis aliisve inferioris ordinis ministris facta sint.

D. COOPTATIO FRATRUM ARVALIUM.

1. Annus et dies.

Annus et dies nisi lapide fracto nusquam deficiunt primoque semper loco adscribuntur. Mentiones autem cooptationum supersunt ex annis his ad diesque pertinent hosce:

14 [is]dem co(n)s(ulibus) [1]) pridie eidus Maias.

[isdem consul]i[b]us [1]) XVIII k(alendas) Ianuarias.

[1]) *consules fuerunt Sex. Pompeius et Sex. Appuleius qui per totum annum fasces gesserunt.*

21 Mam(erco) Aem[ilio Scauro], Cn. Trem[ellio co(n)s(ulibus)] III k(alendas) Iun(ias).

38 [eodem]que die (*sc.* a. d. VIIII kalendas Iunias). [1])

[1]) *consulum nota ab initio semel posita postea non repetitur.*

43 *fracto lapide perierunt et consulum et diei notae.*

69 isdem co(n)s(ulibus) [1]) IIII k(alendas) Ma[rtias].

[1]) *consules fuerunt imp. M. Otho Caesar Augustus et L. Salvius Otho Titianus.*

78 isdem co(n)s(ulibus) [1]) k(alendis) Mart(iis).

[1]) *consules sunt L. Ceionius Commodus et D. Novius Priscus.*

81 isdem co(n)s(ulibus) [1]) III k(alendas) N(ovembres).

[1]) *consules sunt M Petronius Umbrinus et L. Carminius Lusitanicus. Fragmentum referendum esse putavi ad cooptationem quandam propter locum, quo conveniunt Arvales.*

86 isdem co(n)s(ulibus) [1]) IIII k(alendas) Martias.

[1]) *consules sunt Domitianus XII, Sex. Cornelius Dolabella.*

91 *fracto lapide annus et dies deficiunt.*

118*a* isdem co(n)s(ulibus) [1]) IIII k(alendas) Mart(ias).

[1]) *consules fuerunt Hadrianus Aug. II, Cn. Pedanius Fuscus Salinator.*

[118*b*] *fracto lapide periit nota consulatus nec restant ex nota diei nisi litterae* [A]ug(ustas).

[118c]	*anni et diei indicutio tota periit.*
120	isdem co(n)s(ulibus) [1]) VII idus Febr(uarias).
	[1]) *consules sunt L. Catilius Severus II, T. Aurelius Fulvus.*
186 218	*fracto lapide notae anni et diei deficiunt, sed anno 218 paullo ante idus Iulias cooptatio Elagabali facta sit necesse est; cf. ad acta eius anni.*

Exemplis his collatis id constat diem certum ad cooptandos collegas non fuisse destinatum.

---

2. Locus.

Locus, cum non semper in eundem Arvales convenirent, omitti non potuit: constanter autem notatur post diem. Convenire solebant Arvales locis his:

14 *bis*	in regia.
21 43 118*b*	*fracto lapide deficit.*
38	in aede Iovis statoris.
69	in aede divi Iuli.
78 [81]	in aede Concordiae. [1])
	[1]) . . . . . . Concordiae 81: *potest igitur fuisse etiam* in aedem *cet. Verba enim quae in actis posterioribus sunt* in pronao aedis *cet., hiatus non admittit.*
86	in aedem Concordiae.
[91] 118*a* 120 [186]	in pronao aedis Concordiae. [1])
	[1]) . . . . . dis Concordiae 91, in prona . . . . 186. — *fracto lapide periit* 118*b c.*
218	ante p[ronaum a]edis Concord(iae).

Ad cooptandos igitur collegas solebant convenire Arvales primo *in regiam, in aedem Iovis statoris, in aedem divi Iulii,* postea ab anno certe 78 *in aedem Concordiae,* denique *in pronaum aedis* eiusdem, qui anno 91 primum commemoratur, vel *ante* id, ut in actis a. 218 scriptum est. Pronaum aedis Concordiae circa a. 87 aedificatum esse inde probabile, quod eo anno primum in actis indictionis Ambarvalium commemoratur (p. 5), nec obstant quae in actis cooptationum legimus. De regia aedibusque Iovis statoris ac divi Iulii cf. Becker *Topogr.* p. 223 seq. 112 seq. 335 seq.

---

3. Cooptationis ratio.

Demortuo collega temporibus certe antiquioribus magister sive quis promagistro fratrum Arvalium erat, ad collegium debebat referre de novo collega cooptando: cuius rei in actis unum extat exemplum sic conceptum:

[21] quod *ille* [mag(ister) fratrum] Arvalium [ad fratres Arvales ret]tulit in [locum *illius*] demortui [*illum* fratribus Arval]ibus ad sa[cra deae Diae (?) vocari oport]ere. [1])

[1]) *sequitur in actis verbum* soli, *quod si recte descriptum est, nescio quomodo explicandum sit.*

Ipsius cooptationis acta concepta sunt sic:

14 bis *ille* mag(ister) in locum *illius illum* fratrem Arvalem [1]) cooptavit et ad sacra vocavit.

[1]) in locum *illius illum* et in locum *illius illum* fratres Arvales 14*b*.

[38] [magister (*aut* promagister) ex tabella] *imperatoris illius* in locum *illius illum* et in locum *illius* [*illum* et in locum] *illius illum* fr[atres Arvales cooptavit]. [1])

[1]) *verba sollemnia quae sunt* et ad sacra vocavit *omissa videntur fuisse.*

[43] *aliter concepta erant acta a. 43, e quibus non supersunt nisi verba* . . . . . . et col . . . . [c]ooptati[onem], *post cooptationem autem cenasse Arvales litterae* et cena *significant.*

69 [81] astantibus fratrib(us) Arval(ibus) [1]) cooptat(us) est in locum *illius ille* mag(isterio) *illius* [pro]mag(istro) *illo*.

[1]) ad[stan]tibus fratribus Arvalibus *deperditis iis quae sequebantur, quae quin similiter concepta fuerint dubium non est* 81.

78 adstantibus fratribus Arvalibus ex tabella imp(eratoris) *illius* miss[a] *illum* in locum *illius* demortui cooptamus. [1])

[1]) *confunditur formula cum relatione cooptationis.*

86 ad cooptan[d]um *illum* in locum *illius.* [1])

[1]) *nescio an errore vel brevitatis causa omissa sint verba* fratres Arvales convenerunt *vel similia; quod si minus placet, possunt etiam coniungi verba* ad cooptandum *cet. cum verbis quae sunt* in collegio adfuerunt.

91 collegium fr[atrum Arvalium convenerunt ibi]que cooptarunt fratrem Ar[valem *illum*] in locum *illius*.

118*a c* 120 [186? 221? ALEX. D?] habita sollemni precatione per [1]) *illum* mag(istrum) in locum *illius* ex litteris imp(eratoris) *illius* fratrem Arvalem cooptarunt [2]) et ad sacra vocaverunt.

[1]) . . . . ecat . . . e p . r 118*b*, *ubi fracto lapide interciderunt quae sequuntur: deinde superest* . . . . . eris imp.

[2]) cooptaverunt 118*b*. — *Similiter, quamquam brevius, videntur concepta fuisse acta a.* 186, *ex quibus paucae reliquiae supersunt; item fortasse a.* 221 *et* ALEX. D.

[118*b*] [fratres Arvales convenerunt] ad cooptandum [*illum* in locum] *illius* [1]) [eumque] ad sacra v[ocaverunt].

[1]) *sc.* [imp(eratorem) Ca]esarem H[adrianum Aug]ustum) in locum imp(eratoris) Caesaris Tr]aiani Parthici p[atris] p(atriae).

218 fratr(es) Arval(es) convener(unt) ad cooptand(um) *illum.* [1])

[1]) *sc.* imp(eratorem) Caes(arem) M. Aurellium Antonin[um pium] fel(icem) Aug(ustum) p(ontificem) m(aximum) tr(ibunicia) pot(estate) co(n)s(ulem) p(atrem) p(atriae) proco(n)s(ulem). — *Similiter concepta erant acta a.* 193, *ex quibus non remanent nisi verba* audu[m] imp. Ca[es. P. Helviu]m Pertinacem [Aug. trib. pot. cos.] II p. [m. *cet.* co]nvenerunt.

In actis a. 118 et 120, item, ut videtur, a. 43, ad formulam cooptationis adnectuntur haec:

[118] 120 ibique tabulae apertae signo signatae quod exprimit caput [1]) Augusti, [2]) in quibus scriptum fuit: imp(erator) Caesar Traianus Hadrianus Aug(ustus) fratribus Arvalibus collegis suis salutem. in locum *illius* collegam nobis mea sententia coopto *illum.*

Acta a. 118*a minus integra sunt, sed quae superant satis significant eodem modo litteras conceptas fuisse: ex actis* 118*b non remanet nisi verbum* ibiqu[e]. — *Ex iis quae varie leguntur nota haec:*

[1]) kaput 118*a*.

[2]) Aug(usti) 120.

Magis differunt acta a. 118*c* ex parte saltem aeque mutila, in quibus exaratum est sic:

[ibique] t[abulae aperta]e signo signatae quod [e]xprimit Marsy[am et Olympum] su[ringe ca]nentes, in quibus sc[riptu]m fuit: imp(erator) Caes(ar) N[erv]a Traianus op[timus Aug(ustus) Germ(anicus) Dac(icus) Parth(icus) *et reliqua ut supra, nisi quod verbum* collegam *propter angustiam hiatus non potest positum fuisse ante verbum* nobis, *sed transferendum videtur esse post* sententia.

[43] *De actis a. 43 valde mutilis minus certum iudicium est: exiguae tamen quae ex iis supersunt reliquiae videntur restituendae esse fere sic:* [tabulae apertae quibus scriptum fuit (*vel similiter*): Ti. Claudius Caesar August]us Germanic[us p. p. fratribus Arvalibus collegis] suis [salutem. in locum *illius*] *illum* [nobis mea sententia fratrem Arv]alem collegam [coopto.]

Denique quae in actis a. 118 et 120 commemoratur sollemnis precatio cooptationis in actis a. 218 ante enarrationem praescribitur sic:

[pr]ecatio cooptationis: quod b(onum) f(austum) felix fortu[natum]q(ue) sit imp(eratori) *illi* [1]) tot[i]que domo divin(ae), [2]) senatui populoq(ue) Rom(ano) Quiritib(us), fratr(ibus) Arval(ibus), parentib(us), liberis coniugibusque nostris, fratrem Arvalem [ex s. c.?] *illum* [3]) collegam nobis cooptamus fel(iciter).

1) *in actis a.* 218 *legitur sic:* imp(eratori) Caes(ari) divi Mag(ni) Antonini fil(io) divi Severi nep(oti) M. Aurellio Antonino pio felici Aug(usto) p(ontifici) m(aximo) tr(ibunicia) pot(estate) co(n)s(uli) p(atri) p(atriae) proco(n)s(uli) et Iuliae Maesae Aug(ustae) aviae Aug(usti) n(ostri).

2) domo divin(ae) eorum *ibd.*

3) imp(eratorem) Caes(arem) M. Aure[llium A]ntoninum pium felicem Aug(ustum).

De cooptatione sacerdotum qui post Mercklinium (*die Cooptation der Römer* 1848 p. 131 seqq.) diligenter nuper disseruit Albertus Gemoll (Berolini 1870) Borghesium (*mem. dell' Inst.* 1 p. 272 seqq., 292 seqq., opp. 3 p. 409 seqq., 428 seqq.) secutus, facultatem privatos sacerdotiis ornandi penes imperatorem fuisse statuit, senatum neminem nisi ipsum principem filiosque eius sacerdotes facere potuisse. In fastis enim sacerdotalibus qui inveniantur creati *ex s. c.*, aut imperatores esse aut ex domo eorum; qui inveniantur cooptati *ex litteris tabellave* imperatoris, omnes esse privatos: ubi autem in privatis id non adscribatur, ibi indicationem electionis ab imperatore factae omissam esse neglegentia sive eius qui acta concepit sive quadratarii (p. 17). Id nescio num recte ille statuerit, cum mentio litterarum principis tot locis desit, ut de casu neglegentiave vix recte cogitetur. In fastis sacerdotum qui in aedem Iovis propugnatoris convenerunt (Henzen 6057 6058), semel invenimus adiectam formulam quae est *ex litteris* imperatoris, cum ad nomina principum verba *ex s. c.* semper videantur adscripta fuisse. Item in Arvalium cooptationibus annis 38 43 78 118 120 imperatorum litterae commemorantur, non commemorantur anno 14 (bis) annisque 69 86 91; denique a. 218 in cooptatione Elagabali formula *ex s. c.* intercidisse potest in hiatu qui est inter verba *fratrem Arvalem* nomenque imperatoris quod sequitur. Nec magis in actorum cooptationis Hadriani Augusti (a. 118) exiguis quae supersunt reliquiis diiudicari potest utrum formula illa addita fuerit, necne. Sane formulam quae est *ex s. c.* in principe cooptando omissam esse nullo exemplo certo et indubitato comprobatur; contra in privatis mentio tabellarum modo additur modo omittitur. Equidem crediderim ex litteris imperatoris creatos non esse nisi eos, quibus formula illa adscripta est, ceteros collegiorum arbitrio factos neque iure sacerdotes eligendi semper imperatores usos esse. Immo ut magistratus alii candidati erant principum, alii sine horum suffragatione eligebantur, ita sacerdotes quoque alii videntur esse ab imperatore electi, alii a collegiis, principes autem omnes ex senatus consulto sacerdotio honorati. [Scilicet cum senatus imperatorem creans ei *cuncta principibus solita,* ut ait Tacitus hist. 4, 3, decernit, etiam collegia maiora iubet imperatorem eum cooptare; eaque senatus consulta hic intelleguntur TH. M.]. Cf. Marquardt *R. A.* 2, 3 p. 208 de eaque re uberius disserens Mercklinius *Coopt.* p. 159 seq. De variata secundum aetatem ratione sacerdotes eligendi cf. quae ad comitia sacerdotiorum exposui p. 67.— In acta a. 118 quae relata est cooptatio altera,

eam nota factam esse ex litteris Traiani vita iam functi: ut appareat litteras a Traiano ante mortem missas anno demum insequenti in urbem allatas esse. Nominationem et renuntiationem sollemnis cooptatio secuta est, qua perfectam et absolutam esse creationem inde patet, quod sacerdotes cooptandi haud raro inter eos recensentur, qui cooptationi adfuerunt; cf. caput quod sequitur de iis qui adfuerunt p. 156.

Cum cooptatione coniuncta erat caerimonia vocandi ad sacra, quam cum Marinio (*Arv.* p. XIV) et Marquardtio (*R. A.* 4 p. 409) inaugurationem equidem fuisse credidi (*Relaz.* p. IV et 66), Gemollius (p. 23) ipsam cooptationem ita perfici statuit, ut novus sacerdos ad sacra vocetur. De qua re uter verum invenerit aliis diiudicandum relinquo. Sed cum ne Gemollius quidem neget sacerdotes inaugurari oportuisse (p. 22), non perspicio, quo modo statim ex cooptatione sacris adesse potuerit novus Arvalis nisi rite iam inauguratus.

Cooptationem nota temporibus antiquioribus dici a magistro vel promagistro nomine collegii factam esse (a. 14 38); postea adstantibus fratribus collegae dicuntur cooptati esse (a. 69 78 81), neque tamen additur, a quo id factum sit; ab anno inde 86 collegio ipsi cooptatio tribuitur. — Sollemnis precatio, quae ante cooptationem facta esse dicitur in actis 118 et 120, nihil aliud videtur fuisse nisi quae in actis a. 218 perscripta est formula consueta *quod bonum faustum* cet.

Cooptationem videtur secuta esse cena, quae una cum illa commemoratur in actis a. 43, in quibus sunt haec:

. . . . et col[legam . . . .
. . . . post c]ooptati[onem (?) . . . .
. . . . res et cena[verunt (?) . . . . .

Litterae, quibus imperatores novum collegam commendabant, anulo signatae erant ipsius principis. De anulis autem imperatorum tradita accepimus haec. Narrat Plinius (*n. h.* 37, 10): *divos Augustus inter initia sphinge signavit. duas in matris anulis eas indiscretae similitudinis invenerat: altera per bella civilia absente ipso amici signavere epistulas et edicta, quae ratio temporum nomine eius reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, aenigmata adferre eam sphingem. quippe etiam Maecenatis rana per conlationes pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea ad evitanda convicia sphingis Alexandri Magni imagine signavit.* Posterioribus tamen temporibus Caesar Augustus imagine sua signare consueverat: scribit enim Suetonius (*Aug.* 50): *in diplomatibus libellisque et epistulis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, novissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insecuti quoque principes perseverant;* item Dio (51,3): *διπλῆν γὰρ δὴ σφραγῖδα, ᾗ μάλιστα τότε ἐχρῆτο, ἐπεποίητο, Σφίγγα ἐν ἑκατέρῳ ὁμοίαν ἐνεγλύψας. ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἐγγλύψας ἐκείνῃ τὰ πάντα ἐσημαίνετο. καὶ αὐτῇ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες πλὴν Γάλβου ἐχρήσαντο. οὗτος γὰρ προγονικῷ τινι σφραγίσματι κύνα ἐκ πρῴρας νεὼς προκύπτοντα ἔχοντι ἐνόμισεν.* Caput igitur Augusti, quo in actis Arvalium legimus signatas fuisse imperatorum epistulas, imaginem fuisse constat Caesaris Augusti, qui quod divus Augustus non dicitur, id nescio an inde explicandum sit, quod Caesar vivus repraesentatus fuerit. Quod autem posteriores etiam principes capite Augusti signasse dicuntur, id confirmant acta

Arvalium, in quibus epistulae imperatorum Traiani et Hadriani (a. 101 118 120) capite Augusti signatae fuisse dicuntur. Minus tamen accurate refert Dio (l. c.), cum alio signo solum usum esse Galbam scribit: nam Traianus, quem anno 101 capite Augusti diximus signasse, litteras quae post mortem eius Romam allatae sunt signo quodam signaverat quod exprimebat Marsyam et Olympum suringe canentes: itaque non eodem semper signaculo Traianus usus est. — De Marsya a Romanis confuso cum Pane et syringe illi interdum loco tibiarum tributa cf. Stephani *Compte rendu pour l'année* 1862 p. 99, 3.

---

4. Praesentes.

Nomina eorum qui adfuerint in fine adscripta sunt tum quoque, cum praecedunt verba *adstantibus fratribus Arvalibus* (a. 69 78 81); hoc enim loco nomina eorum non recensentur. Indicantur praescriptis verbis hisce:

14 21 38	adfuerunt *illi*.
69 78 86	in collegio adfuerunt *illi*.
91 118*a c* 120	adfuerunt in collegio *illi*.
218	adfuerunt *illi* ibique adclamantes f[e]li[c]ia [dix]erunt.

Temporibus antiquioribus si qui fratres Arvales cum ceteris ad cooptandum convenire non poterant, absentibus etiam per tabellas cooptare licebat: in actis enim scriptum est post nomina eorum qui adfuerunt

14 *pridie eidus Maias*	per tabellas cooptarunt *illi*.
14 *XVIII k(alendas) Ian.*	per tabellas cooptavit *ille*.

Hanc tamen cooptationem per tabellas caveas eiusdem generis esse credas atque qua posteriore aetate imperatores collegis novos fratres designare solebant, quod coniecit Gemollius (l. c. p. 21). Nam etiamsi in exemplo altero solus Ti. Caesar dicitur per tabellas cooptasse, in altero tamen praeter Caesarem Augustum, Ti. Caesarem, Germanicum Caesarem Paullus quoque Fabius Maximus commemoratur; videtur igitur etiam privatis tum licuisse per tabellas cooptare, nec maiorem vim habuisse tabellae missae quam suffragia coram data.

Collatis elenchis eorum qui adfuerunt cum ipsis cooptationum actis, eos qui cooptabantur interdum iam ipsi cooptationi interfuisse constat; ut C. Salvius Liberalis Nonius Bassus, qui anno 78 in collegium cooptatus est, inter eos qui adfuerint recensetur; item a. 120 P. Manlius Carbo. Notandum autem nominatos eos esse loco ultimo. — Iis e contrario qui absentes cooptabantur, per publicum a commentariis Arvales cooptationis nuntium misisse inde fortasse aliquis concluserit, quod in actis anni 218, quibus de cooptatione Elagabali agitur, post nomina fratrum qui adfuerunt et commemorationem adclamationis leguntur haec:

detulit Primus Corne[lianus pub]l(icus) [a c]omm(entariis) fratr(um) Arv(alium).

At formula eadem bis videtur scripta fuisse etiam in actis anni 214, in quibus post nomina eorum qui adfuerunt, idem commemoratur Primus Cornelianus publicus a commentariis. Ibi autem cum acta descripta sint sacrificiorum, si recte conieci eandem formulam ibi reponendam esse, verbum deferendi usurpatum sit necesse est de referendo in acta, ut quasi testis loco nomen commemoraretur eius, qui acta concepisset.

E. ADLECTIO ET SUBSTITUTIO PUBLICORUM.

De publicis fratrum Arvalium cf. Exordium p. VII seq. Eos adlectos esse a sacerdotibus, commendatos ab imperatore acta ostendunt anni 118.

1. Annus et dies.

Annus et dies nisi lapide fracto nusquam deficiunt. Servata autem sunt acta haec ex annis hisce:

87 isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) Febr(uaris).

[101] *deficiunt consulum et diei notae: sequitur* magisterio *illius.*

[118] [isdem co(n)s(ulibus . . . . Se]pt(embres).

[155] . . . . Severo, L. Iulio Severo co(n)s(ulibus) III idus Decembr(es).

2. Locus.

Locus non commemoratur: qui cum in conventibus Arvalium enarrandis nunquam omittatur, ob adlegendos publicos collegium videtur non convenisse.

3. Ratio adlegendi.

87 adlectus *ille* publicus loco *illius* ad fratres Arvales.

[101] *ille* [publicus loco] *illius* [ad fratres Arvales adlectu]s est. [1])

[1]) *de adlegendo publico agi ostendit nomen hominis Graecanicum ac servile; cf. etiam fragmenta incerta p.* 167.

[118] [allectus ad fratres Arvales in loc]um *illius* publici [fratr(um) Arval(ium) ex litteris imp(eratoris)] Caes(aris) n(ostri) *ille* publicus.

Cum adlectione publicorum substitutionem eorum coniunxi, quam pro tempore tum credo factam esse, cum publicus ex collegio exisset in eiusque locum alius nondum adlectus esset: unde id quoque explicatur, quod cum adlectio ex litteris imperatoris fieret, substitutio ad magistrum vel promagistrum pertinebat. Quod si minus placet, etiam adlectionem publicorum putandum est tam ab imperatore quam a magistro fieri potuisse. Substitutionis exemplum acta praebent hoc:

[155] [in locum] *illius* publici promoti ad tabulas quaestorias transcribendas substitu[tu]s est *ille* publicus ex litteris *illius* (pro)magistri.

F. SUBSTITUTIO CALATORUM.

De calatoribus Arvalium cf. Exordium p. VII seq. Calatores singulos vidimus nominatos esse a sacerdotibus singulis, quibus praesto essent, ut defunctis patronis illorum cessaret officium. Ob introitum autem inferre debebant in arcam collegii ea condicione, ut si calatori mortuo aliamve ob causam alius substitueretur, successor denuo ne inferret: calator enim pro accessione tantum sacerdotis habebatur. Cuius rei testimonium acta praebent hoc:

[120] ibique cum aditi essent fratres Arvales a Bittio Callistrato nomine Bitti Thalli calatoris Bitti Proculi [petente] [1]) ut ei ob introitum redderetur, quaereretur que an legitimi calatoris loco habendus esset, qui [in numero calator]um sine introitu fuerat, placuit, cum calator accessio sit sacerdotis, semel ob [int]roitum inferri [debere, licet alius ca]lator ab eodem sacerdote substitueretur.

[1]) *sic restituit Mommsenus Staatsrecht* 1, 283; petentis *minus recte idem in Relazione p.* 70, *cf.* 71.

Bittius Proculus, cum in collegium cooptatus esset, calatorem fecerat libertum Bittium Thallum, qui ob introitum, ut fas erat, in arcam intulerat; mox Thallo substituerat libertum alium, qui non intulit. Thallus autem cum defuncto Proculo (cf. a. 120 v. 21 seqq.) ex officio exiret, postulavit a collegio per Bittium Callistratum conlibertum ut summa, quam ob introitum intulerat ei restitueretur ab eoque impenderetur qui sibi substitutus esset. Collegio tamen placuit semel ob introitum inferri debere, calatorem igitur substitutum pro legitimo habendum esse, etiamsi non intulisset. Cf. Mommsen *Staatsrecht* l. c. qui diverse explicaverat in *Relazione* p. 71.

G. MAGISTRI FLAMINESQUE SUFFECTI.

Magister et flamen annui die altero sacri Arvalium a Saturnalibus primis in Saturnalia secunda a fratribus nominari solebant (cf. acta diei secundi sacri deae Diae p. 34): fieri autem poterat, ut demortuo vel magistro vel flamini, antequam annus exisset, alius sufficiendus esset: cuius rei in actis exempla supersunt haec:

78 mag(isterio) *illius*, in cu[iu]s locum successit, obiit magisterium eodem anno isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) *illis ille.*

[ALEX. B] . . . non(is? as?) Mai(is? as?) [fratres Arvales ante pro]naum [aedis Concordiae convenerunt et *illum* magistr]um annuum [in locum *illius* demortui nominaver]unt. *ille* [magister . . . .] diem sacris indixit [1]) *cet.*

[1]) *Supplementa parum certa sunt.*

Videtur autem, cum magister vita functus esset, flamen flaminatu se abdicasse, in eiusque locum non liquet utrum novus magister an fratres successorem nominaverint. In actis enim a. 78 sequuntur haec:

78 isdem co(n)s(ulibus) V id(us) Mart(ias) in aede Concordiae mag(ister) *ille* cooptatus in locum *illius* collegi(um) fratrum Arvalium convocavit flam[inemque nominavit [1])] *illum.*

[1]) *aut* nominarunt, *sc. fratres Arvales.*

Sequuntur nomina eorum qui adfuerunt, praescriptis verbis

in collegio adfuerunt *illi.*

Item poterat evenire, ut valetudine impeditus in collegio adesse non posset vel magister vel flamen, nec praesto esset promagister vel proflamen: quod si factum erat, novus pariter sufficiendus erat vel magister vel flamen, eiusque rei exemplum videntur exhibere acta a. 21, quamquam fracto lapide pauca in iis certo restitui possunt:

21 [quod *ille* magister fratrum Arva]lium ad [fratres Arvales rettulit] *illum* [flaminem fratrum Arvalium?] qui valet[udine impeditus erat, ad]esse non [posse ad sacra facien]da d[e]ae Di[ae *illis diebus*], in eius lo[cum *ille*] su[ffectus est. adfuerunt *illi*.

Similiter videntur intellegenda esse frustula duo actorum a. 66, quibus legitur sic:

. . . . . . uit *illi,* . . . . . . in Capitolio ob laurum *cet.* et

. . . . . . t *illi,* . . . . Capitolio ob supplicationes *cet.*

quae restitui possunt fere sic:

[collegium fratrum Arvalium manda]vit *illi* [ut vice promagistri *illius* collegii fratrum Arvalium nomine immolaret] in Capitolio *cet.*

Cf. ad sacrificia propter causas singulares extra ordinem facta p. 83.

H. FRAGMENTA VARIA ET INCERTA.

[27] [. . . . . . . *ille* promag(ister) statua]m (?) cum titulo et columella . . . . ponendam curavit in [luco deae Diae (?) cum inscriptio]ne quae infra est: [pro s]alute [Ti. Caesaris divi Augusti f. Augusti pon]tificis maximi tribunicia [potestate co(n)s(ulis) p(atris) p(atriae) et Iuliae August]ae matris eius, anni . . . . magis[terio] quart(o).

In extremo fragmento cum commemoretur magisterium quartum Caesaris, ut videtur, initio promagistri mentionem credidi inserendam esse.

[27] . . . . [v]oto suscepto . . . . posivitque . . . .

De hoc fragmento nihil constat nisi post diem XIIII kalendas Iunias factum esse sacrum, de quo agitur.

[34] [L. Vitellio, Fabio P]ersico co(n)s(ulibus) [. . . . . mag(istro) fratru]m Arv(alium) (iterum). K(alendis) Ian(uariis) . . . . coll . . . .

Kalendis Ianuariis vota fieri solebant ob consulatus imperatorum, si quidem eo anno princeps fasces gerebat. Anno autem 34 Tiberius consulatu

cum functus non sit, cogitavi de votis kalendis Ianuariis pro ipsa re publica susceptis (cf. commentarius de votis annuis pro salute imperatorum conceptis p. 90), sed eorum in Arvalium actis vestigium extat nullum. Ceterum fragmentum potest referri etiam ad sacrum quoddam, ad quod *coll(egas)* convocaverit magister vel promagister: cf. TIB. B id. Ian. et X kal. Febr.

---

[38] [eodem die ob consecrationem Drusillae] in templo
divi Augusti novo [. . . . .
colle]gium fratrum [Arvalium . . . .
. . . .] i subsequi [. . . . . div]ae
Drusillae [. . . . .]m.

Praecedit sacri ob natalem Divi Augusti facti dies prior. Arvales autem cum duobus diebus eum celebrarint, nec in hoc certe capite eius sacri mentio fiat, *eodem die* posui factum esse sacrum, quo de agitur. De quo nihil certi potest affirmari nisi quod verba *in templo divi Augusti novo* ad familiam Augustam caerimoniam videntur referre; cum autem divae Drusillae nomen paullo post commemoretur, de huius cogitavi consecratione; cf. Dio 59, 11.

---

[43] |XVI · K · IVN · II|
|O |

Fragmentum, cum nec praecedant nec sequantur dierum notae, dubitari potest utrum ad ipsum sacrum deae Diae mense Maio factum, an ad indictionem eius referendum sit. Mihi tamen videtur ad indictionem pertinere, cum in acta certe nobis servata sacrum diei primi anno 81 primum relatum sit, ut non credibile sit commemoratum esse in actis a. 43: praeterea litera O in v. 2 sola superstes ad acta indictionis optime convenit. Restituendum igitur fragmentum puto fere sic:

[sacrificium indixit deae Diae *ille* (pro)magister in]
XVI k(alendas) Iun(ias) i[n domo, XIIII k(alendas)
Iun(ias) in luco et in domo, XIII k(alendas) Iun(ias) in dom]o.

---

[43] [tabell]ae allatae ut [. . . . .
in te]mplo novo di[vi Augusti . . . .
. . . . .] eodem die [. . . . .
. . . . . . tabella]m recita[verunt . . . .

. . . . . Ti. Claudius Caesar Augustus Ge]rman[icus . . . .] i. f. fr[ater Arvalis (?) . . . .

Frustulum nimis exiguum quam quod restitui possit. Pertinet autem ad epistulam quandam ab imperatore missam, quae non liquet num ad cooptationem referenda sit.

[CLAVD. B] [*ille* (pro)magister collegii fratrum Arvalium nomine in Capitolio pro salute (?) Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem marem, Iunoni vaccam], Minervae vaccam, [Saluti publicae (?) vaccam,] divo Augusto bovem [marem, divae Augustae vaccam,] in templo Concordiae [. . . . .] item in Palatio divo Augusto [bovem marem, divae Augustae vaccam,] ad aram Providen[tiae vaccam, ... vac]cam immolav[it. adfuerunt *illi*.

Imperio Claudii fragmentum tribuendum esse indicant et forma litterarum et mentio divae Augustae omissumque nomen divi Claudii. Neque tamen constat, utrum pro salute imperatoris, an propter aliam quandam causam sacrum factum sit. Cum autem divo Augusto et divae Augustae immolatum sit bis, in Capitolio et in Palatio sive in templo novo, ad imperatorem pertinere sacrum probabile est. In templo Concordiae sacrificium factum esse in his solis actis legitur, quamquam Concordiae immolatum esse acta aetatis Neronianae tradunt: cf. de sacris ob natales principum factis p. 57. Ad aram Providentiae immolatum est a. 38 et ob detecta, ut videtur, nefariorum consilia a. 66; praeterea Providentiae deorum in Capitolio sacrificatur a. 183 pro salute Commodi Augusti.

CLAVD. E [ite]m in . . . . [Iovi b(ovem)] m(arem), Iuno[ni vaccam, Minervae vaccam . . . . o]b consula[tum . . . . ante t]emplum no[vom . . . .

Cf. comment. de sacro annuo ob comitia consularia Neronis facto p. 66 et sacrificia ob introitum consulatus principis p. 70.

---

[58] [. . . . . Iovi b(ovem)] mar(em), Iu[noni vaccam] *cet.*

Videtur coniunctum esse sacrificium cum caerimonia quae praecedit, in luco deae Diae facta piaculi causa.

---

[66] [praeeunte L. Salvi]o O[thone Titiano Iovi b(ovem) m(arem) *cet.* . . . . . Genio p(opuli) R(omani) ta]urum [1]). [in collegio adfuerunt] *illi.*

[1]) *vel* Genio ipsius, *vel* Marti ultori ta]urum.

Fragmentum in actis proxime praecedit indictionem sacri deae Diae a. d. III idus Ianuarias factam. Itaque facile referretur ad vota annua a. d. III nonas Ianuarias nuncupata, nisi obstaret taurus immolatus nescio utrum Genio populi Romani Caesarisve, an Marti ultori, quibus pro salute potius et reditu principum similesque ob causas sacrum fieri solet. Qui cum nunquam commemorentur in actis votorum annuorum, fragmentum his tribui non posse constat et referendum videtur ad vota ob causam singularem extra ordinem suscepta.

---

[66] . . . . . . ni . . . .
ille . . . . b(ovem) m(arem), Vict[oriae vacc(am) . . . .
. . . . . Ge]nio ipsius tau[rum. in collegio adfue]run[t *illi.*

Fragmentum dubitari nequit quin ad sacrum quoddam pertinuerit extra ordinem factum, de quo certi nihil affirmare licet nisi quod mense vel Aprili vel Maio celebratum est: ut collato apparet capite sequenti, in quo litterae leguntur AIAS. Potest spectasse ad victoriam et triumphum Neronis, quamquam aliis quoque actorum locis ii memorantur.

---

[66] [isdem co(n)s(ulibus . . . . . . magisterio impe]ratoris Neronis C[laudi Caes(aris) Aug(usti) II patris patriae promagister M. Aponius Saturninus collegi fra]trum Arvalium n[omine . . . .
. . . . . prae]eunte L. Salvio Oth[one Titiano.]

Videtur spectare ad vota extra ordinem ob causam quandam singularem nuncupata, de quibus nihil certi affirmare licet nisi quod facta sint exeunte mense Aprili vel Maio ineunte.

[NER. A] [item] in foro [Augusto Marti ultori taurum, Genio ipsius taurum. in collegio adfuerunt] *illi*.

Fragmentum propter mentionem fori Augusti videtur referendum esse ad sacrum extra ordinem pro salute et reditu vel ob causam similem ab Arvalibus factum. De singulis restituendis cf. notae ad ipsum fragmentum p. LXXXVI.

[NER. A] [isdem co(n)s(ulibus) . . . . . .] C. Vipstan[us Apronianus (pro)mag(ister) collegi fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit in Capitolio ob (pro?) . . . . . . Iovi b(ovem) m(arem), Iuno]n(i) vac(cam), Mi[nervae vac(cam) . . . . in collegio adfuerunt *illi*.

De restituendo fragmento cf. ut supra p. LXXXVI.

---

[101] isde[m co(n)s(ulibus) . . . . . .] magisterio Ti. Claudi Sace[rdotis Iuliani de E]arino [. . . . . publico epistula] missa fratribus Arvalibu[s ab imp(eratore) Caes(are) divi Nervae f(ilio) Nerva Tra]iano Aug(usto) Germ(anico) signo signata caput Augu[sti quod exprimit, in qua sic scriptum fuit:] imp(erator) Caesar divi Nervae f(ilius), Nerva [Traianus Aug(ustus) Germ(anicus) pont(ifex) max(imus) trib(unicia) pot(estate) co(n)s(ul) IIII] collegis suis salutem . cum sit o[mnibus (?) . . . . mani]festum erga vos . . . . meu . . . . nostrum inci . . . . ic . . . . modum inceti . . . . [inpe]nsa mea.

Praecedit in actis caput de allectione [E]arini publici, cf. p. 158. Cuius nomen cum in hoc quoque capite redeat, ad eandem rem quodam modo apparet pertinuisse epistulam ab imperatore ad collegas missam, etsi nimis exigua fragmenta remanent, quam quibus probabilis aliqua coniectura firmari possit.

---

[118] . . . T]rai[an . . Hadrian . . . . i]mmola[vit? . . . . quod imp(erator) Caesar Traianus Hadri]anus Aug(ustus) [. . . . . adfuerunt in collegio *illi*.

---

[214] [in Capitolio ante cellam Iunonis reginae fratres Arvales convenerunt et immolarunt per *illum* promag(istrum), quod dominus noster imp(erator) Caes(ar) M. Aurellius] Anto[ninus pius felix Aug(ustus) *cet.* . . . . Iovi o(ptimo) m(aximo) *cet.* . . . . . Fe]licit(ati) Aug(ustae) b(ovem) f(eminam) [*cet.* . . . . adfuerunt *illi.* detulit] *ille* public(us) a comm(entariis).

Supplementa incerta sunt, nec apparet, utrum ad vota, an ad sacrificia ob causam singularem facta fragmentum pertineat. Marinium tamen constat parum recte ad natalem principis rettulisse: cf. comm. ad acta sacrorum ob natales Augustorum celebratorum p. 54. — De delatione a publico facta cf. comm. ad acta cooptationum p. 157.

INDEX NOMINUM

CUM RERUM ENARRATIONE.

Numeri nudi indicant annos actorum, quibus commemorantur homines in indice propositi.

Nomina quadratis litteris exarata distinguunt senatorii ordinis homines.

Nomina, quantum fieri potuit, data sunt plena: quae eorum posita sunt intra cancellos [ ], *in fragmentis actorum aut scripta non erant, aut interciderunt.*

I. IMPERATORES.

IMP. CAESAR AVGVSTVS frater Arvalis 14; — DIVVS AVGVSTVS: natalis eius celebratur post mortem VIIII et VIII k. Oct 35 38 *Claud. D.*

IVLIA AVGVSTA (Livia Caesaris Augusti): natalis eius celebratur III k. Febr. 27 38; — vota pro salute eius 27; — immolatur ob consecrationem eius *Claud. A.*; — post consecrationem DIVA AVGVSTA appellata *usque ad. a.* 69 *passim.*

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS frater Arvalis 14 27; magister collegii, ut videtur, quartum 27; cos. III a. 18, cos. V a. 31 *fasti mag.*; — natalis eius celebratur XVI k. Dec. 33 35 38; vota pro salute eius pr. non. Ian. 27, III (?) non. Ian. 36 *Tib. A;* — sacrificatur ob memoriam eius VIII (VII) k. Iun. 38.

ANTONIA AVGVSTA M. Antonii triumviri f., Drusi uxor, mater Germanici Caesaris: natalis eius pr. k. Febr. 38; *ubi cum iam dicatur* Augusta, *nomen hoc ei a C. Caesare delatum esse constat; cf. Suet. Cal.* 15 *et Dio* 59, 3 *contra Suet. Claud.* 11.

GERMANICVS CAESAR TI. F. frater Arvalis 14; — cos. a. 12, cos. II a. 18 *fasti mag.;* — celebratur natalis eius VIIII k. Iun 38.

AGRIPPINA GERMANICI CAESARIS, mater C. Caesaris Augusti Germanici: celebratur natalis eius 39 *die incerto.*

DRVSVS CAESAR TI. F. cooptatus inter Arvales 14; — inter eos qui adfuerunt commemoratur 21.

TI. CAESAR DRVSI CAESARIS F. frater Arvalis: in locum eius cooptatur alius VIIII k. Iun. 38.

C. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS frater Arvalis, magister collegii 38; — imperator appellatus XV k. Apr. *ibd.;* — urbem ingressus est V k Apr. *ibd.;* — immolatur ob consulatum eius k. Ian. *ibd.;* pro salute eius III non. et VII idus Ian. *ibd.;* — videtur immolatum esse ante statuas eius k. Ian. 39; — — fuit cos. suf. a. 37 *fasti mag.*

[MILONIA CAESONIA] C. Caesaris Augusti uxor ultima *Suet. Cal.* 25; *Dio* 59, 23 cum eoque occisa *Ios. antiqq.* 19, 2, 4; *Suet. Cal.* 59; *Dio* 59, 29; — nomen eius fortasse abrasum . . . non. Iun. 40.

DRVSILLA Germanici filia: consecratio eius videtur commemorari VIII k. Octobr. 38; — fortasse commemoratur natalis eius . . non. Iun. 40.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS: antequam imperium accepit, nomine *Ti. Claudii Neronis Germanici* cos. suf. a. 37 *fasti mag.*; — pater patriae appellatus *Claud. A*; — divinus princeps parensque publicus *Claud. C*: — divus Claudius *usque ad a.* 69 *passim.*

NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS: antequam imperium iniit,

appellabatur NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS CAESAR *Claud. C.*; — suboles Agrippinae Augustae, Ti. Claudii Caesaris Augusti Germanici divini principis parentisque publici filius *ibd.*; — magister fratrum Arvalium 66; — natalis eius celebratur XVIII k. Ian. 55 57 58 59 60; — immolatur ob adoptionem eius V k. Mart. 58 59; — ob imperium III idus Octobr. 58; — ob comitia consularia IIII non. Mart. 59; — ob pontificatum III non. Mart. *ibd.*; — ob tribuniciam potestatem pr. non. Dec. 57 58; — ob alterum consulatum k. Ian. 57; — ob consulatum tertium k. Ian. 58; — ob consulatum quartum k. Ian. 60; — pro salute eius III non. Ian. 58 59; — pro salute et reditu eius post caedem Agrippinae VIIII k. Iul. et III idus Sept. 59; — ob adventum eius post partum Poppaeae IIII idus Apriles (?) 63; — cum proficisceretur in Graeciam, ut videtur, VII k. Oct. 66; — ob laurum in Capitolio positam *die incerto* 66; — propter . . . . et valetudinem eius *die incerto ibd.*

AGRIPPINA AVGVSTA Ti. Claudii Caesaris Augusti, mater Neronis: natalis eius VIII id. Nov. 57 58; — supplicationes ob caedem eius pro salute Neronis non. April. 59.

OCTAVIA (Claudii f.) coniux Augusti, sc. Neronis 58 59 60.

POPPAEA [SABINA] AVGVSTA Neronis: vota pro partu eius concepta XII k. Febr. 63; ob adventum eius IIII idus Apriles (?) 63; — Iuno eius *ibd.* — Avus eius maternus fuerat Poppaeus Sabinus 'consulari et triumphali decore praefulgens' *Tac. ann.* 13, 45, ubi cf. de moribus eius; — mariti Rufius Crispinus et Otho qui postea imperavit *l. c.*; nupsit Neroni a. 62 *Tac. ann.* 14, 60, cf. *Eckhel* 6, *p.* 286; — filiam enixa Augusta dicitur *Tac. l. c.* 15, 23; — interempta a. Nerone *l. c.* 16, 6; *Suet. Ner.* 35; *Dio* 62, 27; — diva Poppaea *passim* 66.

CLAUDIA AVGVSTA Neronis filia ex Poppaea: immolatur ob adventum eius IIII idus Apriles (?) 63; — Iuno eius *ibd.*; — diva Claudia virgo *passim* 66.

[STATILIA] MESSALLINA Neronis Augusti: Iuno eius 66; — immolatur pro salute et reditu eius 66. — Fuit Statilii Tauri bis consulis et triumphalis abneptis *Suet. Ner.* 35: — ea ut poteretur, maritum Atticum Vestinum cos. a. 65 in honore ipso Nero trucidavit *Suet. l. c.*; cf. *Tac. ann.* 15, 69; — nupsit Neroni a. 66: habemus enim duos nummos Ephesinos inscriptos sic: *ΝΕΡΩΝ ΠΟΠΠΑΙΑ ΕΦΕ*)(*ΑΟΥΙΟΛΑ ΑΝΘΥΠΑΤΩ ΑΙΧΜΟΚΛΗΣ ΕΦΕ*, et: *ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒ*)(ut supra, quibus collatis Messallinam efficitur a Nerone ductam esse anno eo, quo proconsul Asiam rexit idem qui, dum vivit Poppaea, ei provinciae praeerat: itaque cum a. 65 Poppaea vita cesserit, post eiusque mortem primo Antoniam Claudii filiam ducere Nero voluerit (*Suet. Ner.* 35), Messallina anno demum 66 in matrimonium eius venisse potest: cf. *Waddington fastes des provinces asiatiques p.* 139; — 'post quattuor matrimonia diverso exitu soluta postremo Neroni nupsit. post quem interemptum et opibus et forma et ingenio plurimum viguit. consectata est usum eloquentiae usque ad studium declamandi' *schol. ad Iuv.* 6, 434. — Augusta dicitur in nummo Ephesino supra allato, quem spurium putavit Eckhelius (6, 288), defendit Waddington *l. c.*

[SER.] GALBA IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS magister collegii fratrum Arvalium 69; — cos. cum T. Vinio Rufino k. Ian. *ibd.*; — adoptat L. Licinianum (Ser. Sulpicium Galbam Caesarem) IIII idus Ian. *ibd.*

[SER. SVLPICIVS GAL]BA C[AESAR] adoptatus a. Galba imperatore IIII idus Ian. 69: cf. *L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus* in indice privatorum.

M. OTHO CAESAR AVGVSTVS magister iterum collegii fratrum Arvalium 69; *eodem anno* immolatum ob comitia consularia eius VII k. Febr., — ob vota nuncupata pro salute eius III k. Febr., — ob comitia tribuniciae potestatis eius pr. k. Mart., — ob laurum positam k. Mart., — ob comitia sacer-

dotiorum III non. Mart., — ob comitia pontificatus maximi VII idus Mart., — pro salute et reditu eius (nomen Vitellii pro Othonis scriptum) pr. idus Mart. — Cf. *M. Salvius Otho* in indice privatorum.

VITELLIVS GERMANICVS IMPERATOR magister collegii fratrum Arvalium 69; *eodem anno* immolatum ob comitia tribuniciae potestatis pr. k. Maias, — ob diem imperii quod XIII k. Maias statutum est k. Maiis; — dicitur imperator tertium inde a. d. IIII kalendas Iunias 69; — Augustus primum dicitur III non. Iun. 69. De vita eius superiore cf. *A. Vitellius* in indice privatorum.

GALERIA [FVNDANA] VITELLII: celebratur natalis eius III non. Iun. 69. Nata erat praetorio patre et de ea liberos utriusque sexus tulit Vitellius, sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem *Suet. Vit.* 6; — non immixta tristibus *Tac. hist.* 2, 64.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS 70 72 75 *Vesp. A* sive IMP. VESPASIANVS CAESAR AVGVSTVS 77 78; cos. IIII 72; — cos. VI 75; — cos. VIII 78; — immolatur ob diem, ut videtur, quo urbem ingressus erat 70; — vota pro salute eius III non. Ian. 75.

TITVS CAESAR AVGVSTI F. VESPASIANVS: TITVS CAESAR IMP(ERATOR) 72 75; — T. CAESAR AVG. F. VESPASIANVS 78; — T. IMP. VESPASIANVS CAESAR AVGVSTI F. 78; — IMP. T. CAESAR VESPASIANVS AVG. 80; — IMP. TITVS CAESAR DIVI F. VESPASIANVS AVGVSTVS 81; — cos. II 72; IIII 75; VI 77 78; pont. max. tribunic. potest. cos. VIII 81.

IVLIA T. IMP(ERATORIS) F. AVGVSTA: immolatur pro salute eius 81 [86] 87. Vita cesserit necesse est a. 89, cum nummus inscriptus *divae Iuliae Aug. divi Titi f. s. p. q. R.*)(*imp. Caes. Domit. Aug. Germ. cos. XV cens. per. p. p.* (Eckhel 6, 366) nequeat percussus esse ante a. 90 et vix possit multo post mortem Iuliae factus esse: cf. *Hirschfeld Gött. gel. Anz.* 1869 *p.* 1506.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS 75 *Vesp. A.*, CAESAR DIVI F. DOMITIANVS 81, CAESAR DIVI F. DOMITIANVS AVGVSTVS inde a. die XVIII k. Octobr. 81, IMP. CAESAR DOMITIANVS AVGVSTVS GERMANICVS 86 87 89 90 91, DIVI VESPASIANI F. inseritur post CAESAR *Dom. A*: — Immolatur ob imperium eius XVIII k. Octobr. 81; eodemque anno ob comitia tribunicia eius pr. k. Oct., — ob votorum commendandorum causa (sic) pro salute et incolumitate eius k. Oct.; — pro salute eius III non. Ian. et XI k. Febr. 86 87 89 90 91 *Dom. B*; — pro salute et victoria et reditu eius pr. idus Ianuarias 89; — ob vota adsuscipienda pro salute et reditu et victoria XVI k. Febr. et IIII k. Febr. 89; — cos. VII 81; — XIII 87; — XV 89; — censor perpetuus p. p. 90 91; magister collegii fratrum Arvalium 86; commemoratur inter fratres qui adfuerunt 75 *Vesp. A.*

DOMITIA [LONGINA] AVGVSTA Domitiani Augusti: pro salute eius immolatur III non. Ian. 81 86 87 89 90 91. Fuit Cn. Domitii Corbulonis filia *Or.* 774; — Augusta appellatur iam kalendis Octobribus 81, contra id quod tradit *Suet. Dom.* 3, altero demum Domitiani anno eam Augustae nomine honoratam esse.

IMP. CAESAR DIVI NERVAE F. NERVA TRAIANVS AVG. GERMANICVS cos. IIII 101; — dicitur princeps parensque noster, pont. max. tribun. potest. p. p. *ibd.*; — GERMANICVS DACICVS 105; — GERMANICVS DACICVS PARTHICVS 117; — vota annua pro salute eius 101 105 117; — pro salute et reditu et victoria eius VIII k. Apr. 101; — pro itu et reditu eius . . [no]u[as] Iun(ias) 105.

MATIDIA AVGVSTA Marcianae sororis imp. Traiani filia, socrus Hadriani Augusti: consecratio eius X k. Ian. a. 119 120; cf. *Cohen méd. imp.* 2 *p.* 166 *n.* 543 *et Or.* 2196; *Henzen* 5465.

IMP. CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOS TRAIANVS HADRIANVS AVGVSTVS P. P. 118 120; — cos. II 118; — vota annua pro salute eius 118 120; — immolatur ob adventum

eius VI idus . . ., ac denuo die incerto 118.

IMP. CAESAR DIVI HADRIANI F. DIVI TRAIANI NEPOS DIVI NERVAE PRONEPOS T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS cos. II p. p. princeps parensque 139; — IIII cos. 145; — p. p. pontifex maximus tribunicia potestate XVIII cos. IIII imp. II p. p. 155; — vota annua pro salute eius 139 155; — flamen collegii fratrum Arvalium in a. 156 factus 155.

IMP. [CAESAR M. AVRELIUS ANTONINVS AVGVSTVS *cet.* DIVI ANTONINI PII F. DIVI HADRIANI NEPOS DIVI TRAIANI PARTHICI PRONEPOS DIVI NERVA]E ADNEPOS *Marc. C;* cf. *G. H.* Appellabatur M. AELIUS AVRELIVS CAESAR, antequam imperaret 145 145; cf. *Pius B.;* — o(ptimus) m(aximus) princeps *Marc. C.*

L. AVRELIVS VERVS AVG. trib. potest. . . . *Marc. A. B.*

LUCILLA AVGVSTA Veri *Marc. B.*

IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS SARM. GERM. MAXIMVS P. P. cos. IIII 183; — OPTIMVS MAXIMVSQVE PRINCEPS, DIVI M. ANTONINI FIL., DIVI ANTONINI NEPOS, DIVI HADRIANI PRONEPOS, DIVI TRAIANI PARTHICI ABNEPOS, DIVI NERVAE ADNEPOS 183; similiter 186.

[IMP.] CAES(AR) P. HELVIVS [PERTINAX AVG. TRIBVNICIA POTESTATE cos. II P. M] PRINCEPS SENATVS 193; — vota annua pro salute eius, item vota decennalia pr. id. Ian. 193.

IMP. CAES. M. AVRELLIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. PART. MAX. BRIT. MAX. GERMANICVS MAX. PONT. MAX. TRIB. POTEST. XVI IMP. III cos. IIII PROCOS 213; — TRIB. POTEST. XVII IMP. III cos. IIII P. P. PROCOS 214; — immolatur, quod per limitem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum [solum *vel* terram *cf. C. I. L.* 3 *p.* 708] introiturus sit III id. Aug. 213; — ob salutem victoriamque Germanicam pr. non. Octobr. *anni eiusdem*; — quod ex naufragii periculo salvus servatus sit 214; — quod ad hiberna Nicomediae ingressus sit *eodem anno.*

IVLIA AVGVSTA MATER AVGVSTI (sc. Antonini Severi filii), plenius IVLIA AVG. PIA FELIX, MATER IMP. ANTONINI AVG. N. SENATVS, CASTRORVM ET PATRIAE 213; — immolatur Iunoni eius 213 214.

IMP. CAES. DIVI MAGNI ANTONINI FIL. DIVI SEVERI NEP. M. AVRELLIUS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. P. M. TR. POT. COS. P. P. PROCOS: cooptatus inter Arvales *mense Iulio ineunte a.* 218; — vota annua pro salute eius suscepta, item vota decennalia suscepta pridie idus Iulias *anni eiusdem.*

IVLIA MAESA AVGVSTA AVIA AVG. N.: vota pro salute eius pridie idus Iulias 218.

IMP. CAESAR DIVI SEVERI PII NEPOS, DIVI MAGNI ANTONINI PII FILIVS M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER PIVS FELIX AVG. P. M. TRIB. POT. X cos. III P. P. PROCOS: vota annua pro salute eius 231; cf. *Alex. C.*

IVLIA MAMMAEA MATER AVG. N. ET CASTRORVM, SENATVS AC PATRIAE: vota annua pro salute eius 231; cf. *Alex. C.*

IMP. CAESAR M. ANTONIVS GORDIANVS PIVS FELIX AVG.: vota annua pro salute eius 238; — vota suscepta, quod Furiam Sabiniam Tranquillinam Augustam liberorum creandorum causa duxerit 241.

II. PRIVATI.

ACILIVS AVIOLA unus ex pueris senatorum filiis qui anno 183 ministrarunt Arvalibus: 183 (2, 18). Potest fuisse nepos consulis a. 122, pater consulis a. 239.

[M'. ACILIVS GLABRIO] cum M. Ulpio Traiano cos. a. 91 90. Interemptus est a Domitiano in exilio *Sueton. Domit.* 10, coactus antea in Albano dimicare cum leone: *Fronto ad Marcum Caes.* 5, 22 23; *Iuv.* 4, 94 et *schol. ad eundem; Dio* 67, 14; cf. *Borghesi opp.* 5, 520 521.

ACILIVS SEVERVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 183 183 (2, 18).

P. AELIVS COERANVS frater Arvalis 213 214. In domum eius convenit collegium 213; — *iunior* dicitur 214; — potest fuisse filius Aelii Coerani in exilium acti ob amicitiam Plautiani, qui post septem annos revocatus est et primus ex Aegyptiis in senatum allectus *Dio* 76, 5. Honores eius recensentur in inscriptione Tiburtina *Or.* 2851, de qua cf. *Marini Arv. p.* 777 *seqq.*

[L. (AELIVS) LAMI]A cos a. 3 *fasti magistr.* Fuit triumvir monetalis inter a. 731 et 742, cf. *Borghesi bull. inst. arch.* 1845 *p.* 153, *opp.* 4 *p.* 485; — fortasse legatus Tiberii in Germania a 4—6 *id. ann. inst. arch.* 1844 *p.* 319 *seqq., opp.* 4 *p.* 457 *seqq. ad Vell.* 2, 116; — proconsul Africae *Tac. ann.* 4, 13, fortasse a. 15, cf. *Borghesi ll. cc. p.* 322 et 459 *seqq.;* — nominatur anno, ut videtur, 20 legatus Syriae, sed Romae retinetur, anno autem 32 praefectus urbi fit *Dio* 58, 19; — moritur funereque censorio effertur a. 33 *Tac. ann.* 6, 27: cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 112, 1847 *p.* 243 *seqq., opp.* 5 *p.* 90 *seqq.*

[L.] AEL[IUS LAMIA]? eum in actis *Claud. C.* inter fratres Arvales commemorari coniecit Borghesius apud *Melchiorrium appendice agli atti de' fratelli Arvali p.* 5, filiumque fuisse consulis a. 3.

L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA cum Q. Pactumeio Frontone cos. suf. a. 80 80: datur ei cognomen *Aemiliani* a *Dione* 66, 3; — abrepta ei coniux Domitia Corbulonis filia a Domitiano ducta *ibd.* et *Sueton. Domit.* 10; — occisus a Domitiano *Sueton. l. c.*

P. AELIVS SECVNDINVS frater Arvalis 219 221 224 234; magister collegii 219 et fortasse 221.

M'. AEMILIVS [LEPIDVS] cos. a. 11 *fasti mag.* cf. *fasti Capitol.* et *Antiat.* in *C. I. L.* 1 *pp.* 442 *et* 475; *Or.* 2489 4263; — proconsulatu Africae cedit Iunio Blaeso a. 21 *Tac. ann.* 3, 35; — procos. Asiae a. 26 *l. c.* 4, 56; cf. *C. I. L.* 3, 398; — vita fungitur a. 33 *Tac. l. c.* 6, 27. — Causas egit in senatu Lepidae sororis a. 20 *l. c.* 3, 22; Lutorii Prisci a. 21 *l. c.* 50; — patronus adfuit Pisoni reo a. 20 *l. c.* 11; — miti-

gavit sententiam contra Sosiam Gallam *l. c.* 4, 20. *Cf. Borghesi opp.* 5 *p.* 291 *seqq.* qui ad eum rettulit etiam quae de Lepido oratore habet *Seneca controv.* 9 *praef.*, qui praeceptorem dicit Neronis Germanici f. *l. c.* 2, 11.

L. [AEMILIVS] PAVLLVS frater Arvalis decessit a. 14 vel exeunte a. 13, in eiusque locum cooptatus est Drusus Caesar Tiberii filius 14: fasces gessit a. p. C. 1. Fuit filius Paulli Aemilii Lepidi censoris a. u. c. 732 (cf. *fasti Capitol. C. I. L. vol.* 1 *p.* 441 *et* 450), Iuliamque neptem ex Agrippa et Iulia filia in matrimonium ei dedit Caesar Augustus *Suet. D. Aug.* 64. — Coniuravit iuvenis contra Caesarem Augustum *id.* 19: cf. *Drumann* 1 *p.* 11, 20 et *Marini Arv.* p. 13.

MAM. AEM[ILIVS SCAVRVS] cos. a. 21 cum Cn. Tremellio 21, cf. *C I. L.* 4, 1553 = *Henzen* 7419 d α; *Borghesi ann. inst. arch.* 1855 *p.* 8 *seq.* Adfuit in senatu, cum de imperio Tiberii ageretur *Tac. ann.* 1, 13; — oratorum sua aetate uberrimus *l. c.* 3, 31; — defendit Sullam a Domitio Corbulone accusatum a. 21 *ibd.*; — C. Silanum procos. Asiae repetundarum a sociis postulatum a. 22 cum aliis maiestatis accusat *l. c.* 3, 66; — maiestatis postulatur a. 32 *l. c.* 6, 9; — denuo postulatus damnationem anteit a. 34 *l. c.* 29; cf. *Dio* 58, 24; — in eo Scaurorum familia extincta est *Seneca suasor.* 2. — De indole eloquentiae Scauri *id. controv.* 10, 2; — de moribus eius *Senec. de benef.* 4, 31. Cf. *Drumann* 1 *p.* 33, 6.

[CN. AFR]ANIVS DEXTER cos. suf. cum C. Iulio Basso a. d. III idus Maias a. 105 *C. I. L.* 3 *p.* 865, XXII = *Henzen* 6857; XVI k. Iun. 105; — cos. des. in senatu sententiam dicit *Plin. ep.* 5, 13, 4; — quaeritur in senatu an interfectus sit consul a suis *id.* 8, 14, 12. Cf. *Mommsen index nominum ad Plin. epist. ed. Keil* et *Hermes III p.* 52.

[. . . . . A]GRIPPINVS frater Arvalis 214: fortasse ex gente Claudia cf. CLAVDIVS AGRIPPINVS.

L. ALE(IVS) V[E]R(VS), nisi forte corrigendum est ALF(IVS) VERVS, vel, ut proponit Marinius (*Arv. p.* 519) has litteras coniungens cum iis quae sequuntur, L. ALFENIVS AVITIANVS, unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 241 241.

L. ALFENIVS AVITIANVS frater Arvalis 218 231.

C. ANNIVS PERCENNIANVS frater Arvalis 231.

M. ANNIVS VERVS frater Arvalis 105; — cos. III cum Eggio Ambibulo a. 126 126. — Avus M. Antonini, 'adscitus in patricios a principibus Vespasiano et Tito censoribus' *Capitol. Marc.* 1; — cos. primum cum Neratio Prisco anno incerto *Digest.* 48, 8, 6, fortasse 83 (*Borghesi ann. inst. arch.* 1851 *p.* 17, *opp.* 5 *p.* 356), iterum cum Augure a. 121 *fasti cons.*; — decessisse videtur senex admodum circa finem imperii Hadriani, cum interfuerit senatui, in quo gener Arrius Antoninus a principe adoptatus est *Capitol. Ant. Pius* 4. Cf. *Borghesi ann. inst. arch.* 1852 *p.* 10 *seqq.*, *opp.* 5 *p.* 350 *seqq.*

L. ANNIVS VINICIANVS in collegium cooptatus a. 38 38; inter Arvales nominatur, sed errore dicitur M. Ennius V. 40 — Maiestatis postulati a. 32 causa dilata a Caesare (Tiberio) *Tac. ann.* 6, 9; — coniuravit contra Gaium Caesarem a. 41 *Ioseph. antiqq.* 19, 1, 3 et 4, 3 (ubi errore nominatur *Μινουκιανός*); — post caedem Gai fuit unus ex iis, quibus deferri posse videbatur imperium *Dio* 60, 15; — coniuravit cum Furio Camillo Scriboniano eoque occiso se ipsum interfecit *ibd.* — Cf. *Borghesi bull. inst. arch.* 1845 *p.* 154 *seq.*, *opp.* 4 *p.* 478.

C. ANTISTIVS VETVS praetor urbanus a. 20, cos. a. 23 *fasti mag.* cf. *Henzen* 7165, *titulus Scirti C. I. L.* 1 p. 475; *index Dionis l.* 57. De genere eius cf. *Nipperdey ad Tac. Ann.* 4, 1.

C. ANTIVS A. IVLIVS QVADRATVS a. 105 iterum cos. cum Ti. Iulio Candido Mario Celso II 105, cf. *Or.* 3651; — refertur inter Arvales *ibd.* — Fuit primum cos. suf. a. 93 *tab. privil. veteran.* XVI (*C. I. L.* 3 *p.* 859). — Honores

eius enarrantur in titulis *C. I. Gr.* 3532 (melius *Borghesi opp.* 2 *p.* 15) 3548 3549 4238, *Baitie fasc. inscr.* 1 *p.* 86 = *Le Bas et Waddington* 1722. Fuit legatus Ponti et Bithyniae, legatus prov. Asiae bis, legatus Cappadociae, procos. Cretae et Cyrenaicae, legatus pr. pr. Lyciae et Pamphyliae, consul a. 93, legatus Syriae imperatoris Traiani appellati iam Dacici, indeque reversus cos. II a. 105, procos. Asiae. Fuit etiam septemvir epulonum. De eo plenius egit post *Marinium p.* 735 *seqq.* et *Mommsenum Sitzungsber. d. S. Ges.* 1850 *p.* 223 *seqq.* *Waddington fastes des provinces asiatiques* 1 *p.* 172 *seqq.*, ubi vide etiam nummos nomine eius insignes. Ab A. Iulio Quadrato (cf. sub nomine eius) diversus videtur *Mommseno Hermes* 3 *p.* 76, 7: dubitat *Waddington l. c. p.* 176.

L. ANTONIVS ALBVS frater Arvalis 117 118 120 129 130 139; — magister a. 129 130; — procos., ut videtur, Asiae circa a. 151—152 *Aristid. p.* 497; cf. *Waddington fastes p.* 214; *vie d' Aristide p.* 40 *seqq.* (*extrait*).

L. Antonius ... lbu... calator fratris Arvalis 130.

M. ANTONIVS IVVENIS frater Arvalis 183 186.

M. ANTONIV[S PRIM]VS PR . . . VS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 118 118.

M. APONIVS SATVRNINVS frater Arvalis 58 59 60 66. — Fuit legatus Moesiae a. 60 *Tac. hist.* 1, 79 ob victoriamque de Rhoxolanis triumphali statua ab Othone donatus est *l. c.*; — primo Vitellii partes secutus (*l. c.* 2, 96), mox Vespasiani (*l c.* 3, 5) seditione militum Veronam oppugnantium fugere coactus est (*l. c.* 9 *seqq.*).

L. APRONIVS CA[ESIA]NVS cos. a. 39 cum C. Caesare Augusto Germanico 39; *fasti sacri Antiat. C. I. L.* 1 *p.* 327. Fuit in cohorte Drusi ad legiones Pannonicas missi a. 14, ab eoque legatus ad Tiberium missus est *Tac. ann.* 1, 29; — legatus patris proconsulis Africae a. 20 prosperam adversus Tacfarinatem Numidam pugnam facit *l. c.* 3, 21. — *De Vit. onomast. s v.* perperam ad eum refert cladem Romanis a. 28 a Frisiis illatam *Tac. ann.* 4, 73 cf. 11,19, quae pertinet ad patrem legatum Germaniae inferioris, cum filius, qui a. demum 39 cos. fuit, tunc non potuerit fungi legatione consulari Germaniae.

Arescon Manilianus publicus commentariensis fratrum Arvalium 241.

L. ARMENIVS PEREGRINVS frater Arvalis 213 218 221; — praetor 213. — *Marinius p.* 531 perperam credidit esse eundem qui fasces ord. gessit a. 244; cf. *Relazione p.* 77.

C. ARRIVS ANTONINVS frater Arvalis 186. Enarrantur honores eius in titulo Concordiensi *C. I. L.* 3, 1874 = *Henzen* 6485; fuit scilicet IIII vir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis quartae Scythicae, sevir equestrium turmarum, ab actis senatus, aedilis curulis, praetor cui primo iurisdictio pupillaris a sanctissimis imperatoribus (sc. Marco et L. Vero) mandata est, frater Arvalis, iuridicus per Italiam regionis Transpadanae primus, praefectus aerari Saturni (cf. *Borghesi ann. inst. arch.* 1853 *p.* 188 *seqq.*, *opp.* 5 *p.* 383 *seqq.*; *Mommsen Berichte d. Sächs. Ges.* 1852 *p.* 268; *Zumpt comm. epigr.* 2 *p.* 3 *seqq.*) — Iuridicus Transpadanae fuit ante a. 166, cum ad eam iurisdictionem pertineat epistula Frontonis de causa Volumnii Sereni scribae Concordiensis (*ad amicos* 2, 7), Fronto autem anno fere 166 vita cessisse videatur. Itaque cum post administrationem regionis illius praefectura aerarii Antoninus functus sit, fasces eum anno fere 170 gessisse recte *Waddingtonius* posuit *l. c.*, qui in eo tamen videtur erravisse, quod post a. 175, quo M. Aurelius Sarmaticus dictus est, Pontum et Bithyniam eum rexisse ex titulo *C. I. Gr.* 4168 conclusit. Pontus enim et Bithynia a praetoriis regebantur, nec ad hanc provinciam potest pertinuisse Amasenus huius certe aetatis titulus, cum Ponti pars illa tum cum Cappadocia contributa esset, cf. *Ptolemaeus* 5, 6. Fuit igitur Antoninus legatus Cappadociae quae consularis dignitas est,

cum qua legatione bene convenit titulus *C. I. Gr.* 4193; cf. *Waddington l. c.* Denique factus est proconsul Asiae *Tertullianus ad Scapulam* 5 (cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinii ep. s v.* ARRIVS); *Lampridius Comm.* 7. Insimulatus adfectati imperii a Pertinace tunc Britanniae legato (qui provinciam illam rexit post mortem Perennis interfecti a. 185, cf. *Eckhel* 7, *p.* 136), insidiis Cleandri interfecti a. 189 (*Dio* 72, 12 13; *Herod.* 1, 12 13 cf. *Eckhel* 7, 120) vel ineunte a. 190 (cf. *Waddington l. c.*) occisus est *Capitol. Pert.* 3, *Lamprid. l. c.*: id anno fere 188 factum esse statuit *Waddington l. c. p.* 241, qui proconsulatum Asiae ad a. 184 vel 185 probabiliter rettulit. Commemoratur in titulo Calpurniae Quadratillae coniugis *Renier I. A.* 1495

M. AR[R]IVS RE . . . . . magister fratrum Arvalium *Trai. A.*

M ARRVNTIVS [AQVILA] cos suf. a. 66 kalendis Iuliis 66. Errore ei collegam tribui M. Aponium Saturninum *Relazione p.* 22. — Videtur esse pater M. Arruntii Aquilae filii *C. I. L.* 5, 2819, cos. a. 72 cum C. Arruntio Catellio Celere *Or.* 4031; cf. *Marini p.* 149 151 et *Borghesi opp.* 7 *p.* 398.

ARRVNTIVS CAMILLVS vide M. FVRIVS CAMILLVS.

L. ARRVNTIUS CATELLIUS CELER vide L. POMPEIVS CATELLIVS CELER.

[Q. ARTICVLEIVS P]AETVS cos. a 101 cum Traiano IIII 101. *Henzen* 5958 (cf. *Mommsen Hermes* 3 *p.* 137) 6664. *Spartian. Hadr.* 4.

CN. ARVLENVS CAELIVS SABINVS cos. suf. a. 69 cum T. Flavio Sabino *pr. k. Maias* 69 (cf. *Mommsen Ephem. epigr.* 1872 *p.* 191); *Tac. hist.* 1, 77. Commemoratur inter iure consultos a Pomponio *orig. iur. Dig.* 1, 2, 53 qui plurimum temporibus Vespasiani eum potuisse scribit.

M. ASINIVS AG[R]IPPA cos. a. 25 cum Cosso Cornelio Lentulo *fasti mag.*; *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *Or.* 2546; *Tac. ann.* 4, 34 — Decessit a. 26 *id. l. c.* 4, 61. Cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 77 *seq.*, *opp.* 3 *p.* 348 *seq.* et *Drumann* 2 *p.* 14.

C. ASINIVS POLLIO praetor peregr. a. 20 *fasti mag.*; cos. cum C. Antistio Vetere a 23 *fasti mag.*; *index Dionis l.* 57; *Henzen* 7165; *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475. Rexit proconsul Asiam *Eckhel* 5 *p.* 144, 6 *p.* 211; annis fere, ut videtur, 37—38 *Waddington fastes* 1 *p.* 122. Cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 76, *opp.* 3 *p.* 347 et *Drumann* 2 *p.* 14.

ASINIVS POLLIO VERRVCOSVS cos a. 81 cum L. Flavio Silva Nonio Basso 80 et 81; *Murat.* 318, 1; *Fea fasti* 8, 18. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831 *t.* 54 *p.* 81, *opp.* 3 *p* 352 statuit eundem esse Asinium Pollionem, qui a. 69 alam rexit in Mauretania (*Tac. hist.* 2, 59), perperam, cum praefectus alae illa aetate vix possit fuisse originis senatoriae.

L (NONIVS) ASPR[ENAS] cos. suf. a. 29 cum A. Plautio *fasti mag.*; *Or.* 4033 = *I. N.* 1968; *C. I. L.* 1 *n.* 767 768.

SE[X ATT]IVS SVBVRANVS cos. cum Q Articuleio Paeto suffectus Traiano Augusto post d. VII (?) idus Ianuarias a. 101 101; — cos. II a. 104 cum M. Asinio Marcello *inscr. Ephesina citata a Mommseno Hermes* 3 *p.* 132, cf. *index ad Plinium Keilii.* — Iudex datus ab imperatore *Plin. ep.* 7, 6, 10 11. Mommsenus *ind. Plin* hunc et praefectum praetorio fuisse credit Traiani [Saburanus *Victor* 13, 9], et octogenarium illum patrem qui Attiam Viriolam exheredavit (*Plin. ep.* 6, 33, 2): quod si verum est, praefectus fuit ante a. 101, quo primum fasces gessit aetate iam admodum provectus, cum anno fere 107 octogenarius esset.

C. AVCID[IVS] VICTOR cos. suf. a. 155 *XVI k. Iun.* 155.

C. AVFIDIVS VICTORINVS cos. II a. 183 cum Commodo IIII 183; *C. I. L.* 6, 746 = *Or.* 1918; *Marini Arv. p.* 354. — De anno, quo primum consul processerit, nihil constat. — Fuit legatus Germaniae, proconsul Africae, praefectus urbi ob eamque dignitatem, ut videtur, altero consulatu honoratus est: a Perenni cum caedes ei pararetur, ipse manus sibi intulit *Dio* 72, 11.

AVILLIVS QVADRATVS magister fratrum Arvalium a. 155 155; promagister a. incerto *Ant. Pius A*; magister II vel promagister a. incerto *Marc. A.* Non liquet an idem sit qui dicitur:

A. AVILLIVS VRINATIVS QVADRATVS cos. suf. cum Strabone Aemiliano pridie idus Martias a. 156 155.

AVIT(IVS) AVITIANVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 241 241: sed. cf. ALE(IVS) V[E]RVS.

[M. AVREL]IVS COTTA cos. cum M. Valerio Messallino a. 20 *fasti mag.; titulus Scirti C. I. L* 1 *p.* 475; *fasti Ostienses Henzen* 6443. — Filius M Valerii Messallae Corvini oratoris ex Aurelia quadam e familia Cottarum (*Ovid. epist. ex Ponto* 4, 16, 41 *seqq.*) primo appellabatur M. Valerius Maximus, deinde adoptatus ab avunculo M. Aurelius Cotta Maximus (*schol. ad Persii sat.* 2, 72; *cf. titulus M. Aurelii Cottae Maximi l. Zosimi* in *ann. inst arch.* 1865 *p.* 6, et *Ovid. l c.* 3, 2, 103 *seqq.*); denique mortuo Messallino fratre (*Vell.* 2, 112; cf. *Suet. Tib.* 20; *Dio* 56, 17) huius nomine accepto Cotta Messalinus dicebatur (cf. *Vell. l. c.*; *Plin. n. h.* 10, 22, 27; *Tac. ann.* 2, 32) De moribus eius *Tac.* 6, 7; lenius de liberalitate eius iudicat *Juvenalis* 5, 109; 7, 94. Poeta et orator *Ovid. ex Ponto* 4, 16, 41 *seqq.* — In rebus publicis semper Tiberii amicus *Tac. ann.* 6, 5. Cf. *Borghesi* apud *Caninam via Appia p.* 152 153; *Henzen ann. inst. arch.* 1855 *p.* 14; 1865 *p.* 7 *seqq.*

T. AVRELIVS FVLVVS cos. a. 120 cum L. Catilio Severo II 120; *Or.* 2946; omnibus nominibus dictus T. Aurelius Fulvus Boionius Arrius Antoninus *Capitol. Ant. P.* 1, ubi vide de genere eius deque honoribus ab eo gestis. Fuit quaestor, aedilis, consul, ab Hadriano electus inter quattuor consulares quibus Italia committebatur, proconsul Asiae (*l. c.* 2; *C. I. Gr.* 2965; *Digest.* 48, 3, 6; *Philostratus vit. sophist.* 1, 25; 2, 1, 8) a. fere 135; cf. *Waddington fastes p.* 205 206; *Eckhel* 7, 1. Postea adoptatus ab Hadriano Augusto imperabat a d. VI. id. Iul. 138 usque ad nonas, ut videtur, Martias a. 161 (cf. *Eckhel* 7, 3 et 26), nominibus utens T. Aelii Hadriani Antonini Augusti Pii; cf. inter imperatores.

AXIVS M . . . . . frater Arvalis 193. *Axius* quidam *Aelianus procurator Augg.* est *C. I. L.* 3, 1422 1423 1456.

C. BELLICVS NATALIS TEBANIANVS cos. suf. a. 87 cum C. Ducenio Proculo *XIIII. k. Iun.* 87: *Or.* 2375; filius, ut videtur, C. Bellici Natalis cos. a. 68 *C. I. L.* 3 *privil.* IV. V (*p.* 847 848).

Bittius Callistratus, Bittius Thallus } calatores Q. Bitti Proculi 120.

Q. BITTIVS PROCVLVS V. Q. FVLVIVS GILLO BITTIVS PROCVLVS.

BO . . . . unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 241 241.

[C. BRVTTIVS PRAESENS] V. L. FVLVIVS C. F. POM . . . . BRVTTIVS PRAESENS.

M. [CAECILIVS] CORNVTVS frater Arvalis 14 21; — est tertius ex curatoribus locorum publicorum iudicandorum, quorum primus eo tempore consularis, secundus tribunus plebis fuit *C. I. L.* 6, 1267 = *Fabr.* 656, 482; — a. 24 dicitur praetorius *Tac. ann.* 4, 28; — propria manu se occidit a. 24 *l. c.*

C. CAECILIVS STRABO frater Arvalis 101 105; — cos. des. a. 103 vel 104 *Plin. epist.* 4, 17, 1 eoque loco in senatu sententiam dicit 4, 12, 4; cf. *Mommsen Hermes* 3 *p.* 45, 4 et *index nominum ad Plinium ed. Keil.* — Decessisse eum a. 117 inde efficitur, quod ex litteris Traiani in locum eius Hosidius Geta, licet anno demum 118, cooptatus est 118.

SEX. CAECINA praetor peregrin. a. 11 *fasti mag.*

C. CAECINA LARGVS frater Arvalis 38 39 40. *Claud. B. D*; cos. a. 42 *fasti sacr. Antiat. C. I. L.* 1 *p.* 327. Commemoratur a Tacito inter comites Claudii Augusti Romam redeuntis ad poenas de Messalina sumendas *ann.* 11, 33.

[C. CAELI]VS RVFV[S] cos. a. 17 cum L. Pomponio Flacco *fasti mag.; fasti Antiat.* et *titulus Scirti C. I. L.* 1 p. 475; *fasti Lunenses l. c. p.* 476 et *Dio* 57, 17 *fastique ms. fere omnes* falso Caecilium vocant, recte Caelium *Tac. ann.* 2, 41 *ex cod. Med.*; cf. *ann. inst. arch.* 1855 *p.* 13 et *C. I. L.* 1 *p.* 475.

L. CAESONIVS LVCILLVS frater Arvalis 213 218. Honores eius enarrantur in titulo *Grut.* 381, 3. Omnibus nominibus dicebatur L. Caesonius C. fil. Quirina Lucillus Macer Rufinianus. Fuit autem decemvir stlitibus iudicandis; electus in familiam patriciam; quaestor et mox praetor kandidatus; curator r. p. Suessanorum, item r. p. Tusculanorum; legatus provinciae Africae, eodem tempore vice proconsulis; curator alvei Tiberis et cloacarum urbis; curator aquarum et Miniciae. Post hanc curam vel inter duas curas fasces gessit, cum a. 237 electus sit inter vigintiviros consulares ad tuendam contra Maximinum Italiam a senatu creatos: cf. *Capitol. Gord.* 10 14 22; *Herod.* 8, 13; *Zosimus* 1, 60, ob eamque causam in titulo eius videtur emendandum esse *XX vir.* [c]*os.* (pro *XXviros) ex senatus consulto r. p. curandae.* Deinde provinciam Africam sortitus et electus ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones, denique praefectura urbis functus est ante annum certe 254, cum in tabula a chronographo anni 354 servata nomen eius non legatur. De aetate eius minus recte disserit Marinius p 793 seqq. — Monumenta fecit patri *Grut.* 381, 1, matri 381, 2.

C. CALPV[RNIVS] . . . . cos. suf. Domitiano, fasces rexit cum L. Volusio Saturnino a. 87 *commemoratur inter dies VI(VII?) idus Ian. et XI k. Febr. a.* 87. — Potest fuisse pater C. Calpurnii Flacci *Murat.* 439, 1, cuius honores repperit Borghesius in titulo *C. I. Gr.* 2638; cf. *memorie dell' Inst. arch.* 1 *p.* 49, *opp.* 3 *p.* 386.

C. CALPVRNIVS AVIOL[A] cos. suf. cum P. Scipione a. 24 *fasti mag.*

C. CALPVRNIVS PISO cooptatus inter Arvales 38; commemoratur inter praesentes 40; *Claud. A.* — Liviam Orestillam ei nubentem ad se deduci iussit C. Caesar Aug. *Sueton. Cal.* 25; cf. *Dio* 59, 8; — in exilium actus *Dio l. c.* Videtur esse is, qui cos. suffectus sub Claudio imperatore *(paneg. in Pis.* 68; *schol. ad Iuv.* 5,109) anno 65 coniuravit contra Neronem detectisque consiliis abruptis venis se ipse occidit *Tac. ann.* 15, 48—59, cf. 14, 65; cf. *Marini* p. 73: quod si verum est, idem est qui commemoratur 57 58 59 60 63.

L. CALPVRNIVS [PISO P]ONTIFEX frater Arvalis 14; pontifex consul *Marini Arv. p.* 13; — fuit consul a. 739 *fasti Colot. C. I. L.* 1 *p.* 467, IV; *fasti ms*; — legatus Pamphyliae *Dio* 54, 34; — legatus Caesaris Augusti triennio cum Thracibus bellavit iisque in pristinum pacis modum redactis decus triumphale meruit *Vell.* 2, 98; cf. *Liv. epit.* 140; *Tac. ann.* 6, 10; *Dio* 54, 34; — praefectus urbi per annos quindecim ab a. 17 ad a. usque 32 *Tac. ann.* 6, 10 ad eumque *Borghesius apud Nipperdeium;* cf. *Vell. l. c.*; octogenarius obiit et publico funere ex decreto senatus celebratus est *Tac. l. c.* — De moribus eius cf. *Plin. n. h.* 14, 145; *Suet. Tib.* 42.

L. [CALPVRNIVS] PISO cos. a. 753 cum Cosso Cornelio Lentulo *fasti mag.*; *fasti collegii C. I. L.* 1 *p.* 473, XI; *Or.* 2966; *C. I. Gr.* 2943. — In senatu decrevit, ut iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur a. 16 *Tac. ann.* 2, 32; — a. 16 cedere urbe testatus, auctoritate tamen Tiberii a propinquis retentus est *l. c.* 34; — a. 20 adfuit Cn. Pisoni reo occisi Germanici *l. c.* 3, 11; — a. 22 eius sententia in senatu de Silano in insulam Gyarum relegando *l. c.* 3, 68; — a. 24 maiestatis reus opportuna morte decessit *l. c.* 4, 21. — Potest esse praetor aerarii *Henzen* 6455; sed cf. ad *C. I. L.* 6, 1265.

L. CALPVRNIVS PISO cos. cum M. Licinio Crasso Frugi a. 27 27; *fasti mag.*; *Or.* 156 3056 3796. = *C. I. L.* 6, 251; *Tac. ann.* 4, 62.; — filius Cn. Pisonis et Plancinae *Dio* 59, 20; — praenomen Gnaei post damnationem patris mutavit *Tac. ann.* 3, 17; — pater consulis a. 57 *Plin. ep.* 3, 7, 12; — videtur esse urbis praefectus is, ad quem rescripsit C. Caesar imperio potitus a. 37 *Ioseph. antiqq.* 18, 6, 10, cf. *l. c.* 5; cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 49 *p.*

293, *opp.* 3 *p.* 323; — procos. a. 40 rexit Africam, eiusque potentiam cum timeret C. Caesar, Numidas et legionem a provincia proconsulari disiunxit *Dio l. c.*; id quod propter metum M. Silani factum esse rectius tradit *Tac. hist.* 4, 48, videturque evenisse ita, ut Silano revocato provinciam Africam detracta Numidia primus obtinuerit Piso. De re cf. *ann. inst. arch.* 1860 *p.* 26 *seqq.* — Solebat dicere neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset *Plin. ep.* 3, 7, 12. Cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

L. CALPVRNIVS L. F. PISO frater Arvalis, dicitur L. Piso L. f. 58 59, omnibus nominibus 59 60 63; — magister a. 59 59. — Filius consulis a. 27 *Plin. ep.* 3, 7, 12. Fuit cos. designatus a. 56 *Tac. ann.* 13, 28; cos. ordinarius cum Nerone II a. 57 *l. c.* 31; *Mommsen I. N.* 4246 = *Henzen* 6617; — curator aquarum inde ab a. 60 usque ad a. 63 *Frontin. de aquaed.* 102; — cum aliis duobus consularibus praepositus vectigalibus publicis a. 62 *Tac. ann.* 15, 18; — procos. Africae a. 69 interfectus a Valerio Festo *Plin. ep.* 3, 7, 12; *Tac hist.* 4, 49 50: cf. *Mommsen index nom. ad Plin. Keilii s. v.* Minus recte *de Vit Onomast. s. v.* proconsulem Africae pro filio habet consulis a. 57, perperam consularem Neronianum fuisse ratus L. Pisonem illum, de quo Plinius l. c. dicit. — In actis constanter dicitur *Lucii filius*, eaque nota distinguitur a L. Pisone alio, eo fortasse qui postea a Galba adoptatus est.

L. (CALPVRNIVS PISO) FRVGI LI[CINIANVS] filius naturalis M. Licinii Crassi *Tac. hist.* 1, 15; *Plut. Galba* 23; — non videtur adoptatus esse in gentem Calpurniam, ut vulgo credunt, sed nomina accepisse a L. Calpurnio Pisone Frugi avo paterno naturali *(Mommsen ephem. epigr.* 1872 p. 148); — natus est a. 38; — diu exul fuit *Tac. hist.* 1, 48; — maritus fuit Veraniae *Plin. ep.* 2, 20, 2; *Tac. hist.* 1, 47; *Plut. Galba* 28; — a Galba testamento in bona et nomen adscitus, deinde a. 69 pro contione adoptatus *Sueton. Galba* 17 cf. *Tac. hist.* 1, 14 *seq.*; — dictus Ser. Sulpicius Galba Caesar 69; — occisus cum Galba *Tac. hist.* 1, 39 *seqq.*; *Plut. Galba* 27; *Sueton. Otho* 6.

P. CALVISIVS . . . . RVSONIS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 87 87.

C. CA[LVISIVS SABINVS] cos. a. 26 cum Cn. Cornelio Lentulo Cosso Gaetulico *fasti mag.*; *Or.* 4046; *C. I. L.* 2, 2093; — a. 32 maiestatis postulatus, sed exemptus discrimini *Tac. ann.* 6, 9; — legatus Pannoniae *Dio* 59, 18, cf. *Plut. Galba* 12 et *Tac. hist.* 1, 48; — a. 39 inde reversus cum uxore Cornelia et denuo accusatus se ipsum interfecit *Dio l. c.* Cf. *Borghesi ann. inst. arch.* 1848 *p.* 266, *opp.* 5 *p.* 154 *seq.*

L. CANINIVS GALLVS frater Arvalis 27 35 36 *Tib. B.*; magister collegii 36. Fuit quindecimvir sacris faciundis *Tac. ann.* 6, 12; cf *Marini p.* 44. Potest etiam fuisse cos. suf. a. 752 *Mon. Ancyr.* 3, 31 *ed. M.* et III vir monetalis *Borghesi ann. inst. arch.* 1848 *p.* 237, *opp.* 5 *p.* 127.

L. CARMINIVS LVSITANICVS cos. suf. a. 81 cum M. Petronio Umbrino *XVIII k. Octobr.* 81.

[Ca]rpus publicus Cornelianus promotus ad tabulas quaestorias transcribendas 155.

[CARS]IDIVS SA[CERDOS] praetor urbanus *fasti mag.* — A. 23 reus, tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, absolvitur *Tac. ann.* 4, 13; — tamquam scelerum Albucillae particeps in insulam deportatur *l. c.* 6, 48.

[CA]SSIVS AGRI[PPA?] cos. suf. a. 130 cum . . . . . Quarti[no] *XIIII k. Apr.* 130. Cognomen desumpsi ex *C. I. L.* 2, 2212, quo legitur titulus Cassii cuiusdam Agrippae procuratoris Augusti: supplementa tamen incerta sunt.

L. CA[SSIVS] (LONGINVS) cos. suf. a 11 *fasti mag.*; *fasti Capitol.*; *(fasti Antiat. C. I L.* 1 p. 475*)*; *Or.* 2489.

L. CASSIVS (LONGINVS) cos. cum M. Vinicio a. 30 *fasti mag.*; *fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; de genere eius *Tac. ann.* 6, 15. — Tiberius uxorem

ei dedit Drusillam Germanici filiam a. 33 *l. c.*, quam abductam in modum iustae uxoris habuit Caligula *Suet. Cal.* 24. — Male confundi eum cum C. Cassio procos. Asiae a. 41 notat *Waddington fastes p.* 124, nisus loco *Dionis* 59, 29, qui hunc Gaium vocat.

C. CATELIVS MODESTINVS frater Arvalis magister factus *Marc. E.*

CN. CATILIVS SEVERVS frater Arvalis proflamen a. 183 183. Vix potest idem esse atque frater Arvalis is qui commemoratur 213 218: quem in consilio fuisse Severi Alexandri *Lampridius Al.* 68 narrat; cf. *Marini* p. 356.

L. CATILIVS SEVERVS cos. II cum T. Aurelio Fulvo a. 120 120; *Or.* 2946. — Primum consulatum suffectus sub Traiano gesserit necesse est ob eumque anno aeque incerto proconsulatum Asiae obtinuit *C. I. Gr.* 3509; — Hadrianus, reliquiis Traiani Romam dimissis, Antiochiam regressus, dum ipse per Illyricum Romam redit, Syriae eum praeposuit *Spart. Hadr.* 5; — inde reversus consulatum alterum gessit. Praefectura urbis fungebatur, cum Antoninus ab Hadriano adoptatus est, sc. a. 138; adoptionemque illam factam esse cum doleret, quippe qui sibi ipsi pararet imperium, ea re prodita, successore accepto dignitate privatus est *l. c.* 24. In eum graviter invectus est Hadrianus *l. c.* 15. Fuit proavus maternus M. Aurelii Augusti *Capitol. Marc.* 1. Cf. *Waddington fastes p.* 204.

TI. CATIVS CAESIVS FRONTO frater Arvalis 101 105; — cos. a. 96 cum M. Calpurnio . . . . . aco *a. d. VI Oct. privil. veter. C. I. L.* 3, *p.* 861, XVIII; cf. *Dio* 68, 1. — Defendit in senatu reos Marium Priscum a. 99 *Plin. ep.* 2, 11, 3 18; Iulium Bassum a. 103 vel 104 *id.* 4, 9, 15; Varenum Rufum anno fere 106 *id.* 6, 13, 2. Num idem sit qui celebratur a *Martiale* 1, 55, item is, quem de re militari Homeri scripsisse tradit *tactica* quae dicitur *Aeliani* 1, non satis constat. Cf. *Mommsen index nom. ad Plinium Keilii* et *Borghesi memorie dell' inst. arch.* 1 *p.* 45 *seq.*, *opp.* 3 *p.* 381 *seq.*

L. CEIONIVS COMMODVS cum D. Novio Prisco cos. a. 78 78. De coniuge eius Appia Severa cf. *Or.* 2260 et *Borghesi Giorn. arcad.* 1819, 1 *p.* 63 *seqq.*, *opp.* 3 *p.* 10 *seqq.* Fuit proavus maternus L. Veri *Marini p.* 157; *Borghesi l. c.*

TI. CLAVDIVS AGRIPPINVS frater Arvalis 155.

M CLAVDIVS MARCELL(VS) [AESERNINVS] praetor peregr. a. 19 *fasti mag.*; — unus ex quinque viris qui ex s. c. terminarunt ripam Tiberis inter a. 15 et 24 *C. I. L.* 6, 1237 = *Grut.* 197, 3; — commemoratur nomine Marcelli Aesernini a. 20 inter eos, quos patronos petiit Cn. Piso *Tac. ann.* 3, 11; 11, 6. Cf. de eo consulatuque anno incerto administrato *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 75, *opp.* 3 *p.* 346.

L. CLAVDIVS MODESTVS frater Arvalis proflamen 155; flamen nominatur *Marc. E.*

CLAVDIVS POMPEIANVS cos. a. 231 cum T. Flavio Pelignano 231; *Brambach I. Rh.* 1034.

TI. CLAVDIVS SACERDOS IVLIANVS frater Arvalis, magister collegii a. 101 101; — cos. suf. cum L. Roscio Aeliano a. 100 *C. I. L.* 6, 451 (*Or.* 782).

CL(AVDIVS) SVLPICIANVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 183 183: filium fuisse Flavii (Claudii?) Sulpiciani (v. infra) coniecit *Marinius p.* 391.

C. CLODIVS LICINVS cos. suf. a. 4 cum Cn. Sentio Saturnino *fasti mag.*; *fasti Gabini C. I. L.* 1, 473, XII; *C. I. L.* 6, 1263 1264 (*Or.* 3260).

Q. CLOD[IVS RV]FINVS frater Arvalis, magister collegii a. 193 193: commemoratur inter nobiles sine causae dictione occisos a Septimio Severo *Spart. Sev.* 13.

[M. COCCEIVS] NERVA cos. II a. 90 cum Domitiano XV 90; — praetor designatus a. 65 *Tac. ann.* 15, 72; — triumphale decus et super triumphales in foro imagines apud Palatium effigies obtinet *l. c.*; — cos. a. 71 cum Vespasiano III *fasti cons. ms.*; *Or.* 1634. — In titulo *Henzeniano* 5435 dicitur salius Palatinus, sevir turmae . . equi-

tum Romanorum, quaestor urbanus, sodalis Augustalis, augur, deficientibus honoribus ceteris ob lapidem fractum. Est is qui postea imperavit.

[SER. CO]RNELIVS CETHEGVS cos. a. 24 cum L. Visellio Varrone *fasti mag.; titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *Tac. ann.* 4, 17.

SER. CORNELIVS DOLABELLA (PETRONIANVS) cos a. 86 cum Domitiano Augusto XII, cui suffectus est C. Secius Campanus *XI k. Febr.* 86; *XIII k. Mart. privil. veter. C. I. L.* 3 *p.* 856, *XIII; Grut.* 5, 2 = *C. I. L.* 6, 398; *Capitol. Ant. P.* 1. — Videtur fuisse filius P. Cornelii Dolabellae interfecti iussu Vitellii (*Tac. hist.* 2, 64) ex Petronia uxore, quae fuerat Vitellii: cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 86, *opp.* 3 *p.* 356 — Errore confudi cum eo, qui nominatur *Henzen* 5999, qui potest fuisse filius eius.

[. . CORNELIVS DOLA]BELLA VERANIANVS unus ex pueris senatorum filiis a. 105 ministrantibus 105: potest fuisse nepos Dolabellae Petroniani.

P. CORN[EL]IVS GEMINVS frater Arvalis 119 122; magister collegii 122.

[CN. CORNELIV]S CN. F. LENTVLVS AVGVR magister fratrum Arvalium a. 14 14. Fuit consul a. 740 cum M. Licinio Crasso *Or.* 2562 4714; *Henzen* 7137 (= *I. N.* 2258); *Mon. Ancyr.* 3, 23 (titulus *Or.* 1411 spurius est; cf. *Mommsen I. N.* 207*). — Cn. Lentulus augur divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent *Seneca benef.* 2, 27; cf. *Sueton. Tib.* 49; — divo Augusto debebat omnia incrementa sua *Seneca l. c.*; — a. 753 procos. Asiae *C. I. Gr.* 2943; commemoratur a. 22 a *Tac. ann.* 3, 59, et quamquam senectutis extremae, etiam a. 24 in vivis fuit *id.* 4, 29; cf. *Dio* 57, 24. Cf. *Borghesi opp.* 5 *p.* 300 et 310; *Waddington fastes p.* 101.

[COSSVS CORNE]LIVS (omnibus nominibus CN. CORNELIVS LENTVLVS COSSVS cf. *Dio*) cos. a. 753 cum L. Calpurnio Pisone augure *fasti mag.*; *Or.* 2966. Fuit triumvir monetalis post a. 736 (cf. *Borghesi opp.* 5 *p.* 300). Solet haberi pro Gaetulorum victore, a quo Gaetulici nomen ad posteros pervenerit (cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 49 *p.* 292, *opp.* 3 *p.* 324): sed pro verbis quae sunt *de Gaetulis*, apud *Tacitum ann.* 4, 44 videtur legendum esse *de Getis* de iisque triumphalia meruisse Lentulus: ad quam expeditionem referri possunt ea, quae de Lentulo contra Dacos misso Danubiumque transgresso *Florus* 2, 28 refert, quae collato *Dione* 55, 30 anno 6 p. C. *Mommsenus res gestae divi Augusti* p. 89 tribuit. Quod si recte fecit, hic certe Lentulus nequit fuisse is qui de Gaetulis triumphalia meruit (*Dio* 55, 28), cum bellum contra Gaetulos et ipsum a. 6 gestum sit, et victor Gaetulorum alius fuit Lentulus, fortasse consul a. 736. Quod si minus placet, emendandus est locus Taciti in eoque reponendum id quod antea ibi legebatur, sc. *de Gaetulis.* (Ceterum aliter omnino *Borghesius opp.* 5, 301 et *Nipperdeius ad Tac. l. c.* res de Getis et Dacis narratas ordinarunt, Cn. Lentulum hunc statuentes esse eum qui a. 736 fasces gesserat, ad annumque 744 referentes, quae de transdanuviana Lentuli expeditione *Florus l. c.* tradidit.) — Mortuus est a. 25 *Tac. l. c.*

COSSVS CORNELIVS LENTVLVS (omnibus nominibus CN. CORNELIVS LENTVLVS COSSVS) cos. a 25 cum M. Asinio Agrippa *fasti mag.; titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475, *Or.* 2546; *Tac. ann.* 4, 34. — Hic haberi solet pro praefecto urbis facto a Tiberio, de quo *Seneca ep.* 12, 1, 15 (cf. *Borghesi Giorn. arc.* 1831, 49 *p.* 292 *seq.*, *opp.* 3 *p.* 324): contra dicit *Nipperdeius ad Tac. ann.* 4, 44, quod consul a. 778 minor tum fuerit aetate, quam qui praefectura urbana honorari potuerit. Creditur fuisse eum filium maiorem victoris Gaetulorum *Borghesi l. c.*

CN. (CORNELIVS) [LE]NTVLVS GA[ETVLI]C(VS) praetor peregrin. a. 23, cos. a. 26 *fasti mag.; Tac. ann.* 4, 46 Victoris Gaetulorum filius is, qui in testimonium victoriae patris cognomen Gae-

tulici obtinuit *Vell.* 2, 116, quo ipsum patrem ornatum esse negat *Marinius p.* 87 *seq.* — Cos. designatus a. 25 Aquiliam adulterii delatam lege Iulia damnavit *Tac. ann.* 4, 42; — per decem annos legatus Germaniae superioris *Tac. ann.* 6, 30; *Dio* 59, 22; — accusatus coniurationis a. 39 in Germania iussu Caligulae interfectus est *Dio l. c.; cf. acta* 39; *Sueton. Claud.* 9; *Galba* 6. — De eius carminibus *Plin. ep.* 5, 3, 5; cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

CN. [CORNELIVS] LENTVLVS GAETVLICVS frater Arvalis 55: perperam consulem putant *Marinius p.* 85 et *Borghesius fasti inediti;* cf. ad a. 55.

COSSVS [CORNELIVS] LENTVLVS COSSI FILIVS cos. a 60 cum Nerone IIII 60; *C. I. L.* 6, 396 = *Grut.* 8, 5; Cossus Cossi f. *Frontin. aqu.* 102; Cornelius Cossus *Tac. ann.* 14, 20; omnibus nominibus dicebatur Cn. Cornelius Lentulus Cossus, filius autem videtur fuisse consulis a. 25. — Filia eius potest fuisse Cornelia ex familia Cossorum virgo Vestalis capta a. 63 *Tac. ann.* 15, 23.

P. [CORNELIVS LENTVLVS] SCIPIO cos. suf. a. 24 cum C. Calpurnio Aviola *fasti mag.* — Fuit fetialis, pontifex, legatus legionis nonae Hispanae, legatus Ti. Caesaris Augusti, praefectus aerarii, consul *C. I. L.* 5, 4329 = *Or.* 2275. Legioni nonae Hispanae praefuit a. 22 sub Iunio Blaeso contra Tacfarinatem bellum gerente *Tac. ann.* 3, 74, cf 3, 9. Cf. *Borghesi Burbul. p.* 12, *opp.* 4 *p.* 113, qui *opp.* 6 *p.* 47 recte consulatum eius anno 24 tribuit.

P. [CORNELIVS] LE[NTVLVS?] cos. suf. cum C. Sall[ustio] a. 27 *fasti mag.:* sed non constat, num re vera Lentulus quidam ignotus indicatus fuerit.

L. [CORNELIVS] FAVSTVS SVLLA praetor peregrinus a. 29 (ubi dicitur *L. Sulla*), — cos. suf. a. 31 (ubi dicitur *Faustus Sulla*) *fasti mag.* Videtur esse idem, nec obstat, quod vario modo nominatur, cum non uno tempore fasti incisi sint. Potest fuisse L. Sulla nobilis iuvenis, de quo questus est apud senatum Domitius Corbulo, quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset *Tac. ann.* 3, 31.

[L. CORNELIVS SVLLA] FELIX videtur esse Felix is, qui valetudine impeditus ad sacra deae Diae facienda non poterat adesse, fortasse flamen collegii, cum non fuerit magister 21: cf. *Marini p.* 28, qui eum habet aut pro consule a. 33 (*fasti Nolani I. N.* 1968; *Tac. ann.* 6, 15; *Murat.* 303, 1), aut pro consule a. 52 (*privil. vet. C. I. L.* 3 *p.* 844, 1; *Tac. ann.* 12, 52; *Frontin. aqu.* 13), perperam puto, cum neuter a. 21 iam possit inter Arvales cooptatus fuisse.

FAVSTVS CORNELIVS SVLLA FELIX frater Arvalis 55 57 58 (omisso cognomine *Felicis*); — cos. a. 52 cum L. Salvidieno Rufo Salviano cf. caput quod praecedit; — maritus Antoniae Claudii Aug. f. *Sueton. Claud.* 27; cf. *Tac. ann.* 13, 23; — deferuntur consensisse Pallas et Burrus de Sulla ad imperium vocando a. 55 *Tac. l. c.;* — Massiliam in exilium actus a Nerone a. 58 *l. c.* 13, 47, unde in actis a. 58 nomen eius non legitur nisi initio, postea omittitur; — iussu Neronis interficitur Massiliae a 62 *l. c.* 14, 57.

M. CORNVTVS v. M. CAECILIVS CORNVTVS.

M. COSSONIVS EGGIVS MARVLLVS cos. a. 184 cum Cn. Papirio Aeliano 183; *I. N.* 4222 = *Or.* 1547; *C. I. L.* 6, 723 = *Henzen* 6038; *Henzen* 6151; *Or.* 884; *C. I. L.* 2, 2554. Exiit a. 169 e collegio saliorum Palatinorum *Marini* 166; cf. *Borghesi Bull. arch. napol. III p.* 99 *seqq.*, *opp.* 4 *p.* 510 *seqq.*

M. CRAS[SVS FRVGI] v. M. LICINIVS CRASSVS FRVGI.

T. CVRTILIVS MANCIA frater Arvalis 55; perperam consulem huius anni faciunt *Marini p.* 85 et *Borghesi fasti inediti*; cf. ad a. 55. — Legatus Germaniae superioris annis 56 — 58; cf. *Phlegon fr.* 56 *ed. M.* et *Tac. ann.* 13, 56.

CN. DOM[ITIVS AFER vel CORBVLO] frater Arvalis *Claud. B.* AFER: Origine Nemausensis *Hieron. ad a. Abr.* 2062; — praetor a. 25 *Tac. ann.* 4, 52; cos. suf. a. 39 *Dio* 59, 20; — curator aquarum ab a. 49 ad a. 59 *Frontin. aq.* 102; —

obiit a. 59 *Tac. ann.* 14. 19: *Hieron. l. c.* aetate provectus *Quintil.* 12, 11. 3; — testamentum eius et heredes *Plin. ep.* 8, 18. 5 7; — actiones eius et eloquentia *id.* 2, 14, 10—12; *Quintil.* passim; *Tac. ll. cc. et ann.* 4, 66; *dial.* 13 15; *Dio* 60, 33 *cf. Burmann anthol.* 2, 56. Scripsit de eo post Borghesium *Giorn. arcad.* 1819. 1 *p.* 373 376. *opp.* 3 p. 45 47 *Mommsenus ind. nom. ad Plin. Keilii.* — Corbulo, si forte indicatus hic est, praetorius fuit iam a. 21, postea inquisitioni de fraudibus mancipum per vias Italiae a C. Caesare Augusto praepositus *Tac. ann.* 3, 31; *Dio* 59, 15; — cos. suf. a. 39 *Dio l. c.* et 20; — sub Claudio ob nimiam in mancipes severitatem accusatus *l. c.* 15; — legatus Germaniae inferioris a. 47 *Tac. ann.* 11, 18; *Dio* 60, 30; — res ab eo contra Germanos gestae *l. c.* 18 *seqq.*; — legatus Cappadociae a Nerone in Armeniam ad bellum contra Parthos gerendum mittitur a. 54 *l. c.* 13, 8; — res ab eo contra Parthos gestae enarrantur passim a *Tacito libris* 13 14 15 et *a Dione* 62, 19—23; 63, 6; — occiditur a Nerone a. 67 *Tac. hist.* 2, 76; *Dio* 63, 17.

CN. DOMITIVS AHENOBARBVS frater Arvalis 27 33 *Tib. B* 38 39; — cos. a. 32 cum Camillo Arruntio *fasti mag.*; *fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; *Or.* 689 = *C. I. L.* 1, 769; *Henzen* 6165 — pater Neronis *Suet. Nero* 6; decessit sub C. Caesare circa a. 39 *l. c.*; — edictum de celebranda memoria eius 55; — celebrabatur natali eius 57 58.

L. DOMITIVS CN. F. AHENOBARBVS frater Arvalis 14; — maritus Antoniae maioris *Suet. Ner.* 5 (minoris *Tac. ann.* 4, 44; 12, 64 minus recte; cf. *Borghesi ann. inst. arch.* 1849 p. 31, *opp.* 5 *p.* 190) Antonii triumviri ex Octavia filiae; aedilis a. u. c. 722 *Suet. Nero* 4 cf. *Dio* 54, 2; — praetor et consul equites matronasque in scaenam produxit, venationes et in circo et in omnibus urbis regionibus dedit, munus etiam gladiatorium, sed tanta saevitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere *Suet. l. c.*; — cos. a. u. c. 738 *fasti Colot. C. I. L.* 1 *p.* 466; *Dio* 54, 19; — exercitu flumen Albim transcendit longius penetrata Germania quam quisquam priorum, easque ob res insignia triumphi adeptus est *Tac. ann.* 4. 44; *Sueton. l. c.*; — de moribus eius *Vell.* 2, 72; aliter *Sueton. l. c.*: — decessit a. 25 *Tac. l. c.*

DOMITIVS ANLL . . . (?) frater Arvalis 221.

C. DVCENIVS PROCVLVS cos. suf. a. 87 cum C. Bellico Natali Tebaniano *XIIII, k. Iun.* 87; cf. *Relazione* p. 46, ubi legitur titulus, ut videtur, filii eius.

[E]arinu[s] publicus ad fratres Arvales adlectus 101.

[L. EG]GIVS [L. F. COR. AMBIBVLVS POMPEIVS LONGINVS CASSIANVS L. MAECIVS POSTVMVS] cos. a. 126 126; nomina eius et honores plene recensentur in titulo Aeclanensi *I. N.* 1110 = *Henzen* 6006, ex eoque discimus ante consulatum eum fuisse decemvirum stlitibus iudicandis, tribunum militum legionis Claudiae piae fidelis, sevirum equitum Romanorum, adlectum a Traiano inter patricios, quaestorem candidatum eiusdem, legatum (proconsulis) provinciae Macedoniae, praetorem candidatum, Salium Collinum, flaminem Claudialem.

EGNATIVS CAPITO magister fratrum Arvalium *Marc. E*; — consularis occisus a Commodo *Lamprid. Comm.* 4, fortasse a. 182 *Marini* p. 492.

M. EGNATIVS POSTVMVS cos. suf. a. 183 cum M. Herennio Secundo *III id. Maias* 183; ignotus.

Epictetus Cuspianus publicus 155.

L. FABIVS FORTVNATVS frater Arvalis 224 (ubi semel dicitur M pro L) 231; aliunde ignotus; incertum utrum sit idem, an filius eius:

[L. FABIVS] FORTVNATVS VICTORINVS frater Arvalis 241.

M. FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS frater Arvalis 119 155 (ubi semel errore dicitur OCTAVIANVS) ignotus.

PAVLLVS FABIVS Q. F. MAXIMVS frater Arvalis 14; — cos. cum Q. Aelio Tuberone a. 743 *Plin. n. h.* 8, 65; *Dio* 54, 32; *fasti ms.*; — ante consulatum legatus Caesaris in Hispania *C. I. L.*

2, 2581 (qui titulus exaratus est ante a. 727, cum Caesar nondum Augustus dictus sit).

PAVLLVS FABIVS PERSICVS frater Arvalis 21 35 36. *Tib. B.* 38 39. *Claud.* A. (inter 43 et 48): videtur fuisse magister a. 35, cum in actis eius anni primo loco referatur. Fuit etiam pontifex et sodalis Augustalis *tit. Ephes. C. I. L.* 3, 6073; cf. *Relazione p.* 7; 'sacerdos non in uno collegio' *Senec. de benef.* 4, 30; — cos. cum L. Vitellio a. 34, cf. *Marini Arv. p.* 45; *I. N.* 2273 = *Henzen* 7051; *Tac. ann.* 6, 28; *Dio* 58, 24; *fasti ms.*; — 'nobilissimum virum, amicum meum' dicit Claudius *in oratione de iure honorum Gallorum*; — de moribus eius *Seneca l. c.* — Propter titulum ab Ephesiis ei positum Asiam eum pro consule rexisse probabiliter coniecit Waddington *fastes p.* 125.

M[. . . . . F]AVSTVS cum Q. Pomponio Marcello cos. suf. a. 121 *VII id. April.* 120.

M. FLAVIVS ALPINVS frater Arvalis 213 218 220; magister collegii 213.

[T.] FLAVIVS ARCHELAVS vel ARCHESILAVS frater Arvalis 218 219 220 224; magister iterum creatus 219; magisterio iterum fungitur 220. Potest fuisse proconsul Achaiae, si quidem recte ad eum refertur titulus Graecus Olympiae repertus, editus a. *Beuleio missions scientif.* 2, 1851 *p.* 559, repetitus inde a *Goettlingio progr. univ. Ien.* 1853 et *Peterseno Philol. suppl.* 1, 1860 *p.* 198, in quo proconsulatus tamen mentio non fit.

T. FL[AVIVS PELIGNIANVS] cos. a. 231 cum Claudio Pompeiano 231; cf. *Marini p.* 701 et *Brambach C. I. Rh.* 1034.

T. FLAVIVS SABINVS cos. a. 69 cum Cn. Aculeno Caelio Sabino *pr. k. Maias* 69 (cf. *Mommsen Ephem. epigr.* 1872 *p.* 191); *Tac. hist.* 1, 77; — cos. II a. 72 cum C. Licinio Muciano III . . . . *Maias* 72; *Marini p.* 129. — Consul designatus a. 69 ab Othone rector copiis missus est, quibus Macer praefuerat *Tac. hist.* 2, 36; ad Vitellium post victoriam transit *l. c.* 2, 51.

L. FLAVIVS SILVA NONIVS BASSVS cos. a. 81 cum Asinio Pollione Verrucoso 80 et 81; *Murat.* 318, 1; *Fea fasti* 8, 18; *Dio* 66, 26 cet.; cf. *Borghesi Giorn. arc.* 1826 t. 32 *p.* 166, *opp.* 3 *p.* 180 *seqq.* Post capta Hierosolyma legatus Iudaeae Masadam castellum expugnavit *Ios. b. Iud.* 7, 8.

CN. FLA[VI]VS STRAB(O) praetor urbanus *fasti mag.* 31.

T. FL(AVIVS) SVLPICIANVS frater Arvalis 183 186 193; — consul anno incerto *Herod.* 2, 6, 8; — praefectus urbi factus a Pertinace genero a. 193 *Dio* 73, 7; cf. *Capitol. Pert.* 13; — Pertinace interfecto agit cum praetorianis de imperio sibi conferendo *Dio* 73, 11; *Herod.* 2, 6, 8; — destituitur a Didio Iuliano *Spart. Iul.* 3; — interficitur iussu Septimii Severi ut fautor Albini *Dio* 75, 8; cf. *Spart. Sev.* 13, ubi dicitur Claudius, ob eamque rem Flavium Claudium eum appellatum esse posuit *Marinius p.* 391.

[C. FONTE]IVS [C. F. CAPITO] cos. a. 12 cum Germanico Caesare *fasti mag.*; *fasti Capit. C. I. L.* 1, *p.* 442; *Antiat. ibd. p.* 475; *C. I. L.* 6, 761 = *Or.* 18; *Grut.* 623, 3. — Proconsul Asiae fuit a. fere 23—24, cum anno 25 absolutus sit, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenum *Tac. ann.* 4, 36; cf. *Waddington fastes p.* 115.

C. FVFIVS G[EMINVS] cos. a. 29 cum L. Rubellio Gemino *fasti mag.*; *fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; *Or.* 4837; *Henzen* 6854; *Murat.* 301, 4; *Tac. ann.* 5, 1. — Fufius gratia Augustae floruerat et ob amicitias muliebres increpatur oblique a Tiberio a. 29 in epistula, qua excusavit, quod supremis in matrem officiis defuisset *Tac. ann.* 5, 2; a. 32 eum interfectum esse iussu imperatoris inde apparet quod necata est Vitia mater, quia filii necem flevisset *l. c.* 6, 10.

C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS frater Arvalis, omnibus nominibus appellatus 81: brevius C. IVNIVS T. M. 78 80 81, C. IVNIVS MEFITANVS 78 81; C. TADIVS M. 78; magister collegii 81.

C. F[V]LCINIVS TRIO praetor peregr. a.

24, cos. suf. cum P. Memmio Regulo a. 31 *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033. — 'Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat avidumque famae malae' *Tac. ann.* 2, 28; — accusat Libonem a. 16 *l. c.* 28 30; — Pisonem a. 20 *l. c.* 3, 10; — dissensiones inter Trionem et Memmium collegam a. 31 *l. c.* 5, 11; — ob amicitiam Seiani accusatus se interficit *Dio* 58, 25.

M. FVLVIVS APRONIANVS promagister fratrum Arvalium 155.

L. FVLVIVS C. F. POM(*ptina*) .... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN .... VALERIVS MAXIMVS POMPEIVS L .... VALENS CORNELIVS PROCVLVS .... AQVILIVS VEIENTO, magis notus nomine C. Bruttii Praesentis, cos. II. a. 180 cum Sex. Quinctilio Condiano 180; cf. *Or.* 2877: leguntur nomina eius et honores in titulo mutilo *I. N.* 217 = *Henzen* 5488, ex eoque discimus fuisse eum tribunum mil. legionis III Gallicae ab Antonino Pio donis, ut videtur, militaribus honoratum, quaestorem Augusti, praetorem, comitem imperatorum M. Aurelii et Commodi expeditionis Sarmaticae, sodalem Hadrianalem, Antoninianum, Verianum, Marcianum, proconsulem provinciae nescio cuius. Fuit pater Crispinae Augustae Commodi *l. c.*; *Capitol. M. Aur.* 27; *Dio* 71, 33.

Q. FVLVIVS GILLO BITTIVS PROCVLVS frater Arvalis 101 105 117 118 120 (ubi simpliciter dicitur Q. BITTIVS PROCVLVS). Proconsulem Asiae eum fuisse sub Traiano ex titulo quodam Graeco nondum edito Ephesi reperto Mommseno rettulit Waddingtonius, ad eum pertinere putans nummum Hyrcanorum, quem cum antea Vettio Proculo tribuisset (*fastes p.* 180 seq.), postea agnovit scriptum in eo esse non BET, sed BIT. Potest fuisse filius M. Fulvii Gillonis cos. a. 76 *C. I. L.* 3 *p.* 853, X.

M. FVRIVS CAMILLVS [ARRVNTIVS SCRIBONIANVS] frater Arvalis 38, promagister 40 (si quidem recte posuimus eius nomen ibi abrasum esse; cf. ad 40); cos. a. 32 cum Cn. Domitio Ahenobarbo *fasti mag.* (ubi *Camillus Arrun*[*tius*] appellatur); nomineque abraso *fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033 *et Or.* 689; *C. I. L.* 1, 769 = *Henzen* 6165. — Legatus Dalmatiae 'bellum civile movit contra Claudium, sed intra quintum diem oppressus est legionibus, quae sacramentum mutaverant, in paenitentiam religione conversis' *Sueton. Claud.* 13; fusius rem enarrat *Dio* 60, 15, qui Camillum in insulam Issam fugisse ibique se ipsum occidisse tradit, legiones vero VII et XI tunc Claudias pias fideles appellatas esse, cf. *Tac. ann.* 12, 52; *hist.* 2. 75; *Plin. ep.* 3, 16, 7.9. *Sueton. Claud.* 35. A Volaginio quodam gregario milite Camillum interfectum esse narrat *Tac. ann. l. c.* — De genere, adoptione, nominibus eius *Mommsen Hermes* 3 *p.* 133 *seq.* cf. *p.* LII not.

...... GALLVS cos. suf. tertio nundino a. 119 118; ignotus: fortasse filius Rubrii Galli cos. suf. a. 103 (cf. *Mommsen Hermes* 3 *p.* 45, 5) vel Ap. Annii Trebonii Galli cos. a. 108.

Q. GAV[IVS] STAT[IV]S HELVIVS POLLIO unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus 118; 120 (omisso nomine Statii.)

[. ...... G]RAC[CHVS] praetor peregrinus a. 37 *fasti mag.*; quod cognomen si recte expletum est, Sempronium eum fuisse probabile est, diversum tamen ab eo, qui commemoratur a *Tac. ann.* 4, 13; 6, 16.38.

[D.] HATERIVS AGRIP[PA] cos. a. 22 cum C. Sulpicio Galba *fasti mag.*; *fasti Lunens. C. I. L.* 1 *p.* 476; *titulus Scirti l. c. p.* 475; *Tac. ann.* 3, 52. Fuit tribunus plebei a. 15 *Tac. ann.* 1, 77; praetor suffectus in locum Vipstani Galli defuncti a. 17 *l. c.* 2, 51; — propinquus Germanici *l. c.* cf. *Borghesi Ann. inst. arch.* 1848 *p.* 231, *opp.* 5 *p.* 120; — consul desig. a. 21 in senatu condemnat Lutorium Priscum *Tac. l. c.* 3, 49; — illustribus viris perniciem meditabatur *l. c.* 6, 4; — de moribus eius *l. c.*

T. HATERIVS NEPOS [ATINAS PROBVS PVBLICIVS MATENIANVS] frater Arvalis

118 120; magister factus in a. 121 120. Omnibus nominibus, si quidem titulum recte ad eum rettulimus, appellatur in titulo Fulginate in eoque dicitur consul (sc. suffectus a. incerti), pontifex, triumphalibus ornamentis honoratus *Borghesi Ann. inst. arch.* 1846 *p.* 312, *opp.* 5 *p.* 3; cf. *Ann. l. c. p.* 335, *opp. l. c. p.* 25. Diversus est a T. Haterio Nepote cos. a. 134, legato Pannoniae superioris a. 138 (*C. I. L. privil. vet.* XXXIV et XXXVI); cf. *Bull. inst. arch.* 1857 *p.* 17.

[HELVIVS PERTIN]AX IVN(IOR) unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 186 186.

C. HERENN[IVS D]O[L]ABELLA cos. suf. ultimo nundino a. 119 120.

HERENNIVS ORBIANVS frater Arvalis *Ant. P. A.* Avus potest fuisse vel proavus Gnaeae Seiae Herenniae Sallustiae Barbiae Orbianae Aug. coniugis Alexandri Aug.

M. HERENNIVS SECVNDVS cos. suf. a. 183 cum M. Egnatio Postumo *III idus Maias* 183.

IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS magister fratrum Arvalium a. 241 241. Potest fuisse Iasdii Domitiani leg. Daciarum aut filius aut frater is, qui cum eo titulum patri po suit *Ann. inst. arch.* 1852 *p.* 315, 39 = *C. I. L.* 6, 1428; cf. *C. I. L.* 3, 797 798.

TI. IVLIVS ALEXANDER IVLIANVS frater Arvalis 118 119; — legatus legionis a. 116, cum Seleuciam cum Erucio Claro expugnaret *Dio* 68, 13, eamque ob causam videtur cum eodem consul suffectus factus esse a. 117: cf. *fasti;* eodem anno consulatum suffectum ei tribuunt *Noris epist. consul.* 2 *p.* 120 *(inedita)* et *Borghesi fasti ined.* — Filius videtur fuisse neposve Tiberii Iulii Alexandri eius, qui circa a. 68 praefectus Aegypti *(C. I. Gr.* 4957), deinde Vespasiani praetorio praefectus fuit (Ios. *b. Iud.* 6, 4, 3; cf. *Renier, conseil de guerre tenu par Titus* cet. *p.* 31 *seq.).*

C. IVLIVS BASSVS cos. suf. cum Cn. Afranio Dextro *a. d. III idus Maias a.* 105 *C. I. L.* 3 *p.* 865, *XXII*, *Henzen* 6857 — *XVI k. Iun.* 105. Fuit quaestor Bithyniae *Plin. ep.* 4, 9, 6; — accusatus sub Vespasiano *l. c.* 4, 9, 1; — a Domitiano relegatus *l. c.* 4, 9, 2; — a Nerva revocatus *l. c.* 4, 9, 2; — procos. Bithyniae *ep. Plin. et Trai.* 56. 57; — de nummo eius cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii s. v.* ex schedis Borghesii; — ex ea provincia accusatus defenditur a Plinio et Vareno Rufo absolviturque a. 103 vel 104 *Plin. ep.* 4, 9 . 5, 20, 1 . 6, 29, 10, actis tamen eius rescissis *ep. Plin. et Trai.* 56, 4. Cf. *Mommsen l. c.*

TI. IVLIVS CANDIDVS frater Arvalis 105 117 118 119 120 139. Commemoratur *Plin. ep.* 5, 20, 4. — *Mommsenus ind. nom. ad Plin. Keilii s. v.* statuit esse aut Ti. Iulium Candidum Marium Celsum aut filium, ut videtur, huius Ti. Iulium Candidum Caecilium Simplicem; minus recte, cum Marius ille Celsus omissis nominibus hisce non nominetur nisi semel in actis a. 89, ubi errorem subesse quadratarii cetera eorum capita ostendunt; Caecilius autem Simplex constanter commemoretur una cum Iulio Candido, cuius nomen, cum post nomen illius scribi soleat, vix potest indicare patrem. Praeterea Marius Celsus, qui inde ab a. 72 inter Arvales videtur referri, non potest fuisse in collegio ad annum usque 139, quo Ti. Iulius Candidus et Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex una nominantur.

TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX frater Arvalis 105 117 118 120; magister creatus in a. 106 105, in a. 119 118; magister III 139. Potest fuisse frater eius qui praecedit.

TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS frater Arvalis 72? 75 80 81 87 89 *Dom. C* 101 105; magister collegii 75 89; flamen factus in a. 88 87. Omissis nominibus quae sunt Marius Celsus non nominatur nisi semel 89; cf. *Ti. Iulius Candidus;* nominibus transpositis *Ti. Iulius Celsus Marius Candidus* dicitur 87. Fuit cos. cum Sex. Octavio Frontone a. 86 a. d. III idus Maias *C. I. L.* 3 *p.* 857, *XIV* = *Henzen*

5433; cos. iterum cum C. Antio A. Iulio Quadrato a. 105 105; *Or.* 3651. — Legatus Augusti pr. pr. Galatiae a. incerto *C. I. L.* 3, 250.

L. IVLIVS CATVS inter fratres Arvales cooptatus 118; proflamen 120.

L. IVLIVS FLAVIANVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 120 120.

TI. IVLIVS FRVGI frater Arvalis, promagister *Marc. E.*

M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS frater Arvalis magister factus in a. 214 213; magister 214; — perperam a *Marinio p.* 509 habetur pro patre Severi Alexandri; cf. *Relazione p.* 77 et *Hirschfeld Goett. Gel. Anz.* 1869 *p.* 1512.

C. IVLIVS IVVENALIS cum M. Roscio Coelio cos. suf. a. 81 *IIII k. Apriles* 81.

L. IVLIVS MARINVS CAECILIVS SIMPLEX frater Arvalis 91 101 *Trai. A*; — cos. suf. cum L. Arruntio Stella a. 101 *Or.* 784; cf. *Mommsen Hermes* 3 *p.* 123 *seqq.*

C. IVLIVS MAXIMVS frater Arvalis, promag. 155.

A. IVLIVS QVADRATVS frater Arvalis 72 78 86 87 89 *Dom. C. Marinius p.* 162 credit fuisse C. Antium A. Iulium Quadratum eum, qui cos. fuit a. 93 et 105 (cf. *supra),* qui mihi potius videtur esse filius illius.

C. IVLIVS SEVERVS cos. a. 155 cum M. Iunio Rufino Sabiniano 155; *I. N.* 1951 = *Henzen* 7167; *Or.* 4370; *Renier I. A.* 2162. Honores eius enarrantur *C. I. Gr.* 4029. Fuit autem decemvir (errore scriptum est πεντεκαιδέκανδρος) stlitibus iudicandis, equo publico, tribunus legionis quartae Scythicae, quaestor kandidatus, tribunus plebei kandidatus, quindecimvir sacris faciundis, praetor urbanus, legatus legionis trigesimae Ulpiae victricis, curator viae Appiae, consul, legatus pro praetore Syriae Palaestinae. *Borghesius* minus recte proconsulatum Asiae ei tribuit (*Giorn. arcad.* 1824, 12 *p.* 70, *opp.* 3 *p.* 119); cf. *Waddington chronologie de la vie d'Aristide p.* 12 *seqq.*

L. IVLIVS SEVERVS cos. suf. cum . . . . Severo a. 155 *III idus Decembr.* 155.

C. IVLIVS SILANVS frater Arvalis cooptatus 86; magister 87; cos. suf. k. Sept. a. 92 *fasti Ost. Henzen* 6446. Commemoratur in titulo liberti ipsius *C. I. L.* 3, 5831 (cf. *additam p.* 1050) = *Murat.* 1033, 6; cf. *Borghesi Ann. inst. arch.* 1849 *p.* 71, *opp.* 5, 231. — Ara dedicata magisterio eius 87.

M. IVNIVS HERMOGENES frater Arvalis 220; ignotus.

T. IVNIVS MONTANVS cos. suf. cum L. Vettio Paullo a. 81 *(k. Mais a.* 81*)* 80, *XVI k. Iunias* 81; *III k. Iul. C. I. L.* 6, 328 = *Grut.* 50, 3: cf. *Marini p.* 217.

M. IVNIVS RVFINVS [SABINIANVS] cos. a. 155 cum C. Iulio Severo 155; *I. N.* 1951 = *Henzen* 7167; *Or.* 4370; *Renier I. A.* 2162; — proconsul Asiae anno incerto *inscr. Graeca ined. apud Waddington fastes p.* 233; qui proconsulatum eius a. fere 170 tribuit, quod hoc anno statua dedicata est filiae eius.

[C.]APPIVS IVNIVS SILANVS frater Arvalis 38; magister collegii 39; cos. a. 28 cum P. Silio Nerva *fasti mag.*; *I. N.* 1943 = *Henzen* 6135; *Plin. n. h.* 8, 145; *Tac. ann.* 4, 68; — socer Ti. Claudii Caesaris Augusti (utpote maritus Domitiae Lepidae matris Messalinae cf. *Dio* 60, 14) *Senec. apoth. Claudii* 11; perperam appellatus consocer Claudii a *Sueton. Claud.* 29, cf. *Mommsen Ephem. epigr.* 1872 *p.* 58 *seqq.* contra *Borghesium Ann. inst. arch.* 1849 *p.* 26 *seqq., opp.* 5 *p.* 186 *seqq.*; — maiestatis postulatus a. 32, sed exemptus testimonio Celsi tribuni cohortis urbanae *Tac. ann.* 6, 9; — legatus Hispaniae Tarraconensis a. 42 revocatur a Claudio et maritus datur matri Messalinae (cf. *supra),* mox interfectus instigantibus Messalina ac Narcisso liberto *Dio* 60, 14; cf. *Sueton. Claud.* 37; *Tac. ann.* 11, 29. — De duplice eius praenomine cf. *Borghesi* et *Mommsen ll. cc.*

L. [IVNIVS] SILANVS [TORQVATVS] frater Arvalis *Claud. A.* De eo post *Borghesium ll. cc. p.* 34 et 193 rectius egit *Mommsenus Ephem.* 1872 *p.* 62. Dicitur abnepos Augusti (sc. M. Silani et

Aemiliae Lepidae f.) *Senec. apoth.* 10; — Marci cos. a. 46 frater *Tac. ann.* 13, 1; — Claudius ei despondet Octaviam filiam minorem a. 41 *Dio* 60, 5; *Tac. ann.* 12, 1; — ornamentis triumphalibus ornatur in triumpho Britannico a. 44 annum agens vicesimum primum *Tac. ann.* 12, 3; *Sueton. Claud.* 24; *Dio* 60, 31; — vigintiviratu functus et praefectura urbis feriarum Latinarum *Dio* 60, 5, quinquennio ante iustum tempus a. 48 praeturam inter cives et peregrinos gessit *Dio l. c.* et 31, cf. *Henzen* 5425 et *Tac. ann.* 12, 4; — dolo Agrippinae per edictum Vitellii censoris ordine senatorio motus: simul affinitatem Claudius diremit adactusque Silanus eiurare magistratum *Tac. l. c.*; cf. *Sueton. Claud.* 27 29; — a. 49 ineunte mortem sibi ipse conscivit *Tac. l. c.* 8; cf. *Dio* 60, 31; *Senec. apoth.* 8 10 11; *auctor Octaviae v.* 150. — Ad eum titulos Atticum *C. I. Gr.* 369 et Tusculanum *Volpi Lat.* 8 *p.* 154 (inde *Borghesi ll. cc. p.* 70 et 229) recte rettulit *Mommsenus Ephem. l. c.* Ex illo triumvirum monetalem et quaestorem Claudii Augusti Silanum, item cognomen Torquato ei fuisse discimus; hic praetorem peregrinum eum fuisse confirmat, neque tamen cum ceteris, quae de eo cognita habemus, satis convenit id, quod annos natus XVII ornamenta triumphalia obtinuisse dicitur.

M. [IVNIVS] SILANVS C. F. frater Arvalis 38. Fuit cos. suf. a. 15 *C. I. L.* 1, 762 763; multum valuit sub Tiberio *Tac. ann.* 3, 24 52; 6, 2; *Dio* 59, 8. Filia Iunia Claudilla a. 33 nupsit Gaio nepoti Tiberii ei, qui postea imperavit *Tac. ann.* 6, 20. Iussu Gaii periit manu sua a. 38 *Dio* 59, 8; *Tac. Agric.* 4; *Sueton. Gai.* 23; *Philo leg. ad Gaium* 8, 9; *Senec. apoth.* 11. Tempus mortis declaratur actis Arvalium a. 38 ad cooptationem pertinentibus eius qui ei successit. Cf. *Mommsen Ephem.* 1872 *p.* 60 *seq.*

M. [IVNIVS. M. F.] SILANVS frater Arvalis 40. *Claud. A.* — Videtur esse abnepos divi Augusti *Plin. n. h.* 7, 58, frater L. Silani generi Claudii; cos. a. 46, collega M. Valerii Asiatici iterum cos. *Dio* 60, 27; cf. *Mommsen l. c. p.* 61 et *Borghesi Ann. inst. arch.* 1849 *p.* 33, *opp.* 5 *p.* 192 *seq.* *Pecus aurea* solebat dici a Caligula *Tac. ann.* 13, 1; — procos. Asiae a. 54 per dolum Agrippinae veneno sublatus est *l. c.*, cf. 13, 33; *Dio* 61, 6: cf. *Waddington fastes p.* 129. Perperam olim (*Relazione p.* 11) confudit eum Mommsenus cum M. Silano cos. a. 19 proconsule Africae *Tac. hist.* 6, 48, ut notavit ipse *Ephem. l. c.*

C. IVNIVS TADIVS MEFITANVS vid. C. FVFIVS IVNIVS. T. M.

LABERIVS MAXIMVS procurator (sc. vel amphitheatri, vel ab imperatore deputatus ad loca in amphitheatro assignanda, cf. *Marini p.* 224), praefectus annonae 80; — a. 71 fuerat procurator Iudaeae *Ios. b. Iud.* 7, 6, 6.

C. LAECANIVS praetor urbanus a. 32 *fasti mag.*; potest fuisse pater C. Laecanii Bassi cos. a. 64.

A. LARCIVS MACEDO cos. cum Verre quodam mense Maio a. 122 122; — eodem anno legatus Cappadociae *C. I. L.* 3, 310 313, cf. *Bull. inst. arch.* 1862 *p.* 68. Minus recte olim anno 121 tribui *Relazione p.* 73; cf. nunc ad acta a. 122.

P. LE[NTVLVS?] vid. P. CORNELIVS LENTVLVS.

L. [LIC]INIVS B[ARBA]RVS cos. suf. cum L. Pomponio Basso *post diem III k. Iun.* 118.

M. LICINIVS CRASSVS FRVGI praetor urbanus suf. a. 24 *fasti mag.*; cos. cum L. Calpurnio Pisone a. 27 *fasti mag.*; *acta a.* 27; *Or.* 156 3056; *C. I. L.* 6, 251 = *Or.* 3796; *Tac. ann.* 4, 62. Ante consulatum fuit curator locorum publicorum iudicandorum *C. I. L.* 6, 1266 = *Grut.* 200, 6: cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 94 *seq.*, *opp.* 3 *p.* 364.

C. LICINIVS MVCIANVS frater Arvalis, ut videtur, 70; tertium cos. cum T. Flavio Sabino iterum consule 72; *Marini p.* 129. De nominibus eius cf. *Borghesi biblioteca ital. t.* 97, 1840 *p.* 12 *seqq.*, *opp.* 4 *p.* 345 *seq.*, et *L. Brunn de C. Licinio Muciano, Lipsiae* 1870 *p.* 7 *seq.* De eius primordiis

Tac. hist. 1, 10; — ob amicitiam Messalinae eum a Claudio ad expeditionem Armeniacam missum esse suspicatus est *Borghesius ll. cc. p.* 15 et 349; — de locis in Asia ab eo aditis *Plin. n. h. passim;* cf. *index s. v. Mucianus;* — legatus Lyciae *Plin. n. h.* 12, 9; 13, 88; — cos. a. incerto *Borghesius ll. cc. p.* 16 et 350; — legatus Syriae *Tac. hist.* 1, 10 76; 5, 26; — de rebus a Muciano gestis in bello Vespasiani contra Vitellium *Tac. hist. passim; Dio* 65, 9 *seq.;* 'triumphalia de bello civium data, sed in Sarmatas expeditio fingebatur' *Tac. hist.* 4, 4; cf. 3, 46; — 'urbem ingressus cuncta simul in se traxit. fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia' (*Tac. hist.* 4, 11) 'initia principatus et statum urbis regebat' *Tac. Agric.* 7; cf. *Dio* 65, 22; 66, 2; — caesi iussu eius Calpurnius Galerianus *Tac. hist.* 4, 11; L. Piso procos. Africae *l. c.* 48; filius Vitellii *l. c.* 80; — cos. iterum post mortem Vitellii *Plin. n. h.* 35, 163; sc. a. 70 cum Petillio Ceriali *Borghesi ll. cc. p.* 17 *seq.* et 351 *seq.;* cf. *Ios. b. Iud.* 4, 2; — cos. III a. 72 cf. supra. — vita cessit postea quam colloquium habitum est quod Tacitus in dialogo de oratoribus enarrat *Tac. dial.* 37, ante quam Plinius naturalem historiam Tito dedicaret *Plin. n. h.* 32, 62; hoc autem factum est a. 77 *(Plin. n. h. praef.)*, illud a. 76 evenisse Urlichsius statuit *Festgruss d. philol. Ges. zu Würzburg an die XXI Versamml. deutscher Philologen, Würzburg* 1868 *p.* 1 *seqq.* Mortuus igitur est exeunte a. 76 vel ineunte a. 77; cf. *Brunn l. c. p.* 17 *seq.* qui disseruit etiam de opere eius, quo passim Plinius usus est: *l. c. p.* 18 *seqq.*

M. LICINIVS NEPOS frater Arvalis 139. Potest fuisse Licinius Nepos praetor a. 105 commemoratus a *Plinio ep.* 5, 9 13, qui dixit in senatu in causa Vareni Rufi 6, 5: cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

Q. LICINIVS NEPOS frater Arvalis 183 186 *Comm. A* 193, magister collegii 183: ignotus.

L. LORENIVS CRISPINVS frater Arvalis 231. Videtur esse Crispinus is, qui cum Menophilo contra Maximinum Aquileiam defendit *Herod.* 8, 2 *seq.; Capit. Maxim.* 21 22: cf. *Borghesi decad.* 15 *p.* 54, *opp.* 2 *p.* 232. Eius habemus titulum a. 244 dedicatum *Fea fasti p. LXXXVII = C. I. L.* 6, 1447.

M. MAECIVS CELER COS suf. a. 101 cum Q. Servaeo Innocente *VI k. Mai.* 101.

L. MAECIVS POSTVMVS frater Arvalis 69 72 75 78 86 87 89 90 91 *Dom. B* 101 105; promagister primis mensibus imperii Vitellii 69, item 72. Videtur distinguendus esse ab eo, qui fasces gessit cum Vicirio Martiale *Marini p.* 129, si quidem recte ad aetatem Traiani hi consules referuntur *C. I. L.* 2, 2344; cf. *Huebner ad titulum hunc* et *Marini p.* 161.

P. MANILIVS . . . . frater Arvalis 241.

P. MANLIVS CARBO frater Arvalis cooptatus 120; flamen vel proflamen 122.

. . . . . ILIVS MARCIANVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 87 87.

Q. MAR[I]VS CELSVS praetor peregr. a. 31 *fasti mag.*

C. MATIDIVS PATRVINVS vid. C. SALONIVS M. F.

P. MEMMIVS REGVLVS frater Arvalis 38, fortasse eo anno cooptatus (cum non nominetur prioribus actorum capitibus, posterioribus saepe commemoretur); 57 58 59 60; promagister 55. Perperam olim habui pro C. Memmio Regulo marito Lolliae Paulinae abductae ei a C. Caesare Augusto *(Sueton. Cal.* 25; *Dio* 59, 12; cf. *Relazione p.* 14 et quae postmodum exposui in *Ephem. epigr.* 1872 *p.* 219). Fuit autem P. Memmius Regulus cos. suf. a. 31 *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968; — de parte quam in opprimendo Seiano habuerit *Dio* 58, 9 *seqq.*; — a Trione collega perstringitur ut segnis ad opprimendos Seiani ministros *Tac. ann.* 5, 11; — a. 36 legatus pr. pr. factus Achaiae, Macedoniae, Moesiae *Dio* 58, 25, in eaque legatione videtur mansisse

usque ad aetatem Claudii: fuit certe in Achaia a. 40 *Ioseph. ant. Iud.* 19, 1, 1; cf. *Hertzberg Gesch. Griechenl.* 2, 8. De titulis eius quibusdam cf. *Dittenberger Ephem. epigr.* 1872 *p.* 109 *seq.* et *Henzen l. c. p.* 219; decessit a. 61 *Tac. ann.* 14, 47.

MESSALLA cos. ord. a. 214 cum C. Octavio Appio Suetrio Sabino 214; Or. 4555; *Henzen* 6046: videtur esse Silius Messalla anno 219 ab Heliogabalo occisus *Dio* 79, 5.

P. METILIVS SABINVS NEPOS frater Arvalis 105 118. Ad eum scripsit *Plinius ep.* 4, 26, item, ut videtur, 2, 3; 3, 16; 6, 19. Maximae provinciae praefuturus est *l. c.* 4, 26, 2. Cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.* Vita functus sit necesse est anno 118 ineunte vel sub finem anni 117, cum a. d. IIII k. Mart. in locum eius cooptatus sit L. Iulius Catus 118.

P. METILIVS [P. F. CLA.] SECVNDVS frater Arvalis 117 118 122; *Fabr.* 197, 470; magister collegii 117. Honores quibus functus est recensentur in titulo Alsiensi *Fabr.* 197, 470 (cf. *Marini Arv. p.* 771 *seqq.*) sic: tri[umvir a. a. a. f. f., vel capitalis], [trib]unus [militum leg.] VII geminae p. f., sevir equitum Romanorum, [quaestor] imp. Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici [Dacici], trib. [plebis], praetor, legatus Aug. leg. VI Claudiae piae et fidelis, [legatus] imp. Caesaris Traiani Hadriani Aug. [pro praetore] legionis III Augustae et exercitus Africani (sc. anno 124, cf. *Murat.* 2008, 3), curator operum locorumque publicorum, legatus Augusti provinciae alicuius, cuius nomen excidit. Consul videtur fuisse paucis annis post a. 124, cum legati exercitus Africani sive Numidiae in urbem reversi fasces suscipere soleant. Fuit etiam pontifex. — Cum legatus esset Numidiae, viam a Carthagine stravit Thevesten *Murat.* 2008, 3, ad eandemque aetatem pertinent tituli eius Lambaesitanus et Thamugadensis *Renier I. A.* 3 et 1483.

L. NAEVIVS [SVRDINVS] cos. suf. a. 30 cum C. Cassio Longino *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033.

Narcissus Annianus publicus 87.

[SEX. vel A. NO]NIVS QVINCTILIANVS COS. suf. kalendis Iuliis a. 38 cum Ser. Asinio Celere 38; cf. *Frontinus aqu.* 102 *ed. Bücheler.* De eo perperam disputavi in *Relazione p.* 13, in errorem inductus eo, quod acta a. 38 tribui tum anno 39. — Ad Quinctilianum videtur referri posse id, quod ad a. 32 *Tacitus ann.* 6, 12 narrat de Quinctiliano quodam tribuno plebei, qui rettulit ad patres de libro Sibullae, quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter ceteros eiusdem vatis et de ea re senatus consultum postulaverat.

[L. N]ORBANVS [BALBVS] cum M. Iunio Silano cos. a. 19 *fasti mag., fasti Lunenses C. I. L.* 1 *p.* 476, *titulus Scirti ibd. p.* 475, *Tac. ann.* 2, 59, *Dio* 57, 18 (ubi simpliciter dicitur L. NORBANVS), additoque cognomine BALBI *I. N.* 2898 = *Or.* 2883, *Ann. inst. arch.* 1849 *p.* 57, *Henzen* 6432.

C. NORBANVS [FLACCVS] praetor urbanus a. 11 *fasti mag.;* cos. cum Druso Caesare a. 15 *fasti Antiates* et *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *I. N.* 3568 = *Henzen* 5636; *Tac. ann.* 1, 55.

D. NOVIVS PRISCVS cos. a. 78 cum L. Ceionio Commodo 78. Marinius *Arv. p.* 56 habuit pro eo, qui cum septem aliis curatoribus tribus Sucusanae iuniorum Paci Augustae basim posuit *Grut.* 104, 6 = *C. I. L.* 6, 199: perperam, cum curatores illos humiliore loco natos et ex parte certe libertos vel libertinorum filios fuisse ipsa eorum cognomina manifesto indicent.

L. NOVIVS RVFVS cos. suf. a. 186 *VI. k. Iun.* 186. Fuit legatus Augusti pr. pr. Hispaniae Tarraconensis a. 193 *C. I. L.* 2, 4125, partium Albini, ut videtur, in ea provincia princeps (cf. *Borghesi Bull. inst. arch.* 1855 *p.* LIII) ob eamque causam interfectus iussu Severi *Spart. Sev.* 13. Commemoratur etiam *Dig.* 28, 5, 92.

NOVIVS SEVERVS PIVS frater Arvalis 218, magister 213.

Nymphius Numisianus publicus fratrum Arvalium 87.

[C. OCTAVIVS APP(IVS) S(VE)TRIVS] SABINVS cos. a. 214 cum Messalla 214; *Or.* 4555; *Henzen* 6046. *C. I. L.* 3, 3428 3429; cf. Desjardins *Revue archéologique* 1873 *p.* 65 *seqq.* Omnibus nominibus nominatur in titulo Aquinati *Ephem. epigr.* 1 *p.* 130, collatisque eo et fragmento Casinati *I. N.* 4237 = *Henzen* 6482 honoribus eum discimus functum esse his: sevir fuit turmarum equestrium, quaestor candidatus, tribunus plebis candidatus, praetor de liberalibus causis, legatus provinciae Africae regionis Hipponiensis, curator viae Latinae novae, iuridicus per Aemiliam et Liguriam, legatus legionis XXII primigeniae piae fidelis, praepositus vexillariis Germanicae expeditionis (*sc. Caracallae* a. 213 *per limitem Raetiae)*, comes Augusti nostri, legatus Augusti nostri provinciae Raetiae *(videtur fuisse legatus Raetiae, cum praeponeretur vexillariis ad bellumque Germanicum iuberetur pergere)*, consul ordinarius, iudex ex delegatu principum in provincia Dalmatia? item Pannoniae? inferioris *(in titulo Aquinati est:* iudex ex delegatu cognitionum Caesarianarum), praefectus alimentorum, electus ad corrigendum statum Italiae, legatus Augusti pro praetore Pannoniae inferioris, augur, pontifex Cf. *Mommsen Ephem. l. c*

C. OCTAVIVS VINDEX cos. a. 184 *(XVI k. Iun.)* 183

M. OSTORIVS SCAPVLA cos. suf. a. 59 cum T. Sextio Africano *III idus Septembres* 59. — In Britannia sub auspiciis patris legati provinciae a. 50 servati civis decus meruit *Tac. ann.* 12, 31; — a. 62 ob probrosa adversus principem carmina vulgata in convivio apud eum Antistius Sosianus praetor a Cossutiano Capitone maiestatis delatus et in exilium actus est *Tac. ann.* 14, 48; — idem a. 66 Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari ad principem scripsit *l. c.* 16, 14, missoque ad eum centurione in Liguriam Ostorius se ipse occidit *l. c* 15.

A. PACONIVS SABINVS cos. suf. cum A. Petronio Lurcone a. 58 *IIII idus Octobr.* 58.

Q. PACTVMEIVS FRONTO cos. suf. cum L. Aelio Plautio Lamia a. 80 80.

T. PACTVMEIVS MAGNVS cos suf. a. 183 cum L. Septimio Fla . . . 183; — occisus circa a. 190 iussu Commodi *Lamprid. Comm.* 7; — filia eius Pactumeia Magna commemoratur *Dig.* 28, 5, 92. Cf. *Marini Arv. p.* 401.

SEX. PAPINIVS [ALLENIVS] praetor peregr. a. 27, cos. cum Q. Plautio a. 36 *fasti mag.* cf. *Tac. ann.* 6, 40. Omnibus nominibus nominatur *C. I. L.* 5, 2823, ibique honores eius recensentur sic: trib. mil., quaestor, legatus Ti. Caesaris Augusti, tribunus plebei, praetor, legatus Ti. Caesaris Augusti pro praetore (sc. provinciae alicuius, consul, quindecimvir sacris faciundis. Filius eius potest fuisse is, de cuius exitu *Tac. ann.* 6, 49 refert.

CN. PAPIRIVS AELIANVS cos. cum L. Cossonio Eggio Marullo a. 184 183; *I. N.* 4222 = *Or.* 1547; *C. I. L.* 6, 723 = *Henzen* 6038; *Henzen* 6151; *Or.* 884; *C. I. L.* 2, 2554.

[CN. PEDANIVS] FVSCVS [SALI]NATOR cos. cum Hadriano Augusto II 118, *C. I. Gr.* 1732. Pedanius Fuscus Salinator procos. Asiae, quem nuper in titulo Graeco Ephesino repertum esse Waddingtonius nuntiavit Mommseno, potest esse cos. a. 118, aut Fuscus is, de quo dixit idem Waddingtonius *fastes p* 168 *seq.* Fuit genere patricio *Plin. ep.* 6, 26, 1; — Plinius eum instituit *l. c.* 6, 11; 7, 9; — causas agere incipit *l. c.* 6, 11; — Iulius Servianus filiam ei despondet *l. c.* 6, 26. — Fuscus, quem quod imperium praesagiis et ostentis agitatus speraret, in summa detestatione ab Hadriano habitum esse *Spartianus Hadr.* 23 narrat, nescio, utrum pater fuerit, an filius una cum Serviano interfectus *Dio* 69, 17. Cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

. . PEDVCA[EV]S SAENIANVS cos. suf. a 89 fortasse cum P. Sallustio Blaeso *mense Maio* 89; cf. *Gori I. E.* 1, 75, 213.

P. PESCENNIVS NIGER frater Arvalis 183. *Comm. A* Videtur esse frater C. Pe-

scennii imperatoris, quamvis dubitet *Marinius Arv.* 392, utrum ipse sit imperator duobus fortasse praenominibus usus, an frater eius ignotus.

P. PETRONIVS cos. suf. a. 19 *fasti mag.;* cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1831, 54 *p.* 90, *opp.* 3 *p.* 360 et *ann. inst. arch.* 1855 *p.* 9.

M. PETRONIVS CREMVTIVS [M. Petroni] Umbrini unus ex pueris ministrantibus a. 87 87.

A. PETRONIVS LVRCO cos. suf. a. 58 cum A. Paconio Sabino *IIII idus Octobr.* 58.

[C. PETRONIVS PO]NTIVS NI[GRINVS] cos. a. 37 cum Cn. Acerronio Proculo *fasti mag.; C. I. L.* 2, 172 = *Or.* 3665.

P. PETRONIVS PRISCVS frater Arvalis 183 193; electus magister in a. 184 183.

M. PETRONIVS VMBRINVS cos. suf. a. 81 cum L. Carminio Lusitanico *XVIII k. Octobr.* 81.

A. PLATORIVS NEPOS cos. suf. cum Hadriano Augusto III a. 119 118. Omnibus nominibus dicitur A. Platorius A. f. Serg. Nepos Aponius Italicus Manilianus C. Licinius Pollio, honoribus autem functus est his: in urbe fuit triumvir capitalis, tribunus plebei, praetor, consul; extra urbem tribunus militum legionis XXII primigeniae piae fidelis, quaestor provinciae Macedoniae candidatus divi Traiani, curator viarum Cassiae Clodiae Ciminiae novae Traianae, legatus legionis I adiutricis, legatus pro praetore provinciae Thraciae, legatus pro praetore provinciae Germaniae inferioris, legatus Augusti pro praetore provinciae Britanniae (sc. a. 124 cf. *privil. veter. C. I. L.* 3, *XXX p.* 872 = *Henzen* 5455). Fuit etiam augur. Cf. *C. I. L.* 5, 877 = *Or.* 822. Ad legationem eius Britannicam pertinent tituli *C. I. L.* 7, 660—663, 713. Nominatur inter amicos Hadriani *Spart. Hadr.* 4, postea tamen cum aliis hostium loco ab eo habebatur *l. c.* 15 et 23.

. . . PLAVT[IVS] praetor peregr. a. 2 *fasti mag.*

A. PLA[VTIVS] cos. suf. a. 29 *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; — legatus Britannia devicta ovans rediit *Tac. ann.* 3, 32; primus ex consularibus Britanniae praepositus *Tac. Agr.* 14; de bellis ab eo contra Britannos gestis cf. *Dio* 60, 19 *seqq.;* — uxorem Pomponiam Graecinam superstitionis externae ream insontem nuntiavit *Tac. ann.* 13, 32.

Q. PLAVTIVS cos. a. 36 cum Sex. Papinio 36; *Tac. ann.* 6, 40.

M. PLAVTIVS SILVANVS praetor urbanus a. 24 *fasti mag.* Eodem anno incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit et reus frustra temptato ferro venas praebuit exsolvendas *Tac. ann.* 4, 22. De eo cf. *Borghesi opp.* 5, 308.

. . PLOTIVS GRYPVS cos. suf. a. 88 cum L. U . . . . . (*XVI k. Maias*) 87. Perperam habui pro eo, ad quem carmen misit *Statius silv.* 4, 9 (cf. *Relazione p.* 48): in praefatione enim libri quarti, quae scripta est anno 95, *maioris gradus iuvenem* eum appellat: cf. *Hirschfeld Gött. Gel. Anzeigen* 1869 *p.* 1512.

C. POBLICIVS MARCELLVS cos. suf. cum T. Rutilio Propinquo a. 120 *VI k. Iun.* 120. Legatus Syriae tempore rebellionis Iudaicae contra Iudaeos videtur exercitum duxisse *C. I. Gr.* 4033 4034.

[A.] POLLENIVS AVSPEX frater Arvalis, magister collegii anno incerto *Comm. A.* Legatus Moesiae nominatur in nummis Nicopolitanis sub Septimio Severo *Borghesi Decad. XV p.* 345 *seqq.*, *opp.* 2 *p.* 233 *seqq.*

M. POMPEIVS A . . . . . unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 118 118.

. . POMPEIVS augur, frater Arvalis 14.

CN. POMPEIVS Q. F. frater Arvalis 14 non liquet quis sit; cf. *Marini Arv. p.* 14.

CN. POMPEIVS MAGNVS frater Arvalis: dicitur MAGNVS POMPEIVS *Claud. A.* Ei in matrimonium dedit Claudius a. 41 Antoniam filiam *Suet. Claud.* 27; *Dio* 60, 5; iussu autem eiusdem occisus est a. 47 *Suet. Claud.* 29; cf. *id. Cal.* 35; *Senec. lud.* 11, 4; 13, 5.

L. POMPEIVS VOPISCVS cos. suf. a. 69 cum L. Verginio Rufo II *k. Mart.* 69; cf. *Ephem. epigr.* 1872 *p.* 190. *Bor-*

ghesius opp. 5, 524 perperam dicit consulem iterum.

L. POMPEIVS VOPISCVS L. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER frater Arvalis 75 80 81 91 *Dom. C;* magister collegii factus *Dom. C;* dicitur vel L. POMPEIVS CATELLIVS CELER, vel L. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER 90. Fuit consul suf. a. 72 cum M. Arruntio Aquila *Or.* 4031: *Marinius Arv. p.* 149 perperam confundit cum consule a. 69.

T. POMPONIVS ANTI[ST]IANVS cos. suf. cum L. Pomponio Silvano a. 121 (*mense Maio*) 120.

L. [PO]MPONIVS BASSVS cos. suf. a. 118 cum L. [Lic]inio? Barbaro 118.

[L. POMPO]NIVS [FLACCVS] cos. a. 17 cum C. Caelio Rufo *fasti mag.; fasti Antiates* et *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *fasti Lunenses ibd. p.* 476: *Tac. ann.* 2, 41; cf. *nota ad C. I. L. l. c.* et *Ann. inst. arch.* 1855 *p.* 12 *seq.* Fuit ante consulatum legatus legionis in Moesia sub auspiciis Poppaei Sabini *Ovid. ep. ex Ponto* 4, 9, 75 *seqq.* cf. *Tac. Ann.* 1, 80; post fasces gestos a. 19 ipse Moesiae praefectus est *Vell.* 2, 129; *Tac. Ann.* 2, 66; — anno 32 legatus Syriae factus (cf. *Borghesi Giorn. arcad.* 1847, 112 *p.* 236 *seqq.*, *opp.* 5 *p.* 85 *seqq.; Zumpt comm. epigr.* 2 *p.* 129) in ea provincia vita functus est a. 33 *Tac. ann.* 6, 27; cf. etiam *Ann. inst. arch.* 1855 *p.* 12 *seq.* — Cum eo et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit Tiberius *Suet.* 42. — Legationis eius Syriacae mentionem facit *Ioseph. A. I.* 18, 6, 2.

[C. POMPONIVS] GRAECIN[VS] frater Arvalis: videtur cooptatus esse 21. Fuit cos. suf. a. 16 cum C. Vibio Libone *fasti Antiates C. I. L.* 1 *p.* 475; cf. *Ann. inst. arch.* 1855 *p.* 12. Ad eum litteras misit Ovidius *ex Ponto* 1, 6; 2, 6; 4, 9; cf. *Amores* 2, 10.

Q. POMPONIVS MARCELLVS cos. suf. cum M . . . . . . Fausto a 121 (*VII. id. April.*) 120.

L. POMPONIVS SILVANVS cos. suf. cum T. Pomponio Antistiano a. 121 120.

C. PORCIVS PRISCVS frater Arvalis, magister collegii 224 231. Videtur esse C. Porcius C. f. Quir. Priscus Longinus *Grut.* 458, 6 (*Marini Arv. tab.* 61, cf. *p.* 789 *seqq*), qui dicitur fuisse decemvir stlitibus iudicandis, allectus inter quaestorios, ab actis senatus, aedilis curulis, allectus inter praetorios, proconsul Lyciae Pamphyliae, consul *cet.*

Q. POSTVMIVS CAI (CAE? CAL?) frater Arvalis 66.

PRASTINA . . . . frater Arvalis *Alex. B.* Prastina quidam Messallinus legatus Moesiae in nummis Marcianopolitanis aetatis Philippi imperatoris commemoratur *Borghesi Bull. arch. nap.* 2 *p.* 115; cf. *Ann. inst. arch.* 1858 *p.* 78.

. . . . PRIMVS frater Arvalis 155.

Primus Cornelianus publicus a commentariis fratrum Arvalium 214 218 221.

. . . . PRISCVS cos. suf. a. 87 *IIII idus Septembr.* 87. Potest fuisse Marius Priscus natione Baeticus *Plin. ep.* 3, 9, 3; cos. *l. c.* 2, 11, 12; accusatus a. 99 a. Plinio repetundarum nomine provinciae Africae, quam pro consule rexerat, damnatusque; actum deinde in senatu, an praeterea inter sicarios accusandus esset *l. c.* 2, 11; 3, 4, 8, 9, 2.4; 6, 29, 9; *ad Trai.* 3a. 6; *Iuven.* 1, 49; 8, 120; cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

Proculus calator 155.

SEX. [QVINCTILIVS CONDIANVS] cos. a. 180 cum C. Bruttio Praesente 180: fuit filius Quinctilii Maximi interfecti a Commodo a. 182 de iisque, quae postmodum passus sit, dicit *Dio* 72, 6; cf. *Lamprid. Comm.* 5, *Henzen* 6057.

T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS frater Arvalis 14 21 27; magister collegii 21. Videtur esse cos. a. 2 *fasti Gabini C. I. L.* 1 *p.* 473 (cf. *l. c.* et *Marini Arv. p.* 15 et 17), qui cum P. Cornelio Lentulo Scipione arcum fecit *C. I. L.* 6,1385 = *Grut.* 187, 4; sub Tiberio praeses curatorum locorum publicorum iudicandorum *C. I. L.* 6, 1266 = *Grut.* 200, 6.

M. RAECIVS TAVRVS frater Arvalis *Nero A.* 69.

. . . . . . re]bilvs apro[nianvs] cos. cum Nigro quodam 117: fortasse ex gente Caninia.

. . . . . . s reg(vlvs) praetor peregr. a. 752 *fasti mag.*

m. roscivs coelivs cos. suf. a. 81 cum C. Iulio Iuvenali *III k. Apr.* 81. Fuit legatus legionis vicesimae in Britannia a. 69 et seditione excitata cohortium alarumque Trebellium Maximum legatum provinciae profugere ad Vitellium coegit *Tac. hist.* 1, 60.

l. rvbell(ivs) [geminvs] cos. a. 29 cum C. Fufio Gemino *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; *Henzen* 6854; *Murat.* 301, 4: duo Gemini *Or.* 4837.

l . . . l . . . . rvfvs cos. suf. a. 119 cum C. Herennio Dolabella 120: nec de ipso Rufo nec de gente eius constat

t. rvtilivs propinqvvs cos. suf. a. 120 cum C. Poblicio Marcello *VI k. Iun.* 120.

sabinvs vide. c. octavivs.

c. sab[vcivs maior caecilianvs] cos. suf. a. 186 186: cf. *Marini Arv. p.* 428. Ex titulis eius *Marini l. c.* et *Henzen* 7420 (*C. I. L.* 6, 1510 1511) cognoscimus eum fuisse tribunum plebis, praetorem candidatum, curatorem viae Salariae et alimentorum, iuridicum per Flaminiam et Umbriam, legatum iuridicum provinciae Britanniae, praefectum aerarii militaris, legatum Augusti pro praetore provinciae Belgicae, proconsulem provinciae Achaiae, sodalem Augustalem Claudialem, consulem.

m. saenivs donatvs frater Arvalis 219 224 231 *Alex. A. B.* magister collegii *Alex. B.*

q. sall[vstivs?] cos. suf. a. 27 *fasti mag.*

p. sallvstivs blaesvs frater Arvalis 77 78 80 81 86 87 89 90 91. *Domit. C.* mortuo Matidio Patruino magisterium obiit 78; magister collegii iterum 90; consul cum Peducaeo Saeniano *mense Maio* 89; cf. *Gori I. E.* 1, 75, 213.

c. salonivs matidivs patrvinvs frater Arvalis in magisterio decessit 78. Maritum eum fuisse Marcianae sororis Traiani Augusti, patrem Matidiae coniecit *Marinius Arv. p.* 158, probavit *Borghesius Giorn. arcad.* 1829 *t.* 42 *p.* 187, *opp.* 3 *p* 241.

c. salvivs liberalis nonivs bassvs frater Arvalis 78 81 86 87 *Domit. C* 101 *Or.* 1170; cooptatus in collegium kalendis Martiis 78; promagister 87. C. Nonius Bassus Salvius Liberalis *dicitur XIIII k. Iun.* 87; P. Salvius cet. *errore III non. Ian.* 101; C. Salvius Liberalis *omissis nominibus ceteris* 87 *aliquoties* et *Or.* 1171. *Honores, quibus functus est, titulus Or.* 1170 *recenset. Et in eo quidem dicitur* allectus ab divo Vespasiano et divo Tito inter tribunicios, ab iisdem allectus inter praetorios, legatus legionis quintae Macedoniae, consul anno incerto, legatus Augustorum [Nervae et Traiani a. 97, *si verum vidit Borghesius*] provinciae Britanniae, proconsul provinciae Macedonicae, sorte proconsul factus provinciae Asiae se excusavit. Causam egit sub Vespasiano *Suet. Vesp.* 13: sub Domitiano accusatus et, ut videtur, relegatus *Plin. ep.* 3, 9, 33 (*eam ob causam nomen eius deest in actis posterioribus imperii Domitiani*); a. 100 in senatu reum defendit *l. c.* 2, 11, 17; a. 101 in senatu agit *l. c.* 3, 9, 36; vir disertus *l. c.* 2, 11, 17; 3. 9, 36. Uxor eius Vitellia Rufilla *Or.* 1171, filius C. Salvius Vitellianus *ibd.* Cf. *Mommsen ind. nom. ad Plin. Keilii* et *Borghesi Giorn. arcad.* 1826, 32 *p* 163 *seqq., opp.* 3 *p.* 177 *seqq.*

l. salvivs otho frater Arvalis flamen et eodem tempore, ut videtur, promagister collegii 39. Fuit consul suf. a. 33 *Suet. Galba* 6. Urbanos honores, proconsulatum Africae et extraordinaria imperia severissime administravit *id. Oth.* 1; — Post occisum Furium Camillum rebellem (cf. *s. v.*) legatus (Dalmatiae videlicet) milites quosdam, quod praepositos suos quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, ante principia se coram capite punivit . . . . . mox equitem Romanum necem Claudio parare comperit. Eamque ob causam statua ei in Palatio

posita, ipse autem inter patricios adlectus est *l. c.* cf. *Dio* 60, 18.

L. SALVIVS OTHO TITIANVS frater Arvalis 57 58 59 60 63 66 *Nero B* 69; magister collegii 58 et fortasse *Ner. B*; promagister 57 69 *sub Galba et Othone*, vice agens promagistri 66. Fuit cos. a. 52 cum Fausto Sulla *Tac. ann.* 12, 52, cos. iterum a. 69 cum Othone Augusto 69. *Tac. hist.* 1, 77; cuius frater maior erat *Suet. Oth.* 1; — Asiam provinciam proconsul rexit *Tac. Agr.* 6, anno 63/64, ut videtur *Waddingtonio* (*fastes p.* 137), 'in omnem aviditatem pronus' *Tac. l. c.;* — Agricola, qui quaestor eius in Asia erat, post devictam Boadiceam Romam rediit, eodem, ut videtur, tempore quo Suetonius Paulinus, sc. versus autumnum a. 61 (*Tac. ann.* 14, 29—39; *Agric.* 5 6). Idem Agricola postquam uxorem duxit et filium sustulit, qui decessit paullo postquam natus est, secutus Titianum in Asia filiam sustulit, nec potest igitur Titianus in provinciam eam profectus esse nisi exeunte anno 62; sed cum Romae fuerit mense Ianuario a. 63, proconsulatum gesserit necesse est a. 63/64. *Nipperdeius* quidem a. 65 Asiam eum administrasse statuit (*index scholar.* 71/72); sed annum 64/65 *Waddington p.* 138 tribuit L. Antistio Veteri, post discessum ex provincia a. 65 accusato (*Tac. ann.* 13, 56). — Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur *Tac. hist.* 1, 75; — profectus Otho quietem urbis curasque imperi Salvio Titiano fratri permisit *l. c.* 1, 90; — Titianum fratrem accitum bello praeposuit *l. c.* 2, 23; — Otho pronus ad decertandum; frater eius T. et praefectus praetorii Proculus imperitia properantes *l. c.* 2, 33; — profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum *l. c.* 2, 39; — Titianus nullum discrimen adiit, pietate et ignavia excusatus *l. c.* 2, 60.

M SALVIVS OTHO frater Arvalis 57 58? Natus IIII k. Maias a. 32 *Suet. Oth.* 2; — Poppaeam Sabinam uxorem ei abduxit Nero in provinciamque Lusitaniam legatum eum misit, quam quaestorius per decem annos administravit *l. c.* 3 4, *Plut. Galba* 19; — conatibus Galbae accessit *Suet. l. c.; Plut. Galba* 20; — Galbam filiumque Pisonem interficiendos curavit *Suet. l. c.* 5 6; *Plut. Galba* 21, *Otho* 2; — imperator factus est *ll. cc.* cf. *Tac. hist.* 1, 41 *seqq.* — De imperio eius v. *Imperatores.*

[M. SANQVINIVS M]AXIM(VS) cos. suf. a. 23 videtur fuisse *fasti mag.* cf. *Relazione p.* 96. Is fuit praefectus urbi et cos. iterum a. 39 *Dio* 59, 13; — decessit legatus Germaniae inferioris circa a. 47 *Tac. ann.* 11, 18. — *Borghesius* consulatum eius priorém perperam anno 26 tribuit *Giorn. arcad.* 1831, 49 *p.* 294, *opp.* 3 *p.* 326.

M. SATRIVS VALENS praetor urbanus a. 19 *fasti mag.*

Saturninus Venuleianus publicus fratrum Arvalium 101.

C. SECIVS CAMPANVS cos. suf. Domitiano Augusto *XI k. Febr.* 86.

[L. SEIV]S TVBERO cos. suf. Tiberio Caesari mense Ianuario a 18 *fasti mag.; fasti Antiat. C. I. L.* 1 *p.* 475; *Grut.* 26, 9. Fuit legatus Germanici Caesaris contra Cheruscos bellum gerentis *Tac. ann.* 2, 19; — a Vibio Sereno accusatus tumultus hostilis et turbatae rei publicae a. 24. sed statim exemptus *l. c.* 4, 29. Fratrem Seiani putat Borghesius *Saggiatore* 1 *p.* 329, *opp.* 3 *p.* 446.

C. SENTIVS ABVRNIANVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus 120.

C. SENTIVS SAT(VRNINVS) cos. a 4 cum Sex. Aelio Cato *fasti mag.; fasti Gabini C. I. L.* 1 *p.* 473, *XII; Or.* 643. *Borghesius Ann. Inst.* 1844 *p.* 323, *opp.* 4 *p.* 461 habuit pro legato Germaniae ornamentis triumphalibus honorato a. 6 (*Dio* 55, 28, cf. *Vell.* 2, 105), quem rectius *Zumptius comm. epigr.* 2 *p.* 84 *seqq.* et *Mommsenus res gestae d. Aug. p.* 117 consulem putant a. 735, legatum Syriae.

CN. S[E]NTIVS [SATVRNINVS] cos. u a.csf. 4 cum C. Clodio Licino *fasti mag.; fasti Gabini C. I. L.* 1 *p.* 473, *XII; C. I. L.* 6, 1263 1264 = *Or.* 3260. Legatus Germanici post huius mortem Syriam provinciam obtinuit *Tac. ann.* 2, 74; 3, 7; Pisonem repulit 2, 79 et ad deditionem compulit 2, 81.

[CN. (SENTIVS) SATVRN]INVS? praetor urbanus a. 37 *fasti mag.* Si recte explevi, debet esse cos. a. 41: sed potest esse etiam Suetonius Paulinus cos. a. 42.

L. SEPTIMIVS FLA[CCUS? VIANUS?] cos. suf. a. 183 cum T. Pactumeio Magno *post diem XIII kalendas Iunias* 183.

Q. SERVAEVS INNOCENS cos. suf. a 101 cum M. Maecio Celere *VI k. Mai* 101.

M. SERVILIVS cos. a. 3 cum L. Aelio Lamia *fasti mag.; fasti Gabini C. I. L.* 1 *p.* 473. — Tiberius tradidit ei hereditatem Patulei equitis Romani *Tac. ann.* 2, 48; — inter testes in causa Lepidae commemoratur *l. c.* 3, 22.

L. SEXT[IVS] praetor peregr. a. 26 *fasti mag.*: potest esse Sextius Paconianus praetorius *Tac. ann.* 6, 3, strangulatus in carcere a. 35 ob carmina illic in principem factitata *l. c.* 39.

T. SEXTIVS AFRICANVS frater Arvalis *Claud. C* 57 58 59 60 63 66; consul suf. cum M. Ostorio Scapula *III idus Septembr.* 59. Nobilis iuvenis, quem a nuptiis Silanae deterruit Agrippina *Tac. ann.* 13, 19; — a. 61 censum egit per Gallias cum Q. Volusio et Trebellio Maximo *l. c.* 14, 46.

P. SILIVS P. F. cos. suf. a. 3 cum L. Volusio Saturnino *fasti mag.*; *fasti Gabini C. I. L.* 1 *p.* 473. Fuit triumvir monetalis cum Lamia et Annio quodam ante a. 742 *Cohen méd. cons. pl.* XLVI, *Mommsen Münzwesen* 744, 15, cf. *Borghesi Bull. inst. arch.* 1845 *p.* 153, *opp.* 4 *p.* 485.

[SILIVS?] MESSALLA cf. MESSALLA.

C. SPLATTIVS praetor urbanus a. 29 *fasti mag.*

[STAT]ILIVS CASSIVS TAVRINVS frater Arvalis magister creatus in a. 156 155. Genti Statiliae adscripsi propter cognomen Taurini.

TAVRVS STATILIVS CORVINVS frater Arvalis 35 36 38 40. *Claud. A B D* — Consul videtur esse a. 45. *Marinius Arv. p.* 43 credit esse Statilium Taurum eum, qui accusatus a Tarquitio Prisco instigato ab Agrippina a. 53 se ipse occidit *Tac. ann.* 12, 59; cf. *Suet. Claud.* 13, quem consulem potius a. 44 putat *Nipperdeius ad Tac. l. c.*

STATILIVS SEV[ERVS] frater Arvalis 221: praeterea ignotus, cum non possit esse neque is qui commemoratur *Dig.* 29, 1, 24, nec Statilius Maximus Severus, de quo cf. *Bull. inst. arch.* 1867 *p.* 125.

T. STATILIVS SILIANVS frater Arvalis 213 218 221; proflamen creatus flamen in a 214 213.

C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS PR]AETEXTATI unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 117 118 117 118.

C. STATIVS CERIALIS frater Arvalis 120.

STRABO AEMILIANVS cos. suf. cum A. Avillio Urinatio Quadrato *pridie idus Martias a.* 156 155.

[SVETONIVS PAVL]INVS potest esse praetor urbanus a. 37 *fasti mag.*, cum fasces gesserit a. 42; cf. Cn. Sentius Saturninus.

[Q.] SVLPICIVS CAMERINVS frater Arvalis 57 58 59 60 63; magister collegii 60. — Cos. suf. a. 46 *C. I. L.* 5, 5050; — procos. Africae saevitiae accusatus, sed a Caesare absolutus a. 58 *Tac. ann.* 13, 52; — iussu Neronis interfectus a. 67 *Dio* 63, 18

[C. SVLPICI]VS GALB[A] cos. cum D. Haterio Agrippa a. 22 *fasti mag.; fasti Lunenses C. I. L.* 1 *p.* 476 = *Henzen* 6444; *C. I. L.* 6, 562 = *Or.* 1825; *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *Tac. ann.* 3, 52. — Frater Galbae eius qui postea imperavit *Borghesi ann. inst. arch.* 1848 *p.* 253, *opp.* 5 *p.* 142; 'attritis facultatibus urbe cessit prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum voluntaria morte obiit' *Sueton. Galba* 3; cf *Tac. ann.* 6, 40 *ad a.* 36.

C. SVLPICIVS POLLIO frater Arvalis 213 214 218 magister collegii 214. Potest esse Pollio is, qui cum Bithyniam

Elagabalo subiecisset, Germaniae praepositus est *Dio* 79, 3.

C. TADIVS MEFITANVS vide C. FVFIVS IVNIVS T. M.

L. TAMPIVS FLAVIANVS frater Arvalis cooptatus in locum Galbae *IIII k. Mart.* 69. — Fuit legatus Pannoniae a. 68 *Tac. hist.* 2, 86; 5, 26; coeptante legionum motu profugus, deinde sponte remeavit legatique nomen resumpsit *l. c.* 3, 4; — mox propter seditionem legionis nocte profectus obviis Vespasiani litteris discrimini exemptus est *l. c.* 10. — Ab eo nomen accepit ala I Pannoniorum Tampiana *C. I. L.* 3, 5531 5632 *privil. veter. p.* 864, *XXII* = *Henzen* 5442; cf. *Ann. inst. arch.* 1855 *p.* 28.

SEX. TEIDI[VS CATVLLINVS] cos. suf. VII id. Maias a. 31 cum Fausto Cornelio Sulla *fasti mag.*; *fasti Nolani I. N* 1968 = *Or.* 4033; *Or.* 4034.

Thyrsus libertus curator, Arvalibus loca adsignavit in amphitheatro 80.

Q. TILLIVS SASSIVS frater Arvalis *Ner. B* 63 66 69 72 78 80 81 86 87 89 90 91; magister collegii 63 88; — decessit a. 91 91.

M. TITTIVS FRVGI cos. suf. cum T. Vinicio Iuliano a. 80. *VII idus Dec.* 80. — Bello Iudaico fuit legatus legionis decimae quintae Apollinaris *Ioseph. b. I.* 6, 4, 3; cf. *Renier officiers qui assistèrent au conseil de guerre tenu par Titus* cet. ex *Mém. de l'acad. d. inscr. et b. l. XXVI*, 1 *p.* 45 *seqq.*

P. TREBEL[LIVS] praetor urbanus a. 30 *fasti mag.*

TREBELLIVS MAXIMVS frater Arvalis magister collegii 72. Fuit consul, ut videtur, a. 57 cum L. Annaeo Seneca *de Rossi Bull. arch. crist.* 1866 *p.* 60 contra *Borghesium* apud *Gervasium iscrizz. di Napoli p.* 37 *seqq.*, *opp.* 4 *p.* 393; — censum egit per Gallias cum Q. Volusio et Sextio Africano *Tac. ann.* 14, 46; — legatus Aug. pr. pr. Britanniae, per avaritiam ac sordes contemptus exercitui, cum Roscio Caelio legato legionis vicesimae etiam cohortes et alae se adgregassent, desertus ad Vitellium perfugit *Tac. hist.* 1, 60; cf. *Agric.* 16.

CN. TREM[ELLIVS] cos. a. 21 cum Mam. Aemilio Scauro 21; *C. I. L.* 1, 1553 = *Henzen* 7419 *da*; cf. *Borghesi Ann. inst.* 1855 *p.* 8 *seq.*

L. TVTILIVS PONTIANVS GENTIANVS cos. suf. Commodo Augusto a. 183 *VI id. Februar.* 183.

TI. TVTINIVS SEVERVS frater Arvalis magister collegii *Dom. C.* De familia eius cf. *Marini Arv.* 306.

D. VALERIVS . . . . unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 105 105.

[VALERIV]S CATVLLVS MES[SALLINV]S unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 105 105.

M. VALERIVS HOMVLLVS frater Arvalis 155. Fuit cos. cum M'. Acilio Glabrione a. 152 *Or.* 4054; cf. *id.* 156 4443; — Antonini Pii contra Marcum suspicionem frustra temptavit excitare *Iul. Cap. Marc.* 6; — de iocis eius *id. Ant. P.* 11.

M. VALERIVS IVNIANVS frater Arvalis 119 122 155. *Pius A.*

P. VALERIVS MARINVS frater Arvalis 69. Destinatum a Galba consulem in a. 69 distulit Vitellius *Tac. hist.* 2, 71.

M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS frater Arvalis *Claud. C* 57 58 59; — cos. cum Nerone III a. 58 58; *Tac. ann.* 13, 34.

M. VALERIVS MESSALLINVS cos. cum M. Aurelio Cotta a. 20 *fasti mag.*; dicitur MESSALLA *Henzen* 6443; *Dio ind. cons. libri* 57; M. VALERIVS simpliciter *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; frater Arvalis 21, qui potest tamen fuisse etiam M. Valerius Messallinus cos. a. 751, legatus Illyrici a p. C. 7, ornamentis triumphalibus honoratus a. 8 *Vell.* 2, 112; *Dio* 55, 29 cf. *Borghesi Ann. inst. arch.* 1844 *p.* 320, *opp.* 4, 456. Messallinus, qui commemoratur *Tac. ann.* 3, 18 et 34, non satis constat, utrum consul fuerit a. u. c. 751, an a. p. C. 20.

M. VALERIVS TREBICIVS DECIANVS frater Arvalis 101 105 117 118 120; magister collegii 105, mag. iterum 120.

Q. VALERIVS VEGETVS cos. cum P. Metilio Secundo *non. Nov.* 91. Titulos

matris Corneliae Severinae et uxoris Etriliae Afrae sunt *C. I. L.* 2, 2074 2077.

L. VENVLEIVS MONTANVS APRONIANVS frater Arvalis 80 86 87 89 90 91 *Dom. A B;* magister collegii 80; cos. suf. a. 92 cum Q. Volusio Saturnino (*VII k. Maias*) 91.

L. VERATIVS QVADRATVS frater Arvalis 78. *Vesp. A* '80 (ubi errore dicitur *Titus*) 81 86 87 89 90 91. *Dom. C;* magister iterum 91.

L. VERGINIVS RVFVS cos. II suf. cum L. Pompeio Vopisco *k. Mart.* 69. Natus est a. 15, cum a. 97 annum tertium et octogensimum excessisse dicatur *Plin. ep.* 2, 1, 4; oriundus ex municipio finitimo Comensi *id.* 2, 1, 8; equestri familia, ignoto patre *Tac. hist.* 1, 52; — cos. a. 63 cum C. Memmio Regulo *C. I. L.* 6, 397 = *Or.* 1683; — legatus Germaniae superioris a. 69 C. Iulio Vindice victo imperium sibi oblatum recusavit *Tac. hist.* 1, 8, 52; *Plut. Galb.* 6; *Plin. ep.* 2, 1, 2; 6, 10, 4; 9, 19, 1; *Dio* 63, 24 25; titulus *pro salute et victoria* eius positus ad tempus oblati imperii pertinet *C. I. L*, 5, 5702; — Galbae suspicionem evasit *Plut. Galba* 10; *Tac. hist.* 1, 8 52; 3, 62; *Dio* 64, 4; cf. *Plin. ep.* 2, 1, 3; — Othonis partes secutus post proelium Betriacense imperium iterum recusavit *Tac. hist.* 2, 49 51; — Vitellius ei pepercit *l. c.* 2, 68; cf. *Plin. ep.* 2, 1, 3. — Sacerdos *Plin. ep.* 2, 1, 8; — tutor Plinii et fautor *l. c.* — Gratias acturus in senatu in ineundo consulatu tertio a. 97 kalendis Ianuariis in curia cecidit et coxa fracta aliquanto post, imperante etiamtum Nerva, a. 97, ut videtur, exeunte obiit *l. c.* 5. In ultima valetudine a quinqueviratu sumptuum publicorum minuendorum per Plinium se excusavit *l. c.* 9. Publico funere elatus *l. c.* 1, laudatusque a consule Cornelio Tacito *l. c.* 6. Carmina eius *Plin. ep.* 5, 3, 5. Monumentum eius in villa quae eius fuerat Alsiensi cum inscripto epigrammate ipsius *id.* 6, 10, 4; 9, 19, 1; *Dio* 68, 2. Cf. *Mommsen ind. nom. ad Plinium Keilii.*

VERRES cos. suf. cum A. Larcio Macedone mense Maio 122.

L. VETTIVS PAVLLVS cos. suf. cum T. Iunio Montano a. 81 *k. Mais a.* 81 80; *XVI k. Iunias* 81; *III k. Iul. C. I. L.* 6, 328 = *Grut.* 50, 3: cf *Marini p.* 217. Ad eum sine causa rettulit Borghesius *opp.* 5, 533 locos *Iuv. sat.* 7, 143; *Martial.* 8, 33, 1 et 10, 10.

[C. VIBIV]S MA[RSVS] cos. suf. cum L. Voluseio Proculo a. 17 *fasti mag.; fasti Antiates C. I. L.* 1 *p.* 475. Legatus Germanici in oriente, post mortem eius cum consultaretur, quisnam Syriae praeficeretur, concessit Cn. Sentio Saturnino seniori et acrius tendenti *Tac. ann.* 2, 74; — nuntiavit Pisoni Romam ad dicendam causam veniret *l. c.* 79; — sententia ab eo lata a. 26 de templo Tiberio statuendo *l. c.* 4, 56; — procos. Africae per annos tres, videlicet annis 27—30, *Borghesi decad. num.* 10, 4, *opp.* 1 *p.* 473 *seqq.;* cf. *Ann. inst. arch.* 1856 *p.* 13; — legatus Syriae *Tac. ann.* 11, 10; a. 45 Cassius Longinus in locum eius legatus missus *Ioseph. A I.* 20, 1. — A. 37 ut conscius consiliorum Albucillae defertur *Tac. ann.* 6, 47.

T. VIN . . . . . . unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 105 105.

M. [VINICIVS] cos. a. 30 cum L. Cassio Longino *fasti mag.; fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033. Ortus Calibus, patre atque avo consularibus, cetera equestri familia: ei Iuliam Germanici filiam a. 33 coniunxit Tiberius *Tac. ann.* 6, 15 cf. 45; — a. 46 a Messallina veneno necatus est *Dio* 60, 27; — ei Velleius historiam suam inscripsit *Vell.* 1, 13, 5 2, 113, 1.

T. VINICIVS IVLIANVS cos. suf. cum M. Tittio Frugi *VII idus Dec.* 80.

T. VINIVS [RVFINVS] cos. cum Galba imperatore II 69; *Or.* 1756; *Tac. hist.* 1, 1. 11; — Galbam invalidum senem Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum contemptu inertiae destruebant *l. c.* 6; — in dies quanto potentior, eodem actu invisior *l. c.* 12; — potentia principatus divisa

in eum et Laconem praef. pr. *l. c.* 13, cf. 72; — de moribus eius *l. c.* 1, 37, 48. 'Quinquaginta septem annos variis moribus egit. pater illi praetoria familia, maternus avus e proscriptis. prima militia (sc. tribunatus) infamis legatum Calvisium Sabinum habuerat, cuius uxor mala cupidine visendi situm castrorum per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis principiis stuprum ausa, et criminis huius reus T. Vinius arguebatur. Igitur iussu C. Caesaris oneratus catenis mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso legioni post praeturam praepositus probatusque, servili deinceps probro respersus est tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus, et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit' *l. c.* 48; — occiditur *l. c.* 42; — eius testamentum magnitudine opum irritum *l. c.* 48. De eo cf. *Plut. Galba* passim.

C. VIPSTANVS APRONIANVS frater Arvalis 57 58 59 63 66 72 78 80 86; cos. cum C. Fonteio Capitone 59; *Tac. ann.* 14, 1; *Bull. inst. arch.* 1831 *p.* 50 = *I. N.* 3067 = *C. I. Gr.* 5837 *b*; procos. Africae a. 69 *Tac. hist.* 1, 76.

[C. VISE]LLIVS VARRO cos. suf. kalendis Iuliis a. 12 *fasti mag.*; *fasti Antiates C. I. L.* 1 *p.* 475; *C. I. L.* 6, 765 = *Henzen* 5685; *Or.* 4717; — legatus Germaniae inferioris invalidus senecta concessit C. Silio legato Germaniae superioris bellum contra Treviros sibi poscenti a. 21 *Tac. ann.* 3, 43.

[L. VIS]ELLIVS VARRO cos. a. 24 cum Ser. Cornelio Cethego *fasti mag.*; *titulus Scirti C. I. L.* 1 *p.* 475; *Tac. ann.* 4, 17. Filius C. Visellii cos. a. 12, propter paternas inimicitias C. Silium accusavit *Tac. ann.* 4, 17 *seqq.*; cf 3, 43 et 1, 31.

A. VITELLIVS cos. suf. k. Iul. 32 *fasti mag.*; *fasti Nolani I. N.* 1968 = *Or.* 4033; — in consulatu obiit *Suet. Vit.* 2.

A. VITELLIVS frater Arvalis 57 58 59 63 66? *Ner. B.* Fuit filius L. Vitellii ter consulis et censoris (*Tac. hist.* 1, 9), natus VIII k. Oct. vel VII id. Sept. a. 15; — pueritiam primamque adulescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta; — Gai, Claudii, Neronis indulgentia honoribus et sacerdotiis amplissimis auctus *Suet. Vit.* 4 . 5; — cos. a. 48 *Tac. ann.* 11, 23; — procos. Africae annoque sequenti legatus ibi fratris item proconsulis; curator operum publicorum *Suet. l. c.* 5, cf. *Tac. hist.* 1, 70; 2, 97; — a Galba in inferiorem Germaniam missus *Suet. l. c.* 6; *Tac. hist.* 1, 9 52; — ab eo defecit *Tac. l. c.* 1, 51 *seqq.*; — imperator consalutatur *l. c.* 57; — Germanicus vocatur *l. c.* 62: cf. *Suet. l. c.* 7 *seqq.* — De imperio eius v. indicem imperatorum.

L. VITELLIVS frater Arvalis *Tib. A Claud. A.* Fuit cos. primum a. 34 cum Fabio Persico 34; *I. N.* 2272 2273 = *Henzen* 7051 7052; *Tac. ann.* 6, 28; *Dio* 58, 24. — legatus Syriae Artabanum Parthorum regem non modo ad conloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit *Sueton. Vit.* 2; *Dio* 59, 27; diverse tradit *Tacitus ann.* 6, 32, 36 pulso Artabano Vitellium praefectum cunctis, quae apud orientem parabantur, exercitu Euphratem traiecisse receptisque multis Parthorum principibus in Syriam rediisse; — per M. Trebellium legatum Clitas subiecit *l. c.* 41; — cos. iterum cum Claudio Aug. a. 43 *fasti sacri Antiates C. I. L.* 1 *p.* 327 = *Henzen* 6445; *Dio* 60, 21; — cos. tertium cum eodem a. 47 *I. N.* 6303, 2 = *Henzen* 7317; *Dio* 60, 29: cf. *Sueton. Vit.* 2; *Tac. ann.* 14, 56; *hist.* 1, 9; 52 3, 66. — Curam imperii sustinuit absente Claudio expeditione Britannica *Sueton. l. c.*; *Dio* 60, 21; — censor cum eodem a 47 et 48 *Suet. l. c. Tac. ann.* 11, 13 25; *hist.* 1, 9 52; 3, 66; cf. *Eckhel* 6, 241 314. — Messallinae consiliis favebat *Tac. ann.* 11, 2 3 33; — item Agrippinae *l. c.* 12, 4; — accusatur a. 51 criminum maiestatis et cupidinis imperii *l. c.* 12, 42. De moribus eius et adulandi ingenio *Sueton. Vit.* 2;

Tac. ann. 6, 32; 11, 3; *Dio* 59, 28. Decessit paralysi post a 48, quo consulatum filii gesserunt *Sueton. Vit.* 3. — Frater fuit A. Vitellii cos. a. 32, pater eius qui imperavit, et L. Vitellii: *Sueton. Vit.* 1. 3.

L. VITELLIVS frater Arvalis 63 69, fortasse etiam 66, filius censoris, frater imperatoris. Fuit cos. a. 48. Interfuit consiliis Othonianorum Bononiae *Tac. hist.* 2, 54; — auctor atrocis in Caecinam sententiae *l. c.* 3, 37; — accusat Iunium Blaesum *l. c.* 38; — tuendae urbi a fratre praepositus *l. c.* 55; — adversus rebelles in Campaniam mittitur *l. c.* 58; — Tarracinam expugnat *l. c.* 76 77; *Dio* 65, 16; — interficitur in itinere, cum in urbem rediret *Tac. l. c.* 4, 2; *Dio* 65, 22.

P. VITELLIVS SATVRNINVS frater Arvalis 122.

C. VITORIVS HOSIDIVS GETA frater Arvalis 118 119 120 *Marc. A?*; magister collegii 120 et fortasse *Marc. A.* Commemorari eum a Statio *silv.* 4, 4, 72 et a Quinctiliano, cui pater educandum tradiderat, I *provem.* 6 docuit me *Nohl* indicem ad Statium parans.

L. VITRASIVS AEQVITAS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 117 117.

M. VLPIVS ASTIVS frater Arvalis 183; praetor anno eodem *ibd.*

M. VLPIVS BOETHVS unus ex pueris senatorum filiis ministrantibus a. 183 183.

[M. VL]PIVS TRAIANVS cos. cum M.' Acilio Glabrione *III k. Maias* 91 90; — fuit praetor ante a. 86 *Spart. Hadr.* 1; — legatus, ut videtur, legionis ex Hispania per Pyrenaeos, Alpes et Rhenum legiones in Germaniam duxit *Plin. paneg.* 14, ad opprimendam scilicet seditionem Antonii Saturnini cf. *Mommsen Hermes* 3 *p.* 118 *seqq.*; — post consulatum legatus Germaniae superioris, in eaque legatione a Nerva Augusto adoptatus et Caesar nominatus est: cf. quae exposui in *Ann. inst. arch.* 1862 *p.* 145 *seqq.* — Cf. *Imperatores.*

C. VMMIDIVS QVADRATVS cos. cum Hadriano Aug. II, suf. Cn. Pedanio Fusco Salinatori *VI k. Iunias* 118. Ad eum scripsit *Plin ep.* 6, 29; 9, 13. Nepos Ummidiae Quadratillae *id.* 7, 24; — a. 97 in senatu per aetatem esse non potuit *id.* 9, 13, 1; — uxorem duxit annum agens XXIV *id.* 7, 24, 3. — causas agere incipit *id.* 6, 11; 7, 24, 9. — Maritus sororis imp. M. Antonini *Capit. Marc.* 7; — Hadrianus antea amicum postea graviter insecutus est *Spart. Hadr.* 15.

[L. V]OLVNSEIVS [PROCVLVS] cos. suf. a. 17 cum C. Vibio Marso *fasti mag.*; L. Voluscius Proculus dicitur *fast. Antiat. C. I. L.* 1 *p.* 475.

L. VOLVSIVS [SATVRNINVS] cos. suf. a. 3 cum P. Silio *fasti mag.*; *fasti Gabini C. I. L.* 6 *p.* 473. Fuit legatus provinciae nescio cuius sub Divo Augusto, legatus Dalmatiae sub Tiberio Caesare et C. Caesare Augustis *C. I. L.* 3, 2882 2974 2975 2976, ad eosque Mommsen *l. c. p.* 383; praefectus urbi ab a. 42 usque ad a. 56, quo annos natus nonaginta tres vita functus est *Plin. n. h.* 7, 14, 62; 11, 28, 223; *Tac. ann.* 13, 30; *C. I. L.* 3, 2976; — augur, sodalis Augustalis, sodalis Titius *C. I. L.* 3, 2974 2975; — egregia ei fama, praecipuae opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum malitia *Tac. l. c.* cf. 14, 56 et *Colum. de r. r.* 1, 7. Cf. *Borghesi giornale arcad.* 1831, 49 *p.* 280 *seqq.*, *opp.* 3 *p.* 313 *seqq.*

L. VOLVSIVS SATVRNINVS cos. a. 87 cum Domitiano Aug. XIII 87.

Q. VOLVSIVS SATVRNINVS frater Arvalis 63; — cos. a. 56 cum P. Cornelio Scipione *I. N.* 2463 = *Henzen* 5406; *Or.* 3115; *Henzen* 5129; *Tac. ann.* 13, 25; — a. 61 census per Gallias egit *id.* 14, 46.

Q. VOLVSIVS SATVRNINVS cos. a. 92 cum Domitiano XVI, ex idibusque Ianuariis cum L. Venuleio Aproniano 91; *C. I. L.* 6, 525 = *Henzen* 5698: alias ignotus, nisi habendus est pro fratre Arvali commemorato in actis a. 119.

M. Ustius Narcissus kalator fratrum Arvalium 183.

INDEX RERUM.

Numeris indicantur paginae.

CONSPECTUS SACRORUM QUAE IN ACTIS COMMEMORANTUR.

A. p. C. XIV

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	arbor quae ceciderat	XXIX 1—8	136
isdem cos.	prid. eid. Mai.	coopt. collegae	XXIX 9—17	150—157
isdem cos.	XVIII k. Ian.	coopt. collegae	XXX 18—25	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XXI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	magister suffectus	XXXI 1—15	161. 162
Mam. Aemilio Scauro, Cn. Tremellio cos.	III k. Iun.	coopt. collegae	XXXII 16—28	150. 152
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XXVII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[prid. non. Ian.]	vota pro sal. Tiberii et Iuliae Aug.	XXXIII 1—20	89 seq. 95. 98. 100 seq.
	[III k. Febr.]	nat. Iuliae Aug.	XXXIV *e* 2—6	51 seq. 56
	. . . .	statua (?) posita	XXXIV *e* 7 seqq.	163
	[XIIII k. Iun.]	sacri dies secundus	XXXIV *f* 4 seqq.	20. 24
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XXXIII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[XVI k. Dec.]	nat. Tiberii	XXXV, I 1—5	53. 56. 57

A. XXXIV

L. Vitellio, Fabio Persico cos.	k. Ian.	. . . .	XXXV, I 6—8	163 seq.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XXXV

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	[VIII k. Oct.]	nat. divi Aug.	XXXVI, II 1. 2	51. 57
	XVI k. Dec.	nat. Tiberii	XXXVI, II 4—10	52. 56

A. XXXVI

Sex. Papinio, Q. Plautio cos.	[III (?) non.] Ian.	vota pro sal. Tiberii	XXXVI, II 11 seqq. XXXVII *b*	89 seq. 95. 98. 100 seq.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	XXXVII *c* 1—6	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI ANTE A. XXIX

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III aut pr. non. Ian.]	vota pro sal. Tiberii et Iuliae Aug.	XXXVIII 1—6	90. 91. 95. 98
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (fortasse A. XXXVII)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	id. Ian.	vota pro sal. Tiberii	XXXIX 1—6	114. 118. 126
	X k. Febr.	sacr. ob sal. Tiberii	XXXIX 7—14	114. 118. 119. 120. 126
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XXXVIII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
[M. Aquila Iuliano, P. Nonio Asprenate cos.]	[III non. Ian.]	vota pro sal. Gai Aug.	XLI. XLII *a* 1—15	88. 98. 100 seq.
	VII id. Ian.	sacr. pro sal. eiusd.	XLII *a* 16—19	90. 91. 98.
	III id. Ian.	. . . .	XLII *a* 20—22	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	indictio	XLII *b* 1—7	5. 8. 9
	III k. Febr.	sacr. ad aram Pacis	XLII *b* 8—11	75
	[eodem die]	nat. Iuliae Aug.	XLIII *c* 1—4	51 seq. 56
	pr. k. Febr.	nat. Antoniae Aug.	XLIII *c* 5—7	52. 56
	XV k. Apr.	Gaius appellatus imp.	XLIII *c* 8—14	63. 70. 71. 74
	V k. Apr.	ingressus eiusd. in urbem	XLIII *c* 15—20	63. 70. 71. 74
	XIIII k. Mai.	ramus delapsus	XLIII *c* 21—23	137. 138. 139
	VIIII k. Mai.	sacr. ante simulacrum divi Aug.	XLIII *c* 24—28	75. 76
	VIIII k. Iun.	nat. Germanici	XLIV *c* 29—31	52. 56
	eodem die	coopt. collegarum	XLIV *c* 32—37	150. 151. 152
	[VIII aut VII k.] Iun.	[memoria? Tiberii]	XLIV *c* 38—40 et *d* 1—3	61
	IIII k. Iun.	sacri dies alter	XLIV *d* 4—12	18. 19. 20. 24. 36. 39
	. . . .	sacr. ad aram Providentiae	XLIV. XLV *d* 13—17	75
Ser. Asinio Celere, A. (Sex.?) Nonio Quinctiliano cos.	. . . .	. . . .	XLV *d* 18—24	
	. . . .	. . . .	XLV *d* 25—29	
	. . . .	. . . .	XLV. XLVI *d* 30—36	54 et XLV, 2
	. . . .	. . . .	XLVI *d* 37—40	
	. . . .	. . . .	XLVI *d* 41 seq. et *e* 1-4	
	VIIII k. Oct.	nat. divi Aug. dies I	XLVI *e* 5—11	51. 55
	[eodem die]	. . . .	XLVI *e* 12—16	164
	[VIII k. Oct.	[nat. divi Aug. dies II]	XLVI *e* 17—22	51. 56. 57
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	XLVI. XLVII *f* 1. 2	
	[IIII id. Oct.]	[Augustalia]	XLVII *f* 3 seqq.	49. 50
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	ramus delapsus	XLVII *g* 1—4	137. 138. 139
	[XVI k. Dec.?]	[nat. Tiberii?]	XLVII *g* 5—8	52. 56

A. XXXIX

			pag.	pag.
C. Caesare Aug. II, L. Apronio Caesiano cos.	k. Ian.	cos. Gai Aug.	XLVIII *abc* 1—10	69. 70. 73
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	nat. Agrippinae Germ.	XLIX *d* 1—5	53. 56
	VI k. Nov.	detecta consilia Lentuli	XLIX *d* 6 seqq.	77. 81. 82. 84
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XL

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	[VIIII k. Iun.]	nat. Germanici	LI 2—9	52. 56
	IIII k. Iun.	sacri dies alter	LI 10—18	18. 19. 20. 24. 36
	. . no]n Iun.	[nat. Caesoniae Gai?]	LI 19—26	LI not. 4 et corrigenda ad 53. 56. 57
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. XLIII (?)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	coopt collegae	LII 1—11	152. 153. 155
	. . . .	. . . .	LII 12—18	164. 165
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (CLAVD. A)
inter a. 43 et 48.

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . id. Ian.	Claudius appell. pater patriae	LIV 3—14	68. 73
	XVI k. Febr.	consecratio divae Aug.	LV 15—23	60
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (CLAVD. B)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	[sacr. pro sal. Claudii?]	LVI	165
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (CLAVD. C)
inter a. 50 et 54.

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	LVII 1. 2	
	IIII k. Iul.	vota pro valetudine Neronis Caes.	LVII 3 seqq.	114. 118. 119. 122. 126
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (CLAVD. D)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	LIX 1—3	53
	VIIII k. Oct.	nat. divi Aug. dies I	LIX 4—11	51. 55. 56. 57
	VIII k. Oct.	nat. divi Aug. dies II	LIX 12—16	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (CLAVD. E)

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	cos. principis	LX	165; cf. 66. 70
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LV

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	III id. Dec.	memoria Domitii	LXI 2—5	62. 63
	XVIII k. Ian.	nat. Neronis Aug.	LXI 6 seqq.	54. 56. 57

A. LVII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[k. Ian.]	cos. Neronis	LXIII	69. 73. 74
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
isdem cos.	VIII id. Nov.	nat. Agrippinae Aug.	LXIV 6—13	53. 56. 57
isdem cos.	pr. non. Dec.	trib. pot. Neronis	LXIV 14—21	65. 70. 71. 73
isdem cos.	III id. Dec.	nat. Domitii	LXIV 22—27	62. 63
. . . .	[XVIII k. Ian.]	nat. Neronis	LXV 28 seqq.	54. 56. 57

A. LVIII

Nerone III, M. Valerio Messalla Corvino cos.	[k. Ian.]	cos. (III) Neronis	LXVI 1—12	69. 73
isdem cos.	[III non. Ian.]	vota pro sal. Neronis et Octaviae	LXVI 13—22	89. 90. 95. 98. 102. 104
isdem cos.	III id. Ian.	indictio	LXVII 23—27	5. 6. 9
. . . .	[V k. Mart.]	adopt. Neronis	LXVII 27—32	54. 56. 57
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
isdem cos.	X	[piaculum?]	LXVIII i 4 seqq.	140
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[XIIII k. Iun.]	sacri dies alter	LXIX 1—8	24. 36. 40
isdem cos.	III id. Octobr.	imperium Neronis	LXIX 9—14	63. 70. 71. 74
isdem cos.	VIII id. Nov.	nat. Agrippinae Aug.	LXX 15—18	53. 56. 57
isdem cos.	pr. non. Dec.	trib. pot. Neronis	LXX 19—23	65. 70. 71. 73. 74
isdem cos.	III id. Dec.	memoria Domitii	LXX 24—28	62. 63.
isdem cos.	XVIII k. Ian.	nat. Neronis Aug.	LXX 29—34	54. 56. 57

A. LIX

C. Vipstano Aproniano, C. Fonteio Capitone cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Neronis et Octaviae	LXX. LXXI 35—48	89. 90. 95. 98. 102. 104
isdem cos.	pr. id. Ian.	indictio	LXXI 49—56	5. 6. 9
isdem cos.	V k. Mart.	adopt. Neronis	LXXI 57—63	54. 56. 57
isdem cos.	IIII non. Mart.	comitia cos. eiusd.	LXXII 64—70	66. 70. 71. 73
isdem cos.	III non. Mart.	pontificatus eiusd.	LXXII 71. 72 LXXIII 1—5	66. 70. 71. 73
isdem cos.	V k. April.	caedes Agrippinae	LXXIV 6—9	77. 81. 82. 87
isdem cos.	non. April.	supplicationes pro sal. Neronis	LXXIV 10—16	77. 81. 82. 83. 87
isdem cos.	IIII k. Iun.	sacri dies alter	LXXIV 17—23	18. 19. 20. 24. 36
isdem cos.	VIIII k. Iul.	sacr. pro sal. et red. Neronis	LXXIV 24—32	77. 81. 82. 83. 84. 87
T. Sextio Africano, M. Ostorio Scapula cos.	III id. Sept.	sacr. pro sal. et red. eiusd.	LXXV 33—40	(idem)

			pag.	pag.
isdem cos.	IIII id. Oct.	Augustalia	LXXV 41–47	49. 50
. . . .	[III id. Oct.]	[imperium Neronis]	LXXV 48 seqq.	
. . . .	[pr. non. Dec.]	[trib. pot. eiusd.]	LXXV 50 seqq., *d* 1. 2	74
. . . .	III id. Dec.	memoria Domitii	LXXVI 2–7	62. 63
. . . .	XVIIII k. Ian.	nat. Neronis	LXXVI 8–13	54. 56. 57
		A. LX		
Nerone IIII, Cosso Lentulo cos.	k. Ian.	cos. Neronis	LXXVI 14–22	69. 73. 74
isdem cos.	III non. Ian.	vota pro sal. eiusd. et Octaviae	LXXVI 23–32	89. 90. 95. 98. 102. 104
isdem cos.	III id. Ian.	indictio	LXXVII 33 seqq.	5. 6
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[XVIII k. Ian.]	nat. Neronis	LXXVII *f* 1 seqq.	54. 56. 57
		A. LXIII		
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	[vota pro sal. Neronis]	LXXVIII, I 1–3	
isdem cos.	pr. id. Ian.	indictio	LXXVIII, I 4–17	5. 6. 9
isdem cos.	XII k. Febr.	soluta vota pro partu Poppaeae	LXXVIII, I 18 seqq.	114. 118. 119
isdem cos.	IIII id. [Apr.?]	adventus Neronis et Poppaeae et Claudiae	LXXIX, II 1–15	78. 81. 82. 83. 85. 87
. . . .	. . . .	. . . .	LXXIX, II 16 seqq.	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
		A. LXVI		
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	. . . .	LXXX, I *ab* 1–3	166
isdem cos.	III id. Ian.	[indictio]	LXXX, I *ab* 4. 5	5
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	vota ob detecta nefar. consilia	LXXXI, I *c* 1–8	114. 119. 121. 126
. . . .	. . . .	laurus Neronis	LXXXI, I *c* 8–14	78. 81. 82. 83. 85. 87
. . . .	. . . .	supplicationes	LXXXI, I *c* 15–21	78. 81. 82. 83. 85. 87
. . . .	. . . .	arbor quae ceciderat	LXXXII, I *c* 21. 22	137. 138. 139
isdem cos.	. . . .	. . . .	LXXXII, I *c* 22 seqq.	79. 83. 86
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXII, I *gh* 1–6	166
isdem cos.	. . . Mai.	vota ob valetud. Neronis	LXXXII, I *gh* 6–9	115. 119. 121
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	laurus Neronis	LXXXIII, II *c* 2–8	78. 82. 83. 85
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXIII, II *c* 8–11	166
. . . .	[XIII k. Iun.]	sacri dies tertius	LXXXIII, II *c* 11–13	41. 44
isdem cos.	XIII k. Iul. (errore)	sacri dies alter	LXXXIV, II *c* 14–19	3. 18. 20. 24. 36. 40
M. Arruntio Aquila, ... cos.	. . . .	detecta nefar. consilia	LXXXIV, II *c* 20–26	115. 119. 121. 126
isdem cos.	VII k. Oct.	vota pro sal. et reditu Neronis et Messallinae	LXXXIV, II *c* 27 seqq.	115. 119. 121. 126
. . . .	[IIII id. Oct.]	Augustalia	LXXXIV, II *c* 30–35	49. 50
. . . .	III id. Oct.	imperium Neronis	LXXXV, II *f* 35 seqq.	63. 70. 71. 74
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXVIII

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
[Nerone cos. V]	. . . .	[nat. Statiliae?]	238	238. 239
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (NERONIS A)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXVI 1-2	167
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXVI 2—4	
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXVI 4—6	
. . . .	. . . .	. . . .	LXXXVI 6 seqq.	167
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (NERONIS E) *fortasse* A. LXI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	[III non. Ian.]	[vot. pro sal. Neronis et Octaviae]	237. 238	238
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (NERONIS B) *fortasse* A. LXII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[pr. aut III id. Ian.]	indictio	LXXXVII 1-10	6. 9
isdem cos.	V k. Mart.	[adopt. Neronis]	LXXXVII 11 seqq.	54. 56. 57
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (NERONIS C)

. . . .	[III non. Ian.]	vot. pro sal. Neronis et Octaviae aut Poppaeae	LXXXVIII 1 seqq.	90. 95. 98
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXIX

Ser. Galba imp. Caes. Aug. II, T. Vinio Rufino cos.	k. Ian.	[cos. Galbae]	XC, I 1—6	70
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. eiusd.	XC, I 7—16	89. 90. 91. 95. 98. 102. 104
isdem cos.	VI id. Ian.	indictio	XCI, I 17—23	5. 6. 7. 9
isdem cos.	IIII id. Ian.	adoptio Galbae Caes.	XCI, I 24—32	79. 81. 86
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
(omissa nomina cos. nondum renuntiatorum)	[XVII k. Febr.?]	imperium Othonis	XCI, I 35—40	64. 70. 72. 74
ut supra	VII k. Febr.	comitia cos. eiusd.	XCII, I 41—45	66. 70. 71. 73. 74
Othone Aug., L. Salvio Othone Titiano cos.	III k. Febr.	vota pro sal. Othonis	XCII, I 46—54	105
isdem cos.	IIII k. Mart.	coopt. collegae	XCII, I 54—58	150. 151. 152
isdem cos.	pr. k. Mart.	comit. trib. Othonis	XCII, I 58—62	65. 70. 71. 73. 74
L. Verginio Rufo II, L. Pompeio Vopisco cos.	k. Mart.	laurus posita	XCIII, I 63—67	79. 81. 83. 86. 87

			pag.	pag.
isdem cos.	VII non. Mart.	comit. sacerdot. Othonis	XCIII, I 68—71	67. 70. 71. 73. 74
isdem cos.	VII id. Mart.	comit. pont. max. eiusd.	XCIII, I 72 76	67. 70. 71. 73. 74
isdem cos.	pr. id. Mart.	vota pro sal. et red. eiusd., (translata in Vitellium)	XCIII, I 76—80	115.119.121.126
T. Flavio Sabino, Cn. Aruleno Caelio Sabino cos.	pr. k. Mai.	comit. trib. pot. Vitellii	XCIV, I 81—84	65. 70. 71. 73. 74
isdem cos.	k. Mais	dies imperii eiusd.	XCIV, I 84—88	64. 70. 71. 72. 74
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	. . . .	XCIV, II 1. 2	
. . . .	. . . .	sacr. pro sal. et adventu eiusd.	XCIV, II 2—6	115.118.121.126
isdem cos.	IIII k. Iun.	sacri dies alter	XCIV, II 6—10	18. 19. 20. 24. 36. 40
isdem cos.	III k. Iun.	nat. Galeriae Vitellii	XCV, II 10—13	54. 56. 57
. . . .	. . . .	piaculum fact. Venet.	XCV, II 13—15	140
. . . .	. . . .	. . . .	XCV, II 15 seqq.	87
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	sacr. pro sal. Vitellii	XCVI *f*	
. . . .	. . . .	comitia quaedam	XCVI *f*	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VII id. Sept.? VIII k. Oct.?]	nat. Vitellii	XCVI *g*	55
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	[ingressus Vespasiani in urbem]	XCVII	79. 80. 81. 82. 83. 86. 87
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VI id. Ian.?]	indictio	XCVIII 2—11	5. 6. 7. 8. 9
Vespasiano IIII, Tito Caes. II cos.	. . Mai.	arbor quae deciderat	XCVIII 12—15	137. 138. 139
C. Licinio Muciano III, T. Flavio Sabino II cos.	IIII k. Iun.	sacri dies alter	XCVIII 16 seqq.	18. 19. 20. 24. 36. 40
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXV

Vespasiano VI, Tito Caes. IIII cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Vespasiani et Titi	XCIX *abcd* 1 seqq.	89. 90. 95. 99. 104
. . . .	[VI id. Ian.?]	indictio	XCIX *e* 1—5	8. 9
isdem cos.	. . . .	piaculum	XCIX *e* 6. 7	139
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXVII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Vespas. et Titi	C 1 seqq.	139
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXVIII

L. Ceionio Commodo, D. Novio Prisco cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Vespas. et Titi	CI 1—16	89. 90. 95. 99. 104

			pag.	pag.
isdem cos.	VI id. Ian.	indictio	CI 16—22	5. 6. 7. 8. 9.
isdem cos.	k. Mart.	coopt. collegae	CII 22—27	150. 151 152. 156
isdem cos.	k. Mart.	magister suffectus	CII 27—29	161
isdem cos.	V id. Mart.	flamen nominatus	CII 29—35	161
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (VESPAS. A)

. . . .	[III non. Ian.]	[vota pro sal. Vespas.]	CIII 1—4	
. . . .	[VI id. Ian.?]	indictio	CIII 5 seqq.	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CV 1—7	36. 40
isdem cos.	III k. Iun.	sacri dies tertius	CV 8—10	40. 41. 42. 44.
M. Tittio Frugi, T. Vinicio Iuliano cos.	VII id. Dec.	vota ob restitut. Capitolii	CVI 11—16	115. 118. 120. 121. 126
L. Aelio Plautio Lamia, Q. Pactumeio Frontone cos.	*(dies non indicatur)*	loca adsignata in amphitheatro	CVI 26—34	
L. Flavio Silva Nonio Basso, Asinio Pollione Verrucoso cos. (81)	XVIII k. Febr.	quod arbor deciderat	CVI 17—19	137. 138. 139
L. Vettio Paullo, T. Iunio Montano cos. (81)	k. Mais	ferrum inlatum	CVI 20 22	128. 130. 131. 132
isdem cos. (81)	III. id. Mai.	ferrum elatum	CVI 23. 24	

A. LXXXI

L. Flavio Silva Nonio Basso, Asinio Pollione Verrucoso cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Titi et Domitiani et Iuliae liberorumque	CVII 35 seqq.	89. 90. 95. 99. 100. 101
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VI id. Ian.?]	indictio	CIX 1—4	6. 7. 9
M. Roscio Coelio, C. Iulio Iuvenale cos.	IIII k. April.	arbores quae ceciderant	CIX 5—7	137. 138. 139
T. Iunio Montano, L. Vettio Paullo cos.	XVI k. Iun.	sacri dies primus	CIX 8—12	10. 11. 12. 17
isdem cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CIX 13 23	18. 19. 20. 24. 36. 40
isdem cos.	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CIX 24—26	40. 41. 42
M. Petronio Umbrino, L. Carminio Lusitanico cos.	XVIII k. Oct.	imperium Domitiani	CX 27—32	64. 70. 72. 74
isdem cos.	pr. k. Oct.	comit. tribun. eiusd.	CX 33—38	65. 70. 73. 74
isdem cos.	k. Oct.	vota commendata pro sal. eiusd. et Domitiae et Iuliae	CX 39—51	105
isdem cos.	III k. Nov.	[coopt. collegae?]	CXI 52 seqq.	150. 151. 152
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. LXXXVI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Domitiani et Domitiae et Iuliae	CXIII 1—26	90. 95. 100—102. 104

			pag.	pag.
. . . .	[VI id]us Ian.	indictio	CXIV 27–34	5. 6. 7. 9
Ser. Cornelio Dolabella, C. Secio Campano cos.	XI k. Febr.	vota pro sal. Domitiani	CXIV 35—47	109—112
isdem cos.	IIII k. Mart.	coopt. collegae	CXIV 48—52	150. 151.152.156
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
		A. LXXXVII		
Domitiano Aug. XIII, L. Volusio Saturnino cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Domitiani, Domitiae, Iuliae	CXVI, I 1—50	89. 91 seqq. 99. 100—102. 104
. . . .	[V]I(?) id. Ian.	indictio	CXVII, I 51—63	5. 6. 7. 9
L. Volusio Saturnino, C. Calpurnio ... cos.	. . . .	vota pro sal. Domitiani	CXVIII, I 64—69	116.118.119.121. 126
isdem cos.	XI k. Febr.	vota pro sal. eiusdem	CXVIII, I 70 seqq. II 1—12	109—112
isdem cos.	k. Febr.	allectio publici	CXIX, II 13. 14	158
C. Bellico Natale Tebaniano, C. Ducenio Proculo cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CXIX, II 15—40	18. 19. 20. 24. 36. 39. 40
	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CXIX, II 41—53	41. 42 43. 44
. . . . . . Prisco cos.	IIII id. Sept.	ramus deciderat	CXX, II 54—57	137. 138. 139
isdem cos.	id. Sept.	dedicatio arae	CXX, II 58—61	80. 81. 83. 84. 87
isdem cos.	X k. Oct.	detecta scelera nefarior.	CXX, II 62—64	80. 81. 82. 84. 87
L. U . . . . ., Plotio Grypo cos. (88)	XII k. Mai.	ferrum inlatum	CXX, II 65—67	128.130.131.133. 135.
. . . .	. . . .	ferrum elatum	CXX, II 68 seqq.	
		A. LXXXIX		
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Domitiani	CXXI 1—6	90. 91. 96. 99. 104
isdem cos.	VI id. Ian.	indictio	CXXI 7—12	5. 7. 9.
isdem cos.	pr. id. Ian.	vota pro sal. et vict. et reditu Domitiani	CXXI 13—18	116.118.120.122. 126
isdem cos.	XVI k. Febr.	vota adsuscepta pro sal. cet.	CXXI 19—25	116.118.120.121. 126
isdem cos.	XI k. Febr.	vota pro sal. eiusd.	CXXII 26—30	109. 110. 112
isdem cos.	VIIII k. Febr.	senatus supplicavit	CXXII 31—34	80. 81. 82. 87
isdem cos.	VIII k. Febr.	sacr. ob laetitiam publ.	CXXII 35—39	80. 81. 82. 83. 84. 87
isdem cos.	IIII k. Febr.	vota sol. et nunc. pro sal. et red. Domitiani	CXXII 40—46	116.118.120.122. 126
isdem cos.	pr. id. April.	arbor expiata	CXXII 47—49	137. 138. 139
P. Sallustio Blaeso, Peducaeo Saeniano cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CXXII 50 seqq.	18. 19. 20. 24. 36
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
		A. LXXXX		
Domitiano XV, M. Cocceio Nerva II cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Domitiani et Domitiae	CXXIV 1—28	90. 91 seqq. 99. 100—102. 104
. . . .	[VI id. Ian.?]	indictio	CXXV 29—34	7. 8. 9
. . . .	XI k. Febr.	vota pro sal. Domitiani	CXXVI 35—42	109. 110. 112
. . . .	VIIII k. Mai.	arbor quae deciderat	CXXVI 43. 44	137. 138. 139
. . . .	VIII k. Iun.	sacri dies primus	CXXVII 45—47	10. 12. 17
. . . .	VI k. Iun.	sacri dies alter	CXXVII 47–58	18. 20. 24. 36. 39. 40
	V k. Iun.	sacri dies tertius	CXXVII 59—62	41. 42. 43. 44

			pag.	pag.
M'. Acilio Glabrione, M. Ulpio Traiano cos. (91)	III k. Mai.	ferrum inlatum	CXXVIII 63. 64	129.130.131.133. 135
. . . .	. . . .	ferrum elatum	CXXVIII 65	

A. LXXXXI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Domitiani et Domitiae	CXXIX, I 1—23	100.101.102.104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CXXX, I 24—38	5. 7. 8. 9
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CXXX, II 1-13	24. 36. 40
	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CXXXI, II 14—23	41. 42. 43. 44
Q. Valerio Vegeto, P. Metilio Secundo (?) cos.	non. Nov.	arbor quae deciderat	CXXXI, II 24-28	137. 138. 139
isdem cos.	. . . .	coopt. collegae	CXXXI, II 29—35	150.151.152.156
Q. Volusio Saturnino, L. Venuleio Aproniano cos. (92)	VII k. Mai.	ferrum inlatum, item . . . tum et elatum	CXXXI, II 36—41	129.130.131.133. 135

A. INCERTI (DOMITIANI A)
aut 82 *aut* 83 *aut* 84 *aut* 85

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[IIII aut XIV k. Iun.]	sacri dies alter	CXXXIII	36. 40
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (DOMITIANI A[a])
aut 92 *aut* 93 *aut* 94 *aut* 95 *aut* 96

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	[indictio]	239	239
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (DOMITIANI B)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Domitiani	CXXXIV	100. 102. 104
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (DOMITIANI C)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VI k. Iun.]	sacri dies primus	CXXXV, I 1	11. 12
	[IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CXXXV, I 2—16	18.19.20.24.36
			CXXXVI, II 1—15	39. 40
	III k. Iun.	sacri dies tertius	CXXXVI, II 16 seqq.	41. 44
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (DOMITIANI D)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Domitiani	CXXXVII	100. 104
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (DOMITIANI E)

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	*(non supersunt nisi nomina)*	CXXXVIII	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CI

Traiano IIII, Q. Articuleio Paeto cos.	[III non. Ian.]	vota pro sal. Traiani	CXXXIX, I 1—11	90. 96. 99. 104
isdem cos.	[VII (?) id.] Ian.	indictio	CXXXIX, I 12—21	5. 7. 8. 9
Q. Articuleio Paeto, Sex. Attio Suburano cos.	VIII k. Apr.	vota pro sal. et red. et vict. Traiani	CXL, I 22 — CXLIII, I, 72	117.118.120.122. 123. 126
Q. Servaeo Innocente, M. Maecio Celere cos.	VI k. Mai.	arbores quae deciderant	CXLIII, I 73 seqq.	137. 138. 139
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	arbor deciderat	CXLIII, II 1—3	137. 138. 139
isdem cos.	. . . .	adlectio publici	CXLIII, II 4—6	158
isdem cos.	. . . .	epistula imperatoris missa de eadem re	CXLIII, II 7 seqq.	167
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CV

Ti. Iulio Candido Mario Celso II, C. Antio A. Iulio Quadrato II cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Traiani	CXLV, I 1—10	89. 90. 96. 99. 104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CXLV, I 11—27	5. 7. 8. 9
isdem cos.	. . . .	decretum de lauris caedendis	CXLVI, I 28—36	136. 137
isdem cos.	k . . .	piaculum ob laurus caedendas	CXLVI, I 37—41	137. 138. 139
C. Iulio Basso, Cn. Afranio Dextro cos.	XVI k. Iun.	sacri dies primus	CXLVI, I 42 — II 5	10. 11. 12. 13. 17
isdem cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CXLVI, II 6—26	18. 19. 20. 25. 36. 40
isdem cos.	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CXLVII, II 27—39	40. 41. 42. 43. 44. 45
. . . .	. . non. Iun.	vota pro itu et reditu Traiani	CXLVII, II 40 seqq.	117.118.120.122. 126
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXVII

. . . . Nigro, . . Caninio (?) Rebilo Aproniano cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Traiani	CXLVIII 1 6	89. 90. 96. 99. 104
. . . .	III id. Ian.	indictio	CXLVIII 7—12	5. 7. 8. 9
. . . .	XVI k. Iun.	sacri dies primus	CXLIX 13—16	10. 11. 12. 17
. . . .	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CXLIX 17—23	18. 20. 25. 36
. . . .	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CXLIX 24 seqq.	40. 41. 42
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (TRAIANI A)

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	sacri dies alter	CL	36
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXVIII

Hadriano II, Cn. Pedanio Fusco Salinatore cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Hadriani	CLI, 1—6 et I 1—8	89. 90. 96. 99. 104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CLI, I 9—24	5. 7. 8. 9
isdem cos.	IIII k. Mart.	coopt. collegae	CLII, I 25—39	150. 151. 152. 153. 156
isdem cos.	pr. non. Mart.	arbores caedendae	CLII, I 40—44	137. 138. 139
Hadriano II, C. Ummidio Quadrato cos.	VI k. Iun.	sacri dies primus	CLII, I 45—57	10. 11. 12. 17
isdem cos.	IIII k. Iun.	sacri dies alter	CLII, I 58—CLIII, II 10	18. 19. 20. 25. 36. 40
isdem cos.	III k. Iun.	sacri dies tertius	CLIII, II 11—21	40. 41. 42. 43. 44. 45.
L. Pomponio Basso, L . . . . inio Barbaro (?) cos.	VI. id. . . .	sacr. ob adventum Hadriani	CLIII, II 22—30	80. 81. 82. 83. 86. 87
. . . .	. . . Aug.	coopt. collegae	CLIII, II 30 seqq.	150. 151. 153
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	coopt. collegae	CLIV, II 35—45	. . . .
isdem cos.	pridie	vota	CLIV, II 46 seqq.	151. 152. 153. 154
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	adventus Hadriani	CLIV, II 52 seqq.	80. 81. 82. 83. 86. 87
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . [k.]Sept	allectio publici	CLV, II 62. 63	158
Hadriano III, A. Platorio Nepote cos. (119)	. . . .	ferrum inlatum	CLV, II 64—66	129. 131. 133. 135
. . . . . o Gallo cos. (119)	VII	ferrum elatum	CLV, II 67—70	

A. CXIX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VI k. Iun.]	sacri dies primus	CLVI 1—3	
isdem cos.	[IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CLVI 3 seqq.	18. 19. 20. 25
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXX

C. Herennio Dolabella (?), L . . . . Rufo cos. (119)	X k. Ian.	unguentum et tus ad consecrationem Matidiae missa	CLVIII 1—7	88
L. Catilio Severo II, T. Aurelio Fulvo cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Hadriani	CLVIII 8—12	89. 90. 96. 99. 104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CLVIII 12—20	5. 7. 8. 9
isdem cos.	VII id. Febr.	coopt. collegae	CLIX 21—28	151. 152. 153. 156
C. Poblicio Marcello, T. Rutilio Propinquo cos.	VI k. Iun.	sacri dies primus	CLIX 29—35	10. 11. 13

			pag.	pag.
isdem cos.	IIII k. Iun.	sacri dies alter	CLIX 36—49	18. 19. 20. 25. 36. 40
isdem cos.	III k. Iun.	sacri dies tertius	CLX 50—55	40. 41. 42. 43. 44. 45
M . . . . . Fausto, Q. Pomponio Marcello cos. (121)	VII id. Apr.	ferrum inlatum	CLX 56—58	129. 130. 131. 133. 135
T. Pomponio Antistiano, L. Pomponio Silvano cos. (121)	V . . . Mai.	ferrum elatum	CLXI 59—61	

A. CXXII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VII (?) id. Ian.]	indictio	CLXII 1—7	7. 8. 9
A. Larcio Macedone, . . . Verre cos.	[VI k. Iun.]	sacri dies primus	CLXII 8—12	10. 11. 12. 17
. . . .	[IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CLXII 12—19	20. 25. 36
. . . .	[III k. Iun.]	sacri dies tertius	CLXIII *f*	42. 44
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXXV

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	ferrum inlatum	CLXIV 1—2	129. 130. 131. 133. 135
eisdem cos. (126)	. . . .	ferrum elatum	CLXIV 3—5	

A. CXXVI

M. Annio Vero III, . . Eggio Ambibulo cos.	[III non. Ian.]	[vota pro sal. Hadriani]	CLXIV 6 seqq.	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXXIX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
Q. Fabio Catullino, M. Flavio Apro cos. (130)	VIIII k. Mart.	ferrum inlatum	CLXV 1—4	129. 131. 133. 135
. Cassio Agrippa, . . . Quartino cos. (130)	XIIII k. Apr.	ferrum elatum	CLXV 5 seqq.	

A. CXXXIX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vot. pro sal. Antonini Pii	CLXVI 1—6	90. 96. 104
. . . .	[VII id. Ian.]	indictio	CLXVI 6 seqq.	5. 8. 9
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXLV

Antonino Pio IIII, M. Aurelio Caes. II cos.	III non. Ian.	[vota pro sal. Ant. P.]	CLXVIII	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CLV

			pag.	pag.
C. Iulio Severo, M. Iunio Rufino cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Ant. Pii	CLXIX 1—9	89. 90. 96. 99. 104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CLXIX 10—22	5. 7. 8. 9
C. Aucidio Victore, ... cos.	[XVI k. Iun.]	sacri dies primus	CLXX 23—30	10. 11. 12. 13
isdem cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CLXX 31—48	18. 19. 20. 25. 36. 40
isdem cos.	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CLXXI 49—57	40. 42. 43. 44
isdem cos.	III k. Iun.	arbor expiata	CLXXI 58—61	137. 138. 139. 140
. . . . Severo, L. Iulio Severo cos.	III id. Dec.	substitutio publici	CLXXI 62—66	158. 159
A. Avillio Urinatio Quadrato, Straboni Aemiliano cos. (156)	pr. id. Mart.	ferrum inlatum	CLXXI 67—72	129. 130. 131. 133. 135
isdem cos.	non. Mart.	ferrum elatum	CLXXI 73—76	

A. INCERTI (ANT. PII A)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[IIII aut XIIII k. Iun.]	sacri dies alter	CLXXII 1. 2	40
. . . .	[III aut XIII k. Iun.]	sacri dies tertius	CLXXII 3 seqq.	41. 42. 43
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (ANT. PII B)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	indictio	CLXXIII	8
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CLXXX

C. Bruttio Praesente II, Sex. Quinctilio Condiano cos.	[III non. Ian.]	vota pro sal. Marci	CLXXV	90
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. A)
inter a. 161 *et* 169

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VII id. Ian.]	indictio	CLXXVI 1—5	7. 8. 9
isdem cos.	. . . .	piaculum factum	CLXXVI 6 seqq.	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. B)
inter a. 164 *et* 169

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Marci et L. Veri et Lucillae	CLXXVII	103
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. C)
post a. 169 *et ante a.* 177

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Marci	CLXXVIII. CXXIX	90. 91. 95. 103. 104
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. D)
post a. 169

			pag.	pag.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Marci	CLXXX	90. 91. 96. 103
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. E)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[IIII aut XIIII k. Iun.]	sacri dies alter	CLXXXI	20. 25. 36. 40
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. F)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . April.	ferri inlatio	CLXXXII 1—3	129.131.133.135
. . . .	V non. Mai.	ferri elatio	CLXXXII 4—6	

A. INCERTI (M. AVR. G)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Marci	CLXXXIII	90. 91. 96. 103
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (M. AVR. H)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VII id. Febr.]	indictio	CLXXXIV	8. 9
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CLXXXIII

Commodo IIII, C. Aufidio Victorino II cos.	[III non. Ian.]	vota pro sal. Commodi	CLXXXV 1—3 et I 1—7	90. 96. 99. 104
isdem cos.	VII id. Ian.	indictio	CLXXXV, I 8—19	5. 7. 8. 9
L. Tutilio Pontiano Gentiano cos.	VI id. Febr.	ficus innata in fastigio aedis	CLXXXVI, I 20—II 6	140. 141 -149
M. Herennio Secundo, M. Egnatio Postumo cos.	III id. Mai.	arbor eruta et aedes refecta	CLXXXVI, II 6—14	
isdem cos.	XVI k. Iun.	sacri dies primus	CLXXXVII, II 15—20	10. 11. 12. 13. 17
isdem cos.	XIIII k. Iun.	sacri dies alter	CLXXXVII, II 21—III 6	18. 19. 21. 25. 36. 39
isdem cos.	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CLXXXVIII, III 7—14	40. 41. 42. 43. 44. 45
T. Pactumeio Magno, L. Septimio Flaviano cos.	. . . .	vota pro sal. Commodi	CLXXXVIII, III 14—18	112. 113
L. Cossonio Eggio Marullo, Cn. Papirio Aeliano cos. (184)	. . . .	ferri inlatio	CLXXXVIII, III 19—21	129. 130. 131. 133. 135
C. Octavio Vindice, ... cos. (184)	XV k. Iun.	ferri elatio	CLXXXIX, III 22—25	

A. CLXXXVI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III non. Ian.]	vota pro sal. Commodi	CXC, *a* 1—3	90. 91. 96. 104
isdem cos.	[VII (?) id. Ian.]	indictio	CXC, *a* 3—12	5. 7. 8. 9

. . . . vo, L. Novio Rufo cos.	VI k. Iun.	sacri dies primus	CXCI, *a* 13 seqq.	10. 11. 12. 13
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CXCI, *b*, I 1—7	25. 36. 39
. . . .	III k. Iun.	sacri dies tertius	CXCI, *b*, I 8 seqq.	40. 42
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	vota pro sal. Commodi	CXCII, *b*, II 1—6	112. 113
. . . .	. . . .	coopt. collegae	CXCII, *b*, II 6—10	151. 152
C. Sabucio Maiore (?). . . . . cos.	. . . .	. . . .	CXCII, *b*, II 11 seqq.	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (COMMODI A)

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
isdem cos.	[III k. Iun.]	sacri dies tertius	CXCIII	40. 41. 42. 43
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CXCIII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[VII (?) id. Ian.]	indictio	CXCIV 1—7	8. 9
. . . .	pr. id. Ian.	vota pro sal. Pertinacis	CXCIV 8—13	105. 106
. . . .	. . . .	coopt. Pertinacis	CXCV 13—15	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CCXIII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	[XIIII k. Iun.]	sacri dies alter	CXCVI 1—10	19. 21. 25. 36. 39
	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CXCVI 11—19	41. 42. 43. 44. 45. 46
	III id. Aug.	Antoninus Severi f. per limitem Raetiae barbarorum [terram] introiturus erat	CXCVII 20—22	81. 82. 84. 87
isdem cos.	pr. non. Oct.	victoria Germanica eiusd.	CXCVII 22 seqq.	81. 82. 84. 86

A. CCXIV

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	Antoninus Severi f. ad bellum (?) profectus	CIC, *a* 1—4	168
	. . . .	id. ex naufragio servatus	CC, *a* 5—11	81. 82. 84. 86. 87
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
Messalla et Sabino cos.	. . . .	id. ad hiberna Nicomediae ingressus	CC, *b* 1—9	117. 118. 120. 122. 126
. . . . (215)	. . . .	ferri inferendi ferri efferendi	CCI, *b* 10—12	129. 130. 131. 135

A. CCXVIII

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	piaculum operis inchoandi causa	CCII, *a* 1—4	141—149
. . . .	. . . .	id. operis perfecti causa	CCII, *a* 5. 6	
. . . .	[VI kal. Iun.]	sacri dies primus	CCII, *a* 7—16	11. 12. 13. 17

			pag.	pag.
	IIII kal. Iun.	sacri dies alter	CCIII, *a* 16—*b* 13	19.21.26. 37. 39. 40
	III kal. Iun.	sacri dies tertius	CCVI, *b* 14—21.	41. 43. 44. 45
	[. . id. Iul.]	coopt. Elagabali	CCVI, *b* 21—30	151. 153. 154. 156. 157
Elagabalo et Advento cos.	pr. id. Iul.	vota pro sal. eiusd. et Maesae, item decennalia et ludi votivi	CCVII, *b* 31—38	106. 108
Elagabalo II et Sacerdote II cos. (219)	. . . .	ferri inlatio.	CCVII, *b* 38—41	130.132.133.135
. . . .	. . . .	ferri elatio	CCVII, *b* 41 seqq.	

A. CCXIX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	[XIIII k. Iun.]	sacri dies alter	CCVIII 1—12	26. 37
	XIII k. Iun.	sacri dies tertius	CCIX 13 seqq.	41. 42. 45
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. CCXX

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[III k. Iun.]	sacri dies tertius	CCX 1—5	44. 45
Grato et Seleuco cos.	VII id. Mai.	ferri inlatio	CCX 6—13	130.132.133.135
isdem cos. (221)		ferri elatio	CCX 14 seqq.	

A. CCXXI

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
. . . .	[XIII k. Iun.]	sacri dies tertius	CCXI 1 seqq.	43. 45
. . . .	. . . .	coopt. collegae	CCXI 6 seqq.	152
. . . . . . (222)	XVI kal. Mai.	ferri inferendi	CCXI 10 seqq.	130. 132.133.135
	VII k. Mai.	ferri efferendi	CCXII 5—8	

A. CCXXIV

. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	CCXIII 1—3	
	VII id. Nov.	arbores fulmine attactae, opus inchoatum	CCXIII 3—13	141.142.143—149
	IIII id. Dec.	id. opus perfectum	CCXIV 14—20	
Fusco II et Dextro cos. (225)	XIIII k. Mai.	ferri inlatio	CCXV 21—24	130.132.133. 135
	III. non. Mai.	ferri elatio	CCXV 24—26	

A. CCXXXI

. . . Claudio Pompeiano et T. Flavio Peligniano cos.	III non. Ian.	vota pro sal. Alexandri et Mammaeae	CCXVI 1—7	89.91.96.99.104
	VII id. Ian.	indictio	CCXVI 8—10	5. 7. 9
	III kal. . . .	vota pro sal. et red. et vict. Alexandri	CCXVII 11 seqq.	117.118.120.122
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

A. INCERTI (ALEX. A)

			pag.	pag.
....	....	....	....	....
	....	sacri dies alter	CCXVIII. CCXIX	27. 28
....	....	....	....	....

A. INCERTI (ALEX. B)

....	....	....	....	....
	....	magister suffectus	CCXX 1—3	161
	....	indictio	CCXX 4. 5	161
	. . non. Mai.	opera luci inchoata	CCXX 7 seqq.	141. 143
....	....	....	....	....

A. INCERTI (ALEX. C)

....	....	....	....	....
	[VII id. Ian.]	indictio	CCXXI	7. 8. 9
....	....	....	....	....

A. INCERTI (ALEX. D)

....	....	....	....	....
	[III aut XIII k. Iun.]	sacri dies tertius	CCXXII 1. 2	45
	....	coopt. collegae	CCXXII 2—4	152
....	....	....	....	....

A. CCXXXVIII

....	....	....	....	....
	VI id. [Iun.]	vota annua et decennalia pro sal. Gordiani	CCXXIII	106
....	....	....	....	....

A. CCXLI

....	....	....	....	....
	IIII	vota ob matrimonium Gordiani	CCXXIV 2—8	117.118.120.122. 126
	[XVI k. Iun.]	sacri dies primus	CCXXV 9 seqq.	10. 11. 12. 13. 17
....	....	....	....	....

A. INCERTI A

....	....	....	....	....
. . . . , C. Aufidio Victorino cos.	[XVI aut VI k. Iun.]	sacri dies primus	CCXXVI	11. 12
....	....	....	....	....

A. INCERTI B

....	....	....	....	....
	[XIIII aut IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CCXXVII	19. 21
....	....	....	....	....

A. INCERTI C

....	....	....	....	....
	[XIIII aut IIII k. Iun.]	sacri dies alter	CCXXVIII	36
....	....	....	....	....

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. XII l. 18: fragmentum CLAVD. A iam tempore antiquiore effossum ac Neapolim ad Pontanum delatum est; cf. p. LIV.

p. XXXIV fr. *e* v. 3 lege: *Arvalium nomine.*

p. XXXVIII in nota 1 lege: *nuncupata esse acta* cet.

p. XXXIX in indice auctorum post Marinium insere: *inscriptt. vett. quae in R. Museo Borbonico adservantur (Neapoli* 1857) *I n.* 110.

p. XLI in pagina 2 notae l. 6 pro 38 scribe 39.

p. XLVIII. not. 3 scribe: *cf. comment. de sacrificiis anniversariis p.* 73.

p. XLIX not. 3 scribe: *cf. a.* 66 *c p.* 1, 2.

p. L not. pag. 2 l. 6 scribe: *Drusillae vel Caesoniae.*

p. LII not.: quod admitti posse dixi sententiam Mommseni de fragmento ad a. 37 referendo, perperam feci. Caput enim, quo C. Caesarem Augustum commemorari existimat, cum indictionem sacri proxime sequatur, ad priores certe menses anni pertinet; nec potest is esse annus 37, cum paullo post mentio fiat templi novi Divi Augusti, quod ab ipso demum C. Caesare dedicatum est. Tiberius autem decessit a. d. XVI k. Apriles.

p. LVI in margine dele: *a.* 43–48.

p. LVIII v. 22 scribe *quaesumus.*

p. LIX: fragmentum CLAVD. D videtur esse paullo antiquius fragmento CLAVD. C, cum in hoc Arvales, qui adfuerunt, formula inducantur quae est *in collegio adfuerunt*, in illo simpliciter legatur verbum *adfuerunt:* illa autem formula pleniore in actis aetatis certae non utuntur Arvales ante a. 55. — In margine p. LIX dele: *a.* 50–54.

p LX in margine dele: *a.* 50—54.

p. LXXV not. ad *d* pag. 2 pro 2, 3, 4, 5, 6 scribe 3, 4, 5, 6, 7, et adde in fine: 10 *omine immolavit in Capitolio*, 11 *Germanici Iovi. b. m. Iunoni vaccam.*

p. LXXIX not. 5 l. 4 post *in actis* adde *huius anni.*

p. LXXX not. pag. 1 l. 21. 22 dele verba: *neque eius itineris ulla in actis mentio reperitur.*

p. LXXXII l. 11 (I v. 23) scribe *Neronis Claudi.*

p. LXXXVII: inserenda sunt fragmenta haec aestate anni 1873 reperta in vinea quadam quae est via Portuensi mille fere passus ultra ecclesiam *la parrocchietta.*

E litteris altis fere mill. 11–13.

. . . . *cos.*

III non(as) Ianuar(ias)

. . . . *mag(ister, aut promagister) collegii fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute Neronis Claudii divi Claudii f. cet. Caesaris Augusti Germanici cet. et Octaviae coniugis eius victimis immolatis in Capitolio,*

quae superioris [1]) *anni magistri voverant, persolvit et in proximum an*-|*num nun*-
*cupavit, pr*aeunte T [2]) . . . . *in eadem verba quae infra scrip*-|*ta sunt*
*Iovi b(oves) mare*s II, Iunoni v*accas II*, *Minervae vaccas II*, *Saluti* |*public(ae) vaccas II;*
*in templo no*vo divo Aug(usto) b(oves) m*(ares) II*, *divae Aug(ustae)* |*vaccas II, divo Claudio b(oves) m(ares) II.*
in collegio adfuerunt C. Calpur*nius Piso* . . . .

[1]) exigua remanent litterarum vestigia nec de littera s plane constat.

[2]) potest etiam fuisse P vel F, cum non reliqua sit nisi pars inferior lineae.

Fragmentum scriptum est ante Vespasianum propter sacrificium divo Augusto factum (cf. p. 104), post annum autem 37, quo templum novum C. Caesar Aug. dedicavit: cf. p. 55. Praeterea v. 4 adfuisse videtur nomen divi Claudii. Itaque frustulum referendum est ad aetatem Neronis, cui litterarum quoque forma recte convenit. Neque tamen potest tribui actis annorum 59 et 60, quae supersunt, nec annorum 58 et 66 actis propter scripturam plane diversam, nec anni 57, quippe quorum versus amplioribus intervallis distincti sint. Excluduntur denique anni 67 et 68, si quidem recte C. Calpurnium habuimus pro Pisone illo, qui anno 65 contra Neronem coniuravit (cf. index privat. s. v.), item a. 63, quod in indice eorum, qui votis annuis adfuerunt, C. Pisonis nomen superest. Nec fragmentum coniungitur cum frustulo NERON. C, parte actorum ad vota annua pertinentium; ibi enim non *in templo novo*, sed *ante templum novum* immolatum esse traditur. E contrario litterae et forma et altitudine simillimae sunt fragmento NERON. B anni ut videtur 62, in quo cum inter collegas, qui adfuerunt, non commemoretur C. Calpurnius, pro magistro autem fungatur Salvius Otho Titianus et propterea ad eum ipsum annum fragmentum novum referri nequeat, hoc fortasse anno proxime praecedenti 61 adsignandum est.

F litteris altis mill. fere 12—14.

*Nerone Claudio Caesa*re Aug(usto) *Germanico* cet. *co(n)s(ule)* V . . . . |*ob natalem Sta*-
*tiliae Messallinae (?) coni*ugis eius . . . .
. . . . *magis*terio [1]) . . . .

[1]) litterae et dimidiatae sunt et valde evanidae, ut cogitari possit de *im*]*perio* vel *su*]*perio*[*ris*: sed videtur certum esse punctum post litteras *erio*, nec verbum *imperio* occurrit in actis aetatis antiquioris.

Fragmentum ad aetatem Flaviis antiquiorem referunt nomina *Caesaris Augusti* hoc modo coniuncta: excludunt tempora divi Augusti litterarum forma, Ti. Caesaris, Galbae, Othonis mentio coniugis, C. Caesaris, Claudii, priores annos Neronis verbum *magisterio* (v. 3), quod in actis superstitibus non occurrit nisi ab anno fere 63 ad annum usque 90. Fragmentum igitur videtur referri posse ad posteriores Neronis annos: excluduntur autem scripturae diversitate anni 61 et 62, si quidem recte ad eos rettulimus fr. B et E; item anni 63 et 66, nec remanent nisi anni 64 65 67 68. Iam vero qui v. 1 legitur ablativus *Caesare Augusto*, consulatum indicat, cum supplementum *magistro* excludatur mentione *magisterii*, nec supplementum *praeeunte* hoc loco probabiliter admitti possit. Posterioribus autem imperii annis non gessit Nero consulatum nisi extremo 68, cum aut abrogatis fascibus Galerio Trachalo et Silio Italico in breve tempus solus consul factus est (Suet. *Ner.* 43 cf. Plin. *paneg.* 57),

aut consulatum Italico abreptum cum Trachalo ipse suscepit (cf. *I. N.* 6855). Eos ipsos fasces hoc loco indicari confirmatur eo, quod cum principum consulatus utpote ordinarii supra tabulas litteris maioribus perscribi soleant, hic litteris solitae mensurae nomen Caesaris perscriptum cernitur. Accedit, quod verbum *magisterio*, collocatum plerumque in ipso principio capitis post notam consulatus dierumque ante causam sacri, hic legitur ei causae postpositum, id quod semel a. 66, saepius a. 69, nonnunquam a. 81 et 87 occurrit. Itaque ad a. 68 quintumque consulatum Neronis fragmentum probabiliter referetur. Mensis autem Iunii die octavo vel nono cum videatur Nero obiisse (cf. Sievers *Studien* p. 153) nec consulibus fasces abrogati sint nisi seditione Galbae Romam nuntiata, fragmentum ad mensem Aprilem exeuntem videtur pertinere (l. c. p. 148). Cui sacro tribuendum sit, incertum est; quamquam cogitari poterit de natali Statiliae Messallinae.

p. CIII l. 11 (v. 5) corr. . . . *id(us) I*anuar(ias).

p. CXXV l. 25 (v. 24) corr. *Minerva.*

p. CXXX l. 29 corr. *praecedit.*

p. CXXXI l. 22 (v. 25) corr. *Nov(embribus).*

p. CXXXIII: inserendum est fragmentum litteris altis mill. fere 10 repertum aestate a. 1873 in vinea quadam ad viam Portuensem sita ultra ecclesiam *della parrocchietta* una cum frustulis *Neron.* E et F. Spectat ad annum aut 92 aut 93 aut 94 aut 95 aut 96.

quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp(eratori) Caesari Domitiano Aug(usto) Germanico pontifici *maximo et Domitiae Augustae coniugi eius totique dom*u eorum, isdem *populo Romano Quiritibus fratribusque Arval*ibus mihique *cet.*

Pertinere fragmentum ad indictionem sacri annui et sub Domitiano imperatore exaratum esse ostendunt verba *mihique* et titulus *pontifex maximus*, quo princeps ille in actis indictionum ornari solet: cf. p. 6. 8 et acta ibi citata. Conceptum est post a. 87, quo formula ampliore Arvales uti coeperunt, et vix potest ante a. 92 scriptum esse, cum non videatur admittere nomen Iuliae Augustae a. 89 vita functae, ex annis autem 90 et 91 acta indictionis supersint. — V. 2 *domu* scriptum fuisse satis claro apparet. Pro *isdem populo* in formula indictionis solet legi *populoque.*

p. CXXXIV not. post *Marini Arv. tab.* 19; insere *inscriptt. vett. mus. Borb. (Neap.* 1857*)* 1 *n.* 116.

p. CXXXV l. 5 (I v. 2) corr. *Tu||tini Severi.*

p. CXXXV not. post *Marini tab. XXV* insere *inscriptt. vett. mus. Borb. (Neap.* 1857*)* 1 *n.* 118.

p. CLXXIX not. pag. 2 l. 4 dele *v.* 12.

p. CXCI l. 3 (v. 7) scribe: *Germ(anico) max(imo) Britt(annico) p(ontifici) m(aximo).*

p. CXCII l. 9 (II v. 2) *maximi* insere post *Germ(anici)* et dele post *Britt(annici).*

p. CCXXXV ad Aug. 23: scribendum videtur esse sic:

Volcan(alia) NP *feriae*
Volcano
*Iuturnae Nymp*his in camp(o). Opi opifer(ae)
. . . . . Quir(ino) in colle. Volk(ano)
in comit(io)

Monitus enim a Kluegmanno in fastis anni Iuliani sacra cognovi perscripta esse secundum loca, haec autem ordinem sequi litterarum initialium, ita ut nec circus Flaminius ante campum nec lacus Iuturnae ante collem possint notati esse. Ex-

ceptionem facit sacrum kalendis Septembribus Iovi Libero, Iunoni reginae in Aventino factum: sed notes hoc in litura rescriptum esse.

p. CCXL ad Nov. 13 et 14: idem Kluegmannus sacra Feroniae in campo Fortunaeque primigeniae in colle ad idus potius Novembres pertinere monuit, id quod tam admittit scriptura fastorum, quam postulat lex qua postridie kalendas, nonas, idus ne sacrificaretur vetitum erat: cf. fasti Praenestini m. Ian. et Mommsen C. I. L. I p. 373.

p. 5 l. 9 post 183 insere 186.

p. 10 in capite quod inscriptum est *annus et dies* l. 5 post 155 insere [186].

p. 44 l. 12. 13 dele verba quae sunt: *videntur nunc addi posse sebaciaria a vigilibus facta (Bull. inst. arch.* 1867 *p.* 12 *seqq. cf. p.* 30*)*.

p. 45 in capite de sportulis cet. l. 3 pro [185] corr. [183].

p. 53 ad a. 40 et p. 56 l. 19: Mommsenus probabilius proposuit nomen abrasum esse Caesoniae uxoris C. Caesaris Augusti Germanici, cf. p. LI. Idem nomen adiungendum est ad p. 57 l. 4: *Drusillae vel potius Caesoniae;* item l. 7 post *dilectissimae* insere: *vel uxoris.*

p. 86 ad 213 *b* neglegentia librariorum post mentionem Iunonis omissa sunt verba *Min(ervae) b(ovem) f(eminam) a(uratam).*

p, 87 l. 6 ab ima paginae parte: dele *Iuliumve;* cf. p. XCV not. 8.

p. 90 l. 21 pro 38 scribe 36.

p. 112 in capite de ratione votorum not. 1 scribe: *Pii Fel(icis) Aug(usti) Sa[rm(atici) Germ(anici) max(imi) Britt(annici) pont(ificis) max(imi)] p(atris) p(atriae).*

p. 119 l. 3 dele verba *et proprie aedes dicebatur Opis et Saturni (Or.* 1506*):* inscriptio enim, quam Gruterus 26, 3 dicit ex Mazochio et Metelli manuscripto desumptam, cum apud illum non legatur, redit ad Metelliana Gruteri, de quibus cf. Ephem. epigr. 1872 p. 67 seqq.

p. 128 a. 81 corr. *L. Vettio Paullo.*

p. 148 l. 10 scribe: *imperatorum vel imperatoris et coniugis eius.*

p. 186 p. 1 l. 3 s. v. PAULLUS FABIUS Q. F. MAXIMUS addenda sunt haec: *Rexit pro consule Asiam ante a.* 750 *et provincialibus auctor fuit novorum honorum Caesari Augusto tribuendorum (C. I. Gr.* 3902 *b;* 3957; *cf. Waddington fastes p.* 97)*: id quod ad mensem de nomine Caesaris appellandum rettulit Usenerus (Bull. inst. arch.* 1874 *m. Mart.) collatoque Dione* (55, 6) *anno fere* 746 *Asiam Fabium administrasse ostendit. — Cum Augusto ad visendum Agrippam in Planasiam insulam vectus paullo post vita functus est, dubium an quaesita morte (Tac. ann.* 1, 5; *cf. Plin. n. h.* 7, 150 *et Plut. de garrulitate* 11, *ubi recte corr. Waddington l. c. p.* 99*). — Consulatus eius commemoratur C. I. L.* 1, 799, 800; 3 p. 775 (3, 13); *Frontin* aqu. 99 seqq. — *De Marcia uxore cf. C. I. Gr.* 2629, *Tacitus l. c. — De nummis nomine eius insignibus cf. Waddington l. c.*

p. 205 s. v. *adoptio Neronis* pro 55 scribe 54.
